
NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
7 C
27



JOHANNIS KITZELII JCTI,

& Procancellarii quondam Academiæ Giessenæ celeberrimi

TRACTATUS POSTHUMUS

DE

JURE MONETARUM,

IN QVO

UNIVERSUM MONETÆ JUS CONTROVERSIIS ACCURATE DISTINCTUM, AD PRAXIN HODIERNAM SUMMO ſtudio & labore adcommodatum, atq; juxta normam Juris Cæſarei, Pontificii, & Pragmaticarum Imperii Romani Sanctionum deciſum exhibetur,

NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITUS, ET NOTAMINUM QUORUNDAM UTCUNQ; tornatus interiectu

PER

WILHELMUM ANTHONII FREUNDEBERG. D.







MARPURGI CATTORUM,

Typis & Sumptibus CASPARIS CHEMLINI,

M. DC. XXXII.



PERILLUSTRI ET GENERO-
SISSIMO DOMINO

DN. PETRO BRAHE,

COMITI DE VVISSINGSBORGK, ET

Baroni à Ridboholm, Regni Succiæ Marescallo, &c.

Domino & Mecœnati meo Perclementi S. H.



ON *minus præclara quam elegans, Perillustris & Generosissime Comes, Dn. perclemens, illius Senecæ* in epist. consolat. ad Publ. *extat sententia, cum dicit: Fratris tui produc memoriam aliquo scripto: hoc unum est enim in rebus humanis bonum, cui nulla tempestas noceat, nulla quod consumet vetustas, cæteraq; per constructionem lapidum & marmoreas moles in magnam constructas altitudinem non propagant longum diem, quippe & ipsa intereunt; immortalis est enim ingenii memoria: Indeque Ovidius* lib. 4. de Ponto:

Tabida consumit ferrum lapidesq; vetustas,
Scripta ferunt annos:

item lib. 3. trist. eleg.) ———— Nil non mortale tenemus,
Pectoris exceptis ingeniiq; bonis:



quò spectat & illud Propertii lib. 3. elegiar.

Nam neq; Pyramidum sumptus ad sidera ducti
Nec Jovis Elæi cœlum imitata domus,
Nec Mausolei dives fortuna sepulchri,
Mortis ab extremâ conditione vacat;
At non ingenio quæsitum nomen ab ævo
Excidet: ingenio stat sine morte decus.

Et sanè quid proderit, optimâ literarum quarumq; scientiâ (quâ sine homo est veluti corpus absq; pectore, imò mortis imago, censente Hieronymo à Laurentiis in rep. l. si emancipati. n. 321. C. de collat.) *esse præditum, sibi soli sapere,*

foris autem se non velle auxiliarier? Quod iterum cordatè catèq. ruminans Seneca lib. 6. epistol. *Si detur mihi*, inquit, *scientia, cum hac exceptione, ut eam inclusam teneă, nec enunciĕ, rejiciam: Et utiq. quoniam* Persio satyr. 1. volente:

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.

Idem & ego ipse, ut ingenuè fatear, sentio, & mecum alius quis non sentiret? Quod juxta Crispi monitum, homines, qui sese student præstare cæteris animantibus, summâ ope niti deceat, ne vitam silentio transigant instar pecorum: Scripturæ enim memoriæ prodita immobilia permanent: Et licet quis tunc mortuus nonnullis videatur, nemo tamen, qui rectè sentiat, id dixerit, ceu Phalarim Agrigentinorum crudelissimum Regem, sed tamen disertissimum in epistolâ quâdam filiabus Stesichori Poëtæ scripsisse testis est Camill. Borell. in præf. tr. de compromiss. n. 17. *Ideoq. quemadmodum triste est, sine herede decedere*: §. adhuc autem. J. de bonor. possess. §. 1. J. quib. ex caus. manum. non lic. l. & quia. 6. in pr. & ibi gloss. lit. K. ff. de interrog. act. *Sic quoq. miserrimum judicatur habenti à Deo Opt. Max. gratiam intellectus, posteris suis, id est, studiosis nihil scriptŭ relinquere, quo possint, velut heredes intellectus, aliqualiter consolari*, ut ex Baldo refert Domin. Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 2. lit. c. concl. 446. n. 1. Stephan. Gratian. in præfat. discept. forens. n. 70. *& vicissim sicuti è rebus humanis æquioribus animis cedunt parentes, si viderint filios suos ad aliquem vitæ statum evectos: ita est nescio quid solatii, editis vigiliis, tanquam ingenii nostri partu, interim prægustare ac præsagire, quid de nobis judicatura sit posteritas*, recensente Hieronymo Cagnol. in epist. dedicat. tom. 1. enarrat. in jus civile præfix. *imò qui moriendo*

Post cineres non ulla sui monumenta relinquunt,
Hi peccant certè, & si verum dicere fas est,
Nascitur indignè, per quem non nascitur alter:

veluti Marcell. Palingen. Zod. vitæ lib. 4. prodidit: *adeò hic peropportunè ingreditur, q. apud Poetarŭ principem Virgilium* in Buco. *eleganter dicitur:*

——— breve & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ, sed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus:

sic quidem ut postquam nobis denegatur diu vivere, relinquamus aliquid, quo nos vixisse testemur; quomodo enim benè mori poterimus, si benè vixisse non demonstremus? ajente Plin. Nep. lib. epist. 3. *quod denuò omnium animis imprimere gestiens alibi Seneca pauculis hisce inculcavit: Veră laudationĕ tui scribe.*

Hacce

Hacce igitur & similia, quibus ad astra penè ferimur, elogia probè trutinans ex nostro ordine etiam Amplissimus & Consultissimus Vir, Dn. Iohannes Kitzelius ICtus antehac percelebris, Professor juris primùm, & dein Procancellarius in illustri quondam Academiâ Gissenâ, nunc pia memoria, ratusq; ex Iuvenali Satyr. 1. *quod*

——————stulta est clementia, cùm tot ubiq;
Vatibus occurras, perituræ parcere chartæ,

nomen immortale, atq; adeo juris, ut ita dixerim, Equitis, deß Rechtens Rittern/ *sibi optumo jure demeruit* (Dann der Käyser nennet nicht allein die jenige Ritter / die Land vnd Leuthe durch Schwerdschlag beschirmen/ sondern auch die/ welche sie mit der Rechten Weißheit beschützen/ verba sunt libratissima Dn. Davidis Doringii JCtorum p.t. Equitis in Behlen/ Sehlingstadt &c. tom. 1. Bibliothec. jurisconsult. verb. Advocatus. num. 522.) *non solum sibi, dum viveret, sed etiam Patriæ, Reipublicæ, & bono publico vivere & natum se credidit, proindeq; sedulus id operam dedit, ut non solum ex cathedra, quæ sui muneris essent, de juris scientia studiosis perspicuè proponeret, sed etiam manũ ad scribendum admoveret, & quæ ingenii sui acumine hinc inde collegerat & observârat, in publicum emitteret; Probè enim noverat illud Domini* apud Mat. c. 5. v. 16. *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona: Nam si scientia quævis silentio contegatur, in vanum ferè tributa videretur, ad illud Claudiani* panegyr. in 4. Consul. Honor.

Vile latens virtus, quid enim submersa tenebris
Proderit? obscuro veluti sine regime puppis,
Vel lyra, quæ reticet, vel qui non tenditur arcus:

maximè cum hi, qui in disciplina aliqua diutius laborârunt, eo ipso adstricti ex professionis debito dicantur, quæ mente conceperunt, instar seminis in lucem proferre, ceu ex Baldo post alios firmat Card. Tusch. pract. conclus. tom. 2. lit. c. concl. 496. n. 2.

Quapropter illis ipse ingenii sui monumentis, quæ vivente se cum de aliis juris materiis, tum præcipuè de obligatione mutui & matrimonio diversis temporum vicibus in publicum eruditè prodidit, non contentus, insuper etiam de jure monetæ tractatum conscribere instituit, ad quod laboris onus subeundum nõ spes aliqua lucri vel præmii, (cuius tamen nutriunt ei exempla virtutes, ut inquit Aurel. Cassiodor. var. lib. 2. c. 16. *iuxta illud Ovidii* in Heroid.

——Certamen præmia magna movent)

neq; etiam gloriolæ cuiusdam (quanquam ad similia progredi satis est gloria, ex quo, si Horatio lib. 2. epistol. *credimus, etiam pleriq;*

Gaudent scribentes, & se venerantur, & ultrò,
Si taceas, laudant, quicquid scripsêre beati)

sed in primis boni publici odor, quem annis superioribus (quorum quoties recordor, toties ex Horatio satyr. 9. lib. 1.

Demitto auriculas, ut iniquæ mentis asellus)

ob invecta quorundam numismatum monstra, exindeque nimio plus exauctum veterum probarum monetarum valorem, quod sicut non tam ex casu aiunt dependere fortuito, censente Jacob. Aleman. in palæstrâ consultat. 8. quæst. princip. 2. ration. decid. 3. pag. 604. & seq. Joan. Christophor. Dornsperg. in resp. jur. de trib. qq. monetal. nu. 75. & seq. Marc. Anton. de Amatis decis. 166. Joan. Bapt. Costa de facti scient. & ignor. cent. 1. insp. 63. n. 3. *quam magnarũ in Imperiis mutationum solet esse præsagiũ;* Dn. Christophor. Besold. vir tam privati quàm publici juris Consultiss. de jurib. Majestat. disp. 3. thes. 54. class. 3. Dn. David. Döring. tom. 1. Bibliothec. Jurisconsult. verb. Ærarium. n. 207. Joan. Wolffgang. Hiller in resp. jur. monetar. in princip. Dn. Kitzel. in h. tract. clas. 1. theor. 2. sub alleg. lit. d. pag. 28. cum notis meis ibid. junct. Analect. de rescript. morator. conclus. 9. n. 9. *Sic etiam & nostri huius fuit iam tum*, ut ex Propertio lib. 1. ad Pontic. loquar: ——venturi prima favilla mali,

ex Germania nostra penè tota evasisse atq; evanuisse compertum est (Nam juxta Persium satyr. 3. ——Quid asper

Utile nummus habet patriæ charisq; propinquis ?)

haud dubiè ipsum invitavit & pellexit, credendo, hoc studio sordidioribus ingeniis facilè unâ satisfactum iri, quibus ex eodem Satyrico despicatim dicere volupe est satyr. 6.

Gloria quantalibet quid erit, si gloria tantum est ?

Hunc tractatum licet post aliquot annos ad calcem perduxerit præfatus D. Kitzelius, ita ut ante obitum eius maturè edere potuisset; quoniam tamen ad id sibi satis temporis restare putavit, factum est, ut morte præventus naturali, eundem ipsemet prælo committere nequiverit, hoc modo expertus, quod apud Ausonium in distich. moral. *habetur:*

Tempora longa tibi noli promittere vitæ,
Quocunq; ingrederis, sequitur mors corporis umbra.

Quantùm verò ingenii & laboris in eum contulerit, & proinde quantopere etiam

perè etiam

perè etiam non tantum his, qui in Curiis summorum Principum, sed etiam Academiis versantur, usui ille futurus sit, cùm tamen varia, rara, intricata, ac penè Cæsareâ decisione indigentes controversiæ in eo mirâ perspicuitate expeditæ contineantur, cui non sit exploratū è nostris, ego quidē credo, facilè fore neminē,

Quem penes arbitrium, nodos aperire latentes
Juris, & obscuros legum dissolvere casus:

dicente Mantuano lib. 2. Parthen. *Quod mihi calcar addidit, ut non tantum Typographo nostro hoc insigne opus monetarium ab Autoris hærede, Dn. Iohanne Hermanno Kitzelio redimi, & quantocyus typis exprimi suaserim, sed etiam ultrò operam meam ipsi obtulerim, cum subsecundariam correctionis, quam vocant, curam in me recipiendo, tum etiam Notamina seu additiones quasdam in illud hinc inde adornādo, hoc tamen moderamine, ut sine illis tractatus nihilominus quidem sat perfectus, sed fortè non tam comptus pro seculi nostri palato cuiquam videri possit: Sanè, quod præsentio,* ex Ovidio lib. 2. remed. amor.

Forsitan hæc aliquis (nam sunt quoq;) parva vocabit,
Sed quæ non prosunt singula, multa juvant.

Has additiones etsi initio operis secernendi laboris gratiâ peculiari signo hocce [ ] *inclusas voluerim; eidem tamen deinceps sine ulteriori tali discerniculo promiscuè inserere libitum fuit, præcipuè quod emunctæ naris homines ex ipso clausuræ primordio, stylo itemq́, & Autorum novissimorum allegatione, quæ mea sint, faciliter odorari possint. Cæterum cogitanti de Patrono, cui pro more dictum Dn. Kitzelii tractatum cum notis meis dicarem, haud,* ut ex Claudiano in in Ruffin. lib. 1. loquar,

Sæpè mihi dubiam traxit sententia mentem:

sed tu, Perillustris Dn. Comes,

(Mentior at si quid, merdis caput inquiner albis
Corvorum &c. pace tuâ cum Horatio, qui ita scribere non dubitavit ad Mecœnatē ex Regio stirpe oriundum lib. 1. Satyr. 8.) *oppidò omnium primus occurristi. Sive enim Generositatis tuæ benevolum in literatos quosq́ amorem, cum primis verò eundem, quo ipsa per biennium ferè antehac, dum studiorum gratiâ paternis in ædibus Giessæ nobiscum morabatur, & ipsius Sympatriota Dn. Benedictus Crusius Orebroensis, nunc ICtus & in Regiâ Curiâ Assessor Celeberrimus, unâ & quidem mecum ipse in eodem conclavi juri studebat, me matremq́ viduam clementer prosecuta est, affectum planè singularem & plus quam humanissimum, à generosa frontis imagine sibi impressum & congenitum, quæ juxta Virgilium* lib. 5. Æneid.

Gratior

Gratior est pulchro veniens in corpore virtus,

considero; Sive etiam auctoritatem, qua cum apud nostrates hinc inde per Germaniam, ubi Generositas tua innotuit, tum verò etiam apud suos in amplissimo illo Sueciæ Regno pollet, expendo; Seu deniq; generosissimæ tuæ Gentis nobilitatem, familiaq; splendorem (qui vel à Regio sanguine ad te promanat, ceu videre est ex Eliâ Reusner. in Basil. oper. geneal. part. 5. de stirpe Troll. pag. 71. & seq. Davide Chytræo in Saxon. lib. 11. de genealog. Comit. Hojens. pag. 275. Autore libelli, qui inscribitur, Suecia, sive de Suecorum Regis Dominiis & opib. lib. 7. pag. 286. vers. Margareta, *quoq; etiamnum, ut spero, in vivis ex tuo non procul stemmate duo insignissima illa Sueciæ Columina & Nestores, nempe Perillustres & Generosissimi Domini, Dominus Magnus Brahe, Regni Archidapifer & Legifer Vplandiæ, patruus, nec non Dn. Abrahamus Brahe, Legifer Vesmanniæ parens tuus, Comites utriq; de* Wissingsborck, *&c. ceu Phosphorus inter stellas radiant & splendescunt, sic ut horundem inprimis de virtute, fide, dexteritateq; perquam Serenissimus & Potentissimus Sueoniæ Rex*, Dn. Gustavus Adolphus, *per dextram omnipotentem Heros incomparabilis, & Triumphator undecunq; gloriosissimus*,

——— nobis quo justior alter
Nec pietate fuit, nec bello major & armis,

veluti de Æneâ apud Virgil. proditum habetur, *vel Iustini apud Corippum* lib. 2. num. 6. *exemplo, nedum gloriando, sed & gratulando tantum sibi habeat polliceri:*

——— Vos, ô mihi proxima membra,
Conscripti patres, nostri spes maxima Regni,
Vos estis pectus, vos brachia verticis hujus!)

examino, tanta ea omnia & singula in tua Generositate deprehendo, ut sub ejusdem excelsi nominis auspicio tractatum hunc prodire tenus, vel summo nedum exoptandum, sed & enitendum sit opere, præsertim id jubentibus & beneficiis, quorum antehac ab ipsa mater egoq;, dum nobis aderat, subindè clementer experti fuimus congeriem, meritò ut hoc nomine vel solo me gratum oportere esse fatear, cum Ovidio de Ponto:

Semper in oblitâ repetens tua munera mente,
Et mea me tellus audiet esse tuum.

Et præterea si Mantuano in libello ad Falcon. *judice*,

Parva decent humiles, &c.
Magna decent magnos, &c.

vel ob

vel ob id opusculi hujusce Generositatis tuæ nomini haud ineptè conveniet dedicatio: quod in eo non de titivillitio, glande legenda, tribus capellis, aut simili quadam re simplaria & plebejo themate,

Quæ nihil ad vitam faciunt, nihil utile ponunt,
Quæ scire & nescire pari discrimine refert;

secundum Palingen. Zod. vitæ lib. 6. *sed de sublimi charismate & sacro regali monetario, quod primodum soli Imperatori, Regibus, aliisq; superiorem non recognoscentibus, dein etiam iis, qui ex Principum, Comitum, Baronum, Nobilium immediatorum & Civitatum Imperialium ordine in territoriis suis id juris sibi vindicant, minimè verò aut saltem vix ulli privatorum competere constat*, ex latè traditis Dn. Kitzelii in h.tr. clas.1. theor. 5. & seqq. inibique citatâ Dd. turba, ex eâq; inprimis Anton. Hanffman. de re monet. resol. 4. & seqq. Don Garf. Mastrill. de magistrat. lib. 3. c. 10. n. 139. & seqq. *vertatur tractatio. Nam licet jus cudendi monetas antiquitus & plerique cives primarii seu patricii, qui quod illud ipsum in communi ad hoc deputata ade usurpaverint*, die Müntzer und Haußgenossen/*ex quorum familia adhuc hodiè nomen* der Müntzgeschlechter *nonnullis in locis superest, dicti fuêre, in quibusdam civitatibus liberis & imperialibus ex singulari Impp. sibi concessione arrogasse legantur; Nihilominus tamen, quod ab iisdem patriciis ius illud feriendi numos postea ad civitates illas plenè devolutum & translatum fuerit, dubium non videtur*, ex his, quæ singulariter scripsit Dn. Joh. Jacob. Draco, JCtus & Consiliarius Saxo-Coburgicus in tract. erudito de orig. & jure patric. lib. 3. c. 3. n. 18. vers. Item die Müntzer. *Tam antiquum, sacrum & regale ius monetæ apud Gentes habitum, ut etiam in speciem singularis fidei, gratiæ & benevolentiæ Principum cum aliis quandoque communicatum fuisse memoretur, sed haud raro tristi eorundem, qui hanc provinciam affectarunt, eventu, quomodo, ut alia præteream*, apud Dn. Johan. Hering. in tr. de molendin. quæst. 1. n. 14. *Bellisarius natione Germanus tam charus fuisse legitur Imp. Iustiniano, ut in numorum parte unâ seipsum, in alterâ Bellisarium armatum jusserit exprimendum cum hoc elogio: Bellisarius Romanorum spes & gloria: at enim tandem excidisse gratia Domini sui, adeò ut pleriq; eum excæcatum, alii ad extremã paupertatem redactum scripserint:* Dn. Christophor. Besold. de consil. polit. axiom. 126. & in Synops. histor. univers. c. 16. pag. 263. vers. Belisarius autem. Elias Reusner. hortul. histor. polit. coron. 2. flor. 13. pag. 224.

Georg. Lauterbeck im Regenten Buch / lib. 2. c. 17. Dn. Anton. Bullæ. in præfat. resp. jur. de sævit. mariti in uxor. pag. 22. *Providentiores multò hâc in re Impp. Turcici, qui nulli concedunt facultatem moneta*, post Bonfin. Arnold. Clapmar. de arcan. Rerumpubl. lib. 1. cap. 16. *sed quoties Reges vel Principes constituunt, inque fidem & clientelam suam recipiunt, semper hac duo reservant: Monetas & preces publicas pro salute Principis, ceu ex authoribus annalibusq; Turcicis advertit Scipio Gentilis* in disp. ad constit. Imp. Frider. I. de regal. θ. 111. cujus ego quoque mentionem feci in D. Kitzelii tr. h. clas. 1. theor. 5. sub alleg. lit. G. *eumq; morem adhuc hodie multos Christianos, qui superiorem non pratendunt, Principes Summatesq;, & quidem ex his nominatim Serenissimos atq; Potentissimos Suecia, Anglia, Bohemia & Vngaria Reges strictè custodire, ex plerisq; probata fidei autoribus elucescit* apud Anton. Hanffman. de re monetar. resol. 7. sub allegat. lit. g. i. l. m. *maximoperè sanè & in Imperio nostro, si quidem fieri potis sit, exoptandum, prasertim proximis retrò temporibus, quibus cum meminisse debuerant aliqui Principes, se non mercatores, sed Principes esse*, uti Alexander Magnus apud Q. Curt. Parmenoni respondebat, *utiq; etiam civiliter pradicto numismatum jure* (Als dann auch die Müntzgerechtigkeit / juxta gloriosissimam Maximiliani II. Imp. vocem in Recess. Imp. de Anno 1570. kein Mercantz / sondern unser Käyserlich Regal / so die Müntzstände auß unserm sondern Vertrawen / nicht zu ihrem selbst gesuchten vortheil / sondern wie wir selbst dem H. Reich zu Ehren und Wollfarth brauchen sollen) *sine cauponatione ulla & Reipublica dispendio uti, nec tantoperè effranis illis numorum depravatoribus, hominibus sanè potione vinciâ, literâq; longâ quam dignissimis connivere debuissent, de qualibus tamen, quod factum fuerit, inter alia iam olim proh dolor! hac audita est conquestio:*

Mundi mercatores
Quid sunt! (heu) quàm triffatores?
Quando boni nummi vadunt,
Statim eos igni tradunt,
Sicq; manet pagamentum,
Scoria & non argentum,
Sic confundunt mundum totum,
Istud undique est notum:

referente Autore incerto in relat. seu decis. causæ, resp. jur. monetar. Joan. Wolffgang. Hilleri subjectâ, pag. 70. *Restat unica eaq; palmaria de his, qua vel maxime non tantum depradicando, sed & congratulando, & si quid est amplius istis,*

(Mentiar, aut verum dicam, mens attamen ipsa
Imperat, ut dicam, ex Homer.)

Genero-

Generositati tuæ demissè proponere me expectorat, inscriptionis causâ & verè eu-logia; sed cùm videam, eam ex illorum esse territorio, pœnè qualia

——— nec lingua referre
Ulla, nec humanum pectus comprêndere posset:

ceu in simili Palingen. Zod. vitæ lib. 3. modulatur, *atq; antehac*, sugge-rente Ovidio lib. 2. de arte amandi:

Utile quæ multis dissimulâsse fuit;

equidem istam alta mente tantisper, donec ille tandem, quem vulgi fabula demi-ratur, lusus Dei omnipotentis in partibus nostris undiq; consumtus, eandem ipsus lentulo marte everberaverit, mecum tenebo repostam, illius Ovveniani lib. 1. epigram. 92. *memor:*

Dissimula, simula, quoties occasio poscit,
Moribus ut morem temporibusq; geras:
Temporibus, qui ritè sapis, servire memento
Omnibus, ut tempus serviat omne tibi.

Interea accipe, Generosissime Comes,

O & præsidium, & dulce decus meum,

sub tui splendidissimi nominis autoritate, tanquam sub fortissimo Ajacis clypeo hoc quicquid est libelli, quem tibi pro meâ parte humiliter dedico, clementi vul-tu, eundem adversus viperinos Zoilorum tuere morsus (quibus solenne est, ut

Composita dicta pectore evolvant suo,
Quæ cum componas, dicta factis discrepant,

ut refert Attius, *dum enim alter alteri felicitatem ingenii invidet, fit, ut quem quis imitari non possit, eundem odisse incipiat, illud Ovveni* lib. epigram. 225. *animo cupido revolvens:*

Deprimitur nisi pes alter, non tollitur alter,
Sic casu alterius tollitur alter homo)

& patere in tuorum, quos domi catervatim Bibliotheca tua alit, librorum esse consortio; Tametsi enim iste non de aureâ, argenteâ, vel aliâ pretiosioris cujus-dam metalli monetâ, quali Regnum Sueciæ, teq; in illo scatere benè novimus, sit; Sed de curtâ quâdam ingenii nostri suppellectile procedat; quominus tamen eun-dem pro qualicunq; grati animi indicio, &, nisi me præsagia fallunt, laboris in-geniiq; mei specimine ultimo, quando hoc loco præter edita imposterum scio tali-um pœne, si mihi suadam stellati Poetæ lib. Zod. vitæ 12. huc ciere fas sit,

Nil facere ulterius propriâ defectus ab arte,

clementer habiturus sis, præprimis cùm & chartacea quandoq; haud abjecta fuis-


se legantur numismata, apud Nicol. Reusner. lib. 3. consf. 7. n. 44. Rener. Budel. de re numar. lib. 1. c. 1. n. 34. Don Garf. Mastrill. de magistrat. lib. 3. c. 10. n. 146. Dn. Theodor. Reinkingk in tract. synopt. de retract. consanguin. quæst. 6. n. 174. & 177. David. Döring. tom. 1. Bibliothec. jurisconsult. verb. Ærarium. n. 210. Anton. Hanffman. de monet. resol. 14. lit. H. in allegat. *nec rarò voluntatis forma, ut nostri perhibent, monetet opus*, ex gloss. Paul. de Citadin. in tr. de jure patronat. part. 3. caus. 1. acquir. n. 53. *adeò ut non minus regia res sit, parva benignè ac comiter accipere, quàm magna largiri*, ut dicit latiusq; declarat Hieronym. Cagnolus in epistolâ de vita & regim. boni Principis ad Emanuel. Philibert. Caroli II. Sabaudiæ Ducis filium scriptâ, n. 3. *equidem nullo modo dubitare potessum, illud unum duntaxat obsecrans pro coalita clementia tua, ut me Generositati tuæ devotum sub favoris tui patrocinio conservare & tueri pergas. Quod superest*, DEUS *Opt. Max. te, Comes Generosissime, cum Prælustri Patruo, Dno Magno Regni Prorege, Parenteq; tuo, Dno Abrahamo Brahe, Comitibus de VVissingsborgk &c. nec non Charitatibus ipsorum spiritu suo regat, auxilio juvet, præsidio tueatur & gubernet, utq; populo tuo diu feliciter praeesse possis,*

De nostris annis tibi multos augeat annos.

Scriptum Marpurgi Cattorum 1. *Martii, Anno, quem connotat Claudianus* panegyr. in Manl. Theod. consil.

SVrgIte sopItæ, qVas obrVIt aMbItVs, artes,
InVIDIæ Cessent.

Generosæ Clementiæ tuæ



à servitiis

VVILHELMUS ANTONII D.



DISPOSITIO TOTIUS OPERIS IN CERTAS CLASSES ET QUÆSTIONES DIGESTI.



CLASSIS PRIMA

DE DEFINITIONE ET ORIGINE MONETAE, ET QUIBUS COMPETAT.

THEOREMA PRIMUM.



ON minus ſcitè quàm verè PHILIPPUS SENIOR Haſſiæ Landgravius, Princeps rerum geſtarum magnitudine, pietate, juſtitiâ, magnificentia, prudentia multarumque rerum experientia, pacis & concordiæ ſtudio, aliiſq; præclaris virtutibus Illuſtriſſimus, Pater Patriæ laudatiſſimus, vernacula noſtra dicere ſolitus fuit: **Man ſoll einen Fürſten kennen bey reiner Straſſen / guter Müntz / vnd haltung beſchehener zuſag.**

Theorema Secundum. Cujuſmodi veri Principis boni que Regiminis notarum converſione, puta viarum ſecuritate in deprædationes, ſtrictaque militari diſciplina in effrænam militum licentiam, probis monetis in adulterinas, bonæ fidei obligationibus in fraudulentas circumventiones, aliiſq; peccatis hiſce conclamatis temporibus graſſanbitus ſtatus Imperii Romani ita labefactatus eſt, ut juſtiſſimo Dei Ter

Opt. Maximi judicio, ipsi præsentissimus interitus imminere videatur.

Theorema Tertium. Hujusmodi verò gravissimis & inveteratis Reipublicæ nostræ morbis ante extremum judicium nullum magis salutare remedium applicari potest, quam ut exemplo Medicorum contraria contrariis curantium, à peccatis abstinendo ad sacram pœnitentiæ anchoram confugiamus, prædictosq; abusus abrogemus, ut proinde haud minimæ operæ precium me facturum opinor, si hac vice pro executione symboli prædicti illustrissimi Herois & Principis Dn. PHILIPPI Hassiæ Landgravii modum abrogandi abusum, & reducendi verum usum monetarum perspicuè & succinctè exposuero. Quod ut cedat ad SS. divini nominis gloriam, ad Reipublicæ salutem, firmandamque pacem & concordiam profligandoque bellum & discordiam à Deo Ter opt. Maximo fonte omnis boni, salutarisque consilii authore intimis precibus contendo.

Theorema Quartum. A definitione igitur inchoando, Moneta à monendo dicta, definiri potest, bractea metallica publico charactere insignita, omnium rerum æstimationem præstans, paris significationis vocibus numus per simplex M, sive nummus per geminum M scripta, item numisma in specialiori significatu pecunia etiam appellata.

Theorema Quintum. Cæterùm originem pecuniæ quod attinet ejusdem usus & inventio juris Gentium est, & initio ex metalli colore & pondere potissimum æstimata fuit. Ut verò contrahentes ista ponderandi & examinandi difficultate sublevarentur, pecuniæ cura postea ad superiores devolvi, & in testificationem, quod proba sit, ab iisdem signari, atque sic quoad formationem juris civilis esse cæpit. Unde hodie jus tam cudendæ quàm mutandæ monetæ Regalibus annumeratur.

Theorema Sextum. Monetam igitur cudere seu mutare possunt primò Imperator, deinde etiam Pontifex Romanus, adeoque omnes Reges, Principes & Respublicæ superiorem non recognoscentes, quales etiam jus cudendæ monetæ in inferiores, modò merum & mixtum Imperium habeant, non verò in merè privatos sine tali jurisdictione transferre possunt.

Theorema Septimum. Dehinc tam ex aurea bulla, quam ex speciali con-

conceſſione vel ex conſuetudine etiam temporis immemorialis, Regale monetarium quàm pluribus etiam ſtatibus Imperii imò civitatibus etiam municipalibus, nonnulli tamen cum certa aliqua prærogativa competit; uſque adeo ut deſuper etiam certos ſenatus circulares & conventus exploratorios habere, & Edicta monetalia particularia facere poſſint; Sed etiam ipſemet Imperator ſine eorum ſcitu & voluntate jus monetarium pluribus aliis concedere, aut ſuper re monetaria ſolus ſtatuere poſſit.

Theorema Octavum. Cæterùm quilibet Domini monetales jus cudendæ monetæ habentes, illud ipſum non pro mero lubitu ſuo, cudendo monetas adulterinas, ſed ſecundum jus Gentium & civiliter ad bonum publicum & ſalutem Imperii exercere tenentur, uſque adeò ut ex nonnullorum ſententia prorſus puræ monetæ conflandæ ſint, nec ſumptus monetales deduci poſſint, quamvis generali conſuetudine ubivis locorum nunc contrarium receptum ſit, & certa monetarum ligâ præſcriptâ, propter impenſas monetales, monetis aureis & argenteis aliquid vilioris metalli immiſcere liceat.

Theorema Nonum. Quemadmodum autem nemo ad proprium ſuum quæſtum, ſed ad ſalutem publicam & dignitatem Imperii monetam cudere poteſt, ita pariter nullus Princeps aut ſuperior ſine juſta & gravi cauſa vel ſine conſenſu populi monetam mutare, ſive valorem juſto majorem imponere, multò minus aliis non ſubditis præjudicare poteſt, injuſtè verò & ſui lucri cauſa monetam mutans mortaliter peccat, & ſubditis omnia damna exinde perpeſſa refundere tenetur, quod etiam ceſſante neceſſitate, ob quam monetæ mutatio facta eſt, faciendum eſt.

Theorema Decimum. Præterea uti olim Romani in ampliſſimo illo Imperio unam tantum officinam monetariam habuerunt, & Carolus Magnus Imperator in ſuo tantum palatio monetas cudi voluit: ita pariter in Imperio Romano Germanico, Jure Monetario tot ſtatibus Imperii communicato, multitudo officinarum monetalium inhibita eſt, ita quidem ut illis tantum ſtatibus, qui auri vel argenti fodinas habent, peculiares officinas monetarias, reliquis verò Dominis monetalibus, qui tales fodinas non habent, in quovis circulo conjunctim tres vel

quatuor officinas monetarias ad summum habere liceat, quales antehac solummodo malleares fuerunt, Hamermüntzen/ hodie verò officinæ monetales torculariæ Truckmüntzen etiam adinventæ sunt, quas sub pœna amissionis Regalis Monetarii aliis locare, vendere, vel quocunque modo alienare inhibitum.

Theorema Undecimum. Insuper ad officinas monetarias etiam certos monetarios adhiberi oportet, quales licet olim vilis & abjectæ conditionis homines fuerint, attamen hodie non minus ac alii ingenui homines honestæque personæ reputantur, certisque privilegiis fruuntur, usq; adeò ut secundum illa nullus in probatam & honestam officinam monetariam recipi debeat, nisi prius in consimili honesto & probato Argyrocopio probaverit, quòd legitimè natus sit, quod per integrum quadriennium artificium hoc didicerit, & sub durissima cæterorum monetariorum disciplinâ honestè sese gesserit, cumprimis verò Magistri Monetales ad officium illud non admitti debent, nisi prius de honesta eorum conditione, peritia, probata fide & honesta dimissione constet, & duplex juramentum tam domino suo quàm Ablegatis ad probationum diætas præstiterit.

Theorema Duodecimum. Postremo monetarii in genere ita appellati gradu & officiis distinguuntur, utpote quorum alii sunt Magistri Monetales Müntzmeister/ Guardini Guardin/ Sculptor formarum ferrearum, quibus monetarũ characteres imprimuntur, der Eysenschneider / cæterique Monetarii, qui monetas percutiunt, Die Müntzgesellen/ quorum primus Magister Fabrorum appellatur, & juramentum commune habent.

CLASSIS SECUNDA.

DE VARIETATE OBLIGATIONUM PECUNIARIARUM, PROPTER QUAS NUMORUM DEBITORUM SOLUTIO VARIARI POTEST.

Quæstio Prima. Quatenus numi in specie, vernacula nostra, stück vor stück crediti esse censeantur; quatenus item in eadem specie, qua crediti sunt, restituendi sint vel minus?

Qua-

Quæstio secunda, ejusdemque Sectio prima. Quatenus numi in genere seu quantitate generica & collectiva, seu æstimatò tantùm crediti censeantur? Vernacula nostra, **auff währung/ Gülden oder Zahlthaler außstehen/** & quatenus ex hac obligatione, moneta alia pro alia, puta aurea pro argentea, minuta pro grossâ, & vicissim solvi possit vel minus?

Sectio secunda secundæ quæstionis, de numis in genere seu in summa collectiva creditis. Utrum videlicet debitor, qui summam collectivam seu quantitatem genericam, puta per certum numerum florenorum seu thalerorum usualium, in probis & justis monetis justoque & legitimo earundemq; valore accepit, tempore immodici valoris monetarum earundemque summi abusus, in tali injusto & nimio valore, summam debitam creditori suo reddere, an verò creditor eandem oblatam justè recusare, vel etiam si ignoranter seu errore talem pecuniam improbam, seu injusti valoris, à debitore suo accepit, post reductionem monetarum ad justum valorem defectus supplementum ab eodem adhuc petere possit?

Sectio tertia secundæ quæstionis, de numis in genere creditis, an istiusmodi læsionis, ex mutata liga & valore pecuniæ provenientis, etiam in aliis contractibus, puta Emptionis venditionis, depositi aliisve consimilibus, in quibus ex una tantùm parte pecunia, & altera parte res intervenit, æquè ac in contractu mutui, in quo utrinque pecunia intervenit, ratio haberi debeat.

Quæstio tertia de obligatione pactitia, ejusdemq; Sectio prima. An dispositio seu conventio consistat, ejusdemque ratio habenda sit, si contrahentes ob metum futuræ mutationis monetarum, ab initio convenerint, de pecunia seu certa qualitate, quantitate seu æstimatione solvenda & reddenda, item de variis istiusmodi conventionum casibus. Vernacula nostra, **wie es mit den Fällen außgeliehener oder außstehender Gelder/ auff gewisse Geding oder vorbehaltungen solle gehalten werden?**

Sectio secunda. Utrum vigore pacti de reddenda pecunia debita in moneta proba & recepta, secundum cursum & valorem temporis solutionis, debitor is, qui tempore superiori in tanto rei monetariæ abu-

 su, cer-

ſu, certam ſummam Florenorum ſeu thalerorum uſualium, in leviori-bus aut probis etiam monetis, ſed & in injuſto & immodico valore ac-cepit, poſt reductionem monetarum ad minorem magis juſtum & legi-timum valorem, creditori ſuo ſummam debitam, in probis monetis tempore ſolutionis currentibus, ſecundum valorem iſtius temporis longè minorem reddere teneatur?

CLASSIS TERTIA.

DE MUTATIONE MONETARUM, OB QUAM NUMORUM DEBITORUM ſolutio variari poteſt.

QVæſtio Prima. Quomodo bonitate qualiumcunque numorum ex-trinſeca, intra tempus contractus ſeu diſpoſitionis & ſolutionis mutata, ſolutio expedienda ſit? Vernacula noſtra: **Wann die Müntz innerhalb der Zeit deß** contracts **vnd dem Zahlungs** termin **geringschätziger oder güebiger worden/welcher Gestalt als dann die Zahlung geschehen soll?**

Quæſtio ſecunda; Quomodo ſolutio numorum debitorum facien-da ſit, ſi intra tempus contractus ſeu diſpoſitionis & tempus ſolutionis numorum debitorum bonitas intrinſeca mutata fuerit? **Wann die Müntz innerhalb der Zeit deß** contracts **vñ der Zeit der zahlung / an Schrott vnd Korn oder im gehalt verringert oder vermehrt worden ist/ welcher Gestalt/ als dann die außzahlung geschehen müste?**

Quæſtio tertia, ejuſdemque Sectio prima. De expedienda numo-rum debitorum ſolutione, ſi nummi cumprimis in ſpecie, uti crediti ſunt, tempore ſolutionis prorſus non extent, **Wann die dargelichene Gelter nicht mehr zu überkommen / wie als dann die Bezahlung geschehen könne oder müste?**

Sectio ſecunda tertiæ quæſtionis, de numis debitis intra tempus contractus & tempus ſolutionis à Superiore reprobatis. Utrum videli-cet debitor, ob numorum debitorum reprobationem à nexu obliga-tionis prorſus, an verò ipſorum numorum reprobatorum red-ditione, aureorum æſtimatione ad tempus contractæ ob-ligationis relatâ, liberetur?

CLAS-

CLASSIS QUARTA

DE EXTERNIS CIRCUMSTANTIIS

OB QUAS ITIDEM NUMORUM DEBITO- rum solutio variari potest.

QVæstio Prima. De Expedienda numorum debitorum solutione, si ex parte Debitoris vel Creditoris post tempus solutionis mora in solvendo vel accipiendo intervenerit. Wann vff seyten deß glaubigers oder deß schuldeners / ein Verzug wegen außzahlung oder annehmung der Gelter mit eingelauffen ejusdemque

Sectio prima. An & quatenus mora à debitore vel creditore in non solvendo vel recipiendo pecuniam justo tempore commissa debitori vel creditori noceat seu minus?

Sectio secunda. An ob moram à Reo convento commissam is omne & totale periculum & detrimentum mutatæ pecuniæ sufferre teneatur, item de interesse, moræ quantitate, ejusdem probatione & adjudicatione.

Quæstio secunda. De Expedienda numorum debitorum solutione, si ex parte debitoris seu quandoque creditoris etiam, præscriptio seu observantia, à tempore contractus seu dispositionis intervenerit? ejusdemque

Quæstio prima. Quatenus & in quantum ipsa sors seu capitale una cum accessionibus, cumprimis verò præstationes annuæ, seu census & reditus annui, præscribantur vel minus?

Sectio secunda. De præscriptione certi modi solvendi, cum primis circa præstationes annuas, census & pensiones quotannis debitas.

Sectio tertia, quatenus certus solvendi modus, inprimis circa pensiones, census & reditus annuos per solam observantiam etiam induci possit vel minus?

CLASSIS QUINTA

DE VERO USU ET ABUSU REI NUMARIAE EIUSDEMQUE CORRECTIONE.

QVæstio prima. ad cap. Quantò. 18. Ext. de Jurejurand. An Principi aliive superiori jus cudendæ monetæ habenti, extra casum summæ necess-

necessitatis, vigore juris superioritatis, improbam monetam ferire, proba numismata recudere, eadem diminuere, sui commodi causa improba & deteriora numismata, in locum veteris justæ & probæ monetæ surrogare, iisdemque valorem justo majorem imponere liceat?

Quæstio secunda & ultima principalis. De variis monetarum corruptelis, earundem correctione in septem sectiones divisa.

Quarum prima agit, de ipsomet abusu Regalis monetarii & monetarum percussarum.

Secunda de variis incommoditatibus & damnis exinde ad superiores & ipsorum subditos redundantibus?


Tertia de Causis istiusmodi corruptelæ & damnorum, & quomodo iisdem occurrendum sit?

Quarta de pœnis Delictorum monetariorum?

Quinta de Inquisitoribus, Accusatoribus & Denunciatoribus delictorum monetariorum, eorumque præmio?

Sexta de competenti judice super istiusmodi delictis, eorumque pœnis, cumprimis etiam, cuinam judicii in concursu numi confiscati applicandi sint?

Septima & postrema de Executione decretorum, super delictis monetariis.



CLAS-



CLASSIS PRIMA

DE DEFINITIONE ET ORIGINE MONETÆ, ET QUIBUS COMPETAT.

THEOREMA I.



ON *minus ſcitè quàm verè* PHILIPPUS *Haſſiæ Landgravius* a) *Princeps rerum geſtarum magnitudine* b) *pietate* c) *juſtitia* d) *munificentia* e) *prudentia* f) *rerum experientia* g) *pacis & concordiæ ſtudio* h) *aliiſq; præclaris virtutibus Illuſtriſſimus* i) *Pater patriæ laudatiſſimus* k) *vernacula noſtra dicere ſolitus fuit* l) **Man ſoll einen Fürſten kennen bey reiner Straſſen** m) **guter Müntz** n) **vñ haltung beſchehener zuſag.** o)

a) Filius unicus WILHELMI medii Landgravii Haſſiæ, ejuſdemq; ex aſſe heres & ſucceſſor, genitus ex Anna duciſſa Megapolitana Magni ducis filia Anno 1504. menſe Novembr. die 13. Pater quatuor fratrum Germanorum Illuſtriſſimorum Principum Dn. WILHELMI, Dn. LUDOVICI, Dn. PHILIPPI Junioris, & Dn. GEORGII, Landgraviorum Haſſiæ virtutum tanti herois æmulorum & ſucceſſorum digniſſimorum inter preces & lachrymas firmaq; in Deum fiducia animam ſuam efflans Ann. 1567. ult. Martii anno ætatis 63. climacterico nono. *Cunrad. Matth. in oration. funebr. Philipp. Senior Haſſiæ Landgravii, Reuſner. in opere genealogico, ſtemmate primo ſtirpis Lovanienſis prope fin. [Michael ab Iſſelt in hiſtor. ſui tempor. ad ann. 1567. in fin pag. 133.]* *b)* utpote qui exemplo Publii Cornelii Scipionis Africani vel adoleſcens adhuc anno ætatis decimo octavo militare cæperit, ac anno 1521. adjumento Richardi Archiepiſcopi Trevirenſis & Ludovici Comitis Palatini Electorũ Rhenenſium, Franciſcum Sickingium equeſtris ordinis Rhenenſis tum temporis Nobilem primarium tractum Rhenanum bello infeſtantem, finitimiſque comitatibus multa mala minitantem, Cronberga etiam occupata feliciter repreſſit, proximoq; inſequenti anno 1523. Nanſtallum arcem Sickingii munitiſſimam, quo ſeſe receperat, & in oppugnatione illa trabe concuſſus occubuit, expugnavit; *Cunrad. Matth. in Panegyric. Marpurg. oration. 1. Reuſner. dict. loc. Dilichius in chronologic. Haſſiac. ſub tit.* **Philips der Erſt dieſes Nahmens Landgrave zu Heſſen.** *pag. 280. & ſeqq.* Quinimò cum anno 1528. quidem Otto Paccius ipſi exhibito exemplo initi fœderis Moguntinum Herbipolenſem & Bambergenſem Epiſcopos, conſpirationis adverſus Ev-

 ange-

angelicos admodum suspectos reddidisset eosdem præveniendo, tantaq; celeritate copiis conscriptis in tantas redegit angustias, ut sese excusare, bellum deprecari, pacemque centum millibus aureorum redimere cogerentur. *Schleidan. lib. 6. comment. n. 28. Dilich. d. loc. pag. 228. & 289.* Anno verò 1525. Rusticos in Thüringia aliisque Hassiæ conterminis locis tumultuantes nec ad factas monitiones principum à cœpto suo desistentes unà cum JOHANNE Electore Saxoniæ & socero suo GEORGIO Saxoniæ magnâ animi fortitudine & prudentia retrudit & dissipavit. *Scleidan. lib. 5. commentarior. hinc inde inprimis num. 4. & 5. Dilichius d. loc. pag. 284. & seqq.* Anno 1534. Ulricum Ducem Wirtenbergicum cognatum suum, à Suevico fœdere ditione sua ejectum ad quindecim annos jam exulem sociorum auxilio destitutus, solus & celeriter profligato exercitu Ferdinandi Regis Romani tum temporis ex divisione fraterna possessoris ducatus Wirtenbergici pręter omniũ spem & opinionem admiranda animi magnitudine in ducatum suum restituit, eoque in bello Philippum Comitem Palatinum bellicosum in calce pedis globulo bombardico vulneratum cepit, *Schleidan. lib. 9. commentar. n. 4. 8. 10. 11. & 17. Dilich. d. loc. pag. 302. 303. & 304.* Insequenti anno 1535. Monasterienses, Anabaptistas seditiosos una cum aliis Imperii proceribus oppugnavit, eosdem ad deditionem compulit, eorundemq; Reges fanaticos novos profligavit. *Schleid. lib. 10. commentar à primo usq; ad n. 20. Dilichius d. loc. pag. 305. 306. & 307.* Ann. 1542. Henricum juniorem Ducem Brunsuicensem bellicosum Brunsuicũ & Goslariam in fœdere protestantium comprehensas civitates cõtra inhibitionem Cæsaream infestantem una cum Electore Saxoniæ Johanne Friderico ditione sua ejecit, *Schleidan. lib. 14. commentar. num. 30. Hortleder. lib. 4.* von Ursachen deß Teutschen Kriegs *cap. 38. 39. 40. & 41. fol. 777. 792. 794. & 844.* eundem verò Anno 1545. ditionem amissam armis repetentem, fortissimè dimicantem & inter primos sese periculis offerentem prælio facto unà cum filio Carolo victore cepit; *Schleidan. commentar. lib. 16. n. 23. Hortleder* von Anfang und furtgang deß Teutschen Kriegs *lib. 4. cap. 51. & 52. cum seqq. tom 2. fol. 1039. & seqq.* Quinetiam in ipsomet bello Smalcaldico Anno 1546. adversus Cæsarem suscepto & infeliciter pro defensione Religionis, cujus conservatæ gloriam isto periculosissimo tempore Deus Ter. Opt. Maxim. una cum experimento constantiæ confessorum in laudem sui divini nominis aliorumq; exemplum sibi reservaverat, & adverso Marte gesto huic Principi nostro non consilium sed executionem defuisse multi arbitrantur. *Schleid. lib. 18 comm. per tot. inprinc. n. 1. n. 10. 11. & 12. Thuan. lib. 2. histor. fol. 159. & seqq. Hortleder. tom. 2. de bell. Germanic. lib. 3. pag. 1620. & lib. 4. pag. 1643.* c) Timorem enim Domini cum sanctis viris initium veræ sapientiæ esse statuit *Psalm. 110. vers. 10. Prov. 1. vers. 7. & Ecclesiast. c. 1. v. 16.* ac proinde non ipsemet solùm tempus, quod ab aliis negotiis habuit vacuum, lectioni sacrorum librorum impendit, nullumq; diem pręterlabi passus est, quin duo ad minimum capita sacrorum bibliorum quandoque etiam plura perlegerit & evolverit, sed etiam circa initium sui

Regi-

Regiminis, luce Evangelii ministerio beati Lutheri latius sparsi, in Ecclesiis & cœnobiis suis à papatu summa moderatione repurgatis, salutarem & puram Evangelii doctrinā per universum principatum suum à viris piis & idoneis doceri, subditosq; sibi concreditos in sana etiam Religione informari fecit, & ut tam pro sua ditione quā exteris etiam copia Doctorum & eruditorum in omni scientiarum genere suppeditaret, Academiam & scholā Marpurgensē primus erexit, [*ejus meminit in Catalogo Academiarum Daniel Otto d. jure publ. Imp. Roman. c. 14. pag. 715. Matth. Stephani in discurs. verè Academ. ad auth. habita. C. ne fil. pro patre th. 12. Dn. David. Doring. tom. 1. Bibliothec. ICtorum. lit. A. verb Academia. pag. 107. n. 23.* Johann Werner Gebhart lib. 2. Fürstlicher Tischreden / c. 27.] Doctos viros hinc inde accersivit, eosdem optimis stipendiis summisque privilegiis exornavit magnoque in pretio habuit. Insigne verò specimen puræ Religionis & constantiæ præter alia in hisce etiam reliquit, quòd Anno 1530. Carolo V. Imperatori invictissimo, una cum cæteris protestantibus Symbolicam confessionem Evangelicam, vulgò Augustanam confessionem appellatam, insigni animi magnitudine exhibuit, eandemque multoties contra adversarios potentissimos & ingeniosissimos audacissimosque in summis etiam periculis constanter defendit, adeoque ut summatim comprehendam, præceptum illud domini, *Deuteronom. cap. 17. v. 17. 18. & 19.* sibi in universa gubernatione propositum habuit: postquam autem sedent in solio Regni sui, describet sibi Deuteronomiū legis hujus in volumine, & habebit secum legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, ut discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba & ceremonias ejus, quæ in lege præcepta sunt. Nec elevetur cor ejus in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dextram vel sinistram, ut longo tempore regnet ipse & filius ejus, qua de re iterum legi possunt commentaria *Iohannis Schleidani de statu Religionis & Republica hinc inde inprimis lib. 7. lib. 17. lib. 18. & lib. 19. Hortleder.* vom Anfang vñ Fortgang deß Teutschen Kriegs / *lib. 1. 2. & 3. passim.* *d)* Siquidem optimus hic Princeps in tota administratione sua nihil magis expetebat, quàm ut omnia secundū justitiam poli & fori regularentur, veritasque & justitia defenderentur, *argumento l. digna vox. 4. C. de LL. l. omnes. final. C. si contra jus vel utilit. publ. Bald. l. 1 n. 1. & Iason. num. 3. ff. de constitution. princip.* [*Wilhelm Antonii, qui idipsum ex aliis sigillatim probavit in analect. de rescript. morator. cap. 48. num. 81. & c. 49. n. 85.*] Hinc non ipsemet solùm vel in itineribus etiā supplicantes patienter admisit, absentes & accusatos prius audivit, nullum verò indefensum condemnavit, omnibusque infimis & summis pariter ad sese aditum præbuit, & pro qualitate causæ vel ipsemet protinus ex æquo & bono jus dixit, vel eosdem in causis inprimis dubiis ad consiliarios suos, quos prudentissimos & doctissimos sibi adjunctos habebat, ulterius ex utraque parte audiendos remisit, adeoque subditos & ministros suos cujusque ordinis ex æquo ita tuebatur, ut neque tenuiores à potentioribus vi manifesta vel iniquis judiciis opprimi possent, neque plebeis in locupletum fortunas impetum unquam facere liceret, id-

que unicè spectabat, ut utrosque intra sui officii metas contineret, iisdemque mutuam officiorum & necessitatum societatem, animorum conjunctionem & benevolentiam, cum debita veneratione sui principis ingeneraret. *Cunrad. Matthæus & Iustus Vultej. in Panegyric. Marpurg. oration.* 1. & 2. *e*) De hujusmodi enim Principis munificentia non solum ministri ipsius, quos sedulos & fideles locupletavit, literati, quibus librorum & carminum inscriptionem amplissimis muneribus compensavit, exules, quibus Patrimonium & subsidium præstitit, pauperes studiosi, quibus sumptus studiorum suppeditavit, & quivis alii miseri & egeni, quos tam domi quàm foris in itineribus & venationibus, beneficiis & eleemosynis cumulavit, satis superq; testati fuerunt, sed etiam munificentiæ & magnificentiæ ipsius principalis indubitata & certissima monumenta in hunc usq; diem adhuc extant, dotatio Academiæ Marpurgensis, duo hospitalia Wetteranum & Kauffungense, pro dotandis filiabus Nobilium, & quatuor hospitalia, Heynense, Merckshusianum, Grunaviense & Hofheimense pro sustentandis pauperibus & miserabilibus personis corporis & animi affectibus ita pressis, ut aliunde victum & amictum conquirere nequeant, ab ipso erecta amplissimisque proventibus donata, quos iisdem literis suę celsitudinis manu subscriptis & sigillo magno communitis in perpetuum sine ulla decurtatione possidendos tradidit. Cujusmodi principalis beneficentiæ memoriam, quamdiu scholæ publicæ & studia liberalia in Hassia florebunt, quandiu Nobilium filiæ nuptui collocantur, & quamdiu pauperes & miserabiles personæ in istiusmodi cænobiis aluntur, nulla delere poterit oblivio. *Cunrad. Mattha. & Iustus Vultej. dict. oration.* 1. & 2. *Panegyric. Marpurgens.* *f*) Quanta enim sapientia & prudentia Illustrissimus hic Princeps polluerit, in hunc usque diem satis superque probant ipsius ordinationes Ecclesiasticæ, politicæ & aulicæ longè saluberrimæ, rerumque ad bellum gerendum & ad pacem colendam sagacissima provisio: quarum saluberrimarum constitutionum observantia, Regiminisque Ecclesiastici & politici ab eodem facta salutari & moderata temperatura, elogiorumque ejus præclarorum obsequio Hassiam dulcissimam Patriam nostram in perpetuo flore conservatum, iisdemque verò posthabitis & neglectis, eandem periclitatum iri non dubium est, tum secundum illud *Syracidis cap.* 8. *v.* 9. & *seqq.* Ne despicias narrationem sapientum, & in proverbiis eorum conversare: ab ipsis enim discis sapientiam & doctrinam intellectus, & servire Magnatibus sine querela: Non te prætereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à patribus suis, quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dabis responsum: tum verò etiam quod leges & ordinationes bonæ & salutares sine summa necessitate non mutari debeant: *l. Minime.* 23. *ff. de Legib. junct. l. Et si nihil.* 183. *ff. de Reg. Iur. Petr. Gregor. Tholoßan. de Republic. lib.* 10. *c.* 6. *n.* 18. [sed eas tanquam alteros Deos observare oporteat, *teste Hierocle apud Stob.* cùm ex novis legibus plus quam ex veteribus plura plerunque nascantur incommoda, *ut refert Cornel. Tacit. lib. annal.* 14. *pluraque in id congeßi in Analect. de rescript. morator. cap.* 69. *n.* 69.

n.69.] & alias omnes innovationes, tanquam odiosæ & periculosæ, in Imperiis & gubernationibus evitandæ sunt: *argumento c.4. vers.6. prior. Epist. ad Timoth. can. Quis nesciat. fin. distinct. 11. & cap. cum consuetudinis. 11. x. de Consuetud. Alciat. in tractat. de præsumpt. lib. 2. præsumpt.* 30. [*D. Theodor.* Reinkinck *in tr. de regim. secul. & Ecclesiast. lib. 1. clas. 3. cap. 2. num. 4. & lib 2. clas. 2. cap. 6. n. 11. Iacob. Aleman. in palestra consultat. jur. cons. 3. de magistratu perpet. præfer. pag.* 114. Ideoque quod olim ritè fuit institutum, non debet novis retractationibus mutilari: *can. Achatius in pr. & can. seq. 24. quæst.* 1. sariùs quippe est, in antiquis confidere, quam novorum appetitione etiam antiqua perdere, §. *pen. auth. ut qui obligatus se perhib. coll.* 5. quo respicit illud Ennii:

Moribus antiquis res stet Romana virisq;

Unde Aristoteles *lib. 7. Ethic. c. ult.* scriptū reliquit: Novitates & mutationes ob quandam pravitatem fieri: Homo enim pravus facilè mutabilis est & mobilis, & varia est ferme natura malorum, nec minus verum, quod Cornelius Gallus scripsit:

Eventus varios res nova semper habet.]

g) Hic enim heros inclytus in tot bellis periculosissimis & præliis vel à prima etiā pueritia versatus, totque victoriis nobilitatus, nec non etiam in gravissimis negotiis & deliberationibus, tam Religionem quam statum concernentibus exercitatus, in utraque militia togata & armata tantam sibi experientiam ingenii sui excellentia, & solertia, judicii acumine, longoque rerum usu comparavit, ut supplicibus magno præsidio, hostibus terrori cæteris admirationi & amori fuerit, adeoque in dubiis causis afflictisque temporibus multi Imperii Proceres & Civitates consilium & auxilium ejus expetiverint, & ad ipsum tanquam Patrem factorum & consiliorum & protectorem oppressorum confugerunt, ac proinde præcipui etiam Germaniæ principes pro asciscenda sibi majori & firmiori amicitia cum tanto principe filias ipsius, puta Ludovicus V. Elector Palatinus Elisabetham, Mauritius Elector Saxoniæ Agnetam, Wolffgangus comes Palatinus Annam, Adolphus Dux Slesvvigæ & Holsatiæ Christinam, & Georgius Wirtembergii & Mompergardii Comes Barbaram modernorum ducum Wirtembergicorum aviam, matrimonio sibi junxerunt, *Iustus Vultej. in Panegyric. Marp. oration. 2. item Schleidan. in comment. historiæ Ecclesiastic. & Politic. hinc inde, in prim. lib.* 17. ubi egregios discursus inter Cæsarem ejusdemq; legatos & hunc principem super constitutione Pacis Religiosæ & profanæ habitos, nec non etiam ejusdem provisionem & sagacitatem ante bellum Smalkaldicum admodum nervosè & eleganter enumerat. Quem principem nostrum etiam ipsemet Carol. V. Imperator Victor hostium & triumphator gloriosissimus tanti fecit, ut eundem salutandi causa ad se venientem An. 1544. ante bellum Smalkaldicum non solùm clementissimè exceperit, sed eidem etiam totam administrationem expeditionis bellicæ adversus Turcam detulerit: cumque ille propter magnanimitatem principalem stipendia mereri non assuetus, sed potius cōsiderari solitus, sese tanquam imparem tanto oneri modestè excusavit, Cæsar ipsi benignè hunc in modum respondit: Tibi & aliis aliquando

rectè belligeratus es, non dubito, quin & mihi bonam operam præstare possis: *Schleidan. lib. 15. comment. propè fin. num.* 40. *h*) Etsi enim heros hic fortissimus rerum bellicarum peritissimus, torque victoriis nobilitatus esset, attamen omnia sua consilia ad concordiam & pacem dirigebat, & ne ipsemet aliis causam inimicitiæ præbuisse videretur, controversias judiciarias, quas cum aliis habebat, multoties pecunia redimere, quàm diu litigare, jacturamq; pecuniæ & rerum nonnullarum potius facere, quàm concordiam, tranquillitatem & amicitiam negligere, Martis aleam ancipitem subire, dubiumve litis eventum, memor illius, quod multi pugnantes & litigantes propter adversam fortunam & judicum affectus, sub justo etiam clypeo succubuerint, expectare malebat. Quod si verò inter alios principes aut status Imperii cumprimis confœderatos Evangelicæ Religionis socios, sibi cognatos vel affines inimicitias, simultates aut controversias exortas animadvertebat, non secus ac fidus Pater inter charissimorum liberorum iras sese medium interponebat, diffidentes ad concordiam revocabat, hortabatur, obsecrabat, nihilq; intentatum relinquebat, quo ipsos reconciliaret, mutuamq; amicitiam inter Germaniæ Principes & status Imperii cumprimis Evangelicos conservaret, usque adeò ut parti æquas pacis conditiones recusanti, quandoque ipsemet etiam bellum denunciaverit: *Cunrad. Matth. & Iust. Vultej. in Panegyric. Marpurg. oration.* 1. & 2. i) Familiam enim suam imprimis liberos, omnesque ministros suos ita regebat, omniaque tam legitimo ordine disponebat, ut in aula ipsius exemplar probæ educationis liberorũ, accuratissimæq; domesticæ administrationis conspiceretur. Et ut maximè hospitibus & principibus ad ipsum divertentibus magnifica convivia apparabat, ipsisque debitum honorem exhibebat, ne quis conqueri posset, sese parum magnificè exceptum esse, attamen sumptus profusos & immodicos (quales Cleopetra Regina Ægypti & Apicius Magister helluonum fecisse leguntur, quarum illa cum Antonio Amasio suo Triumviro & duce bellico Romano constructa cœna splendidissima & pollucibili sponsionem inierat de apponendo ferculo, centies sestertiorum hoc est- 250000. thaleris Philippicis æstimando, quod ipsum etiam dimisso unione suo, quem in aure dextra gestabat, in phialem acris aceti plenã protinus implevit, cumque liquefactum absorbuit: *Plinius naturalis historia, lib. 9. cap.* 35. hic verò cum tres milliones coronatorum abligurisset, & trecenta quinquaginta millia adhuc residua haberet, metuens, ne fame periret, veneno se necavit. *Bodin. in tractat de augmento & decremento auri. §. sed ut abundantia auri & argenti, Iustus Lips. de Magnitudin. Roman. lib.* 4. *cap.* 7. ubi præter hæc duo plura alia vani luxus Romani exempla enumerat: [*Addatur etiam Andr. Eborens. exempl. memorabil. tom. poster. rubr. de immoderato sumptu & lux. pag.* 594. *& seqq. Georg. Schonborn. politic. lib.* 2. *cap.* 27. *pag.* 206. *Christoph. Besold in discurs. de erar. publ. cap.* 2. *pag.* 16. *& seqq.*] studiosè devitabat, omnium deliciarum, omnis luxus mollitiem aspernatus, effœminatasque artes repudians, frugalitati inprimis deditos, adeoque luxuriosis, superbis,

perbis, intemperantibus, temulentis, obscenis & ignavis infestissimus erat, sobriis verò temperantibus, castis, continentibusque viris inprimis delectebatur. Quæ omnia ut tantò facilius obtineret, omnesque subditos suos & ministros in frugalitate & cura rei familiaris instituerет, per universam provinciam etiam leges sumptuarias de commessationibus, frugalitate conviviorum & administranda beneficentia tulit, adeoque ut exemplo providi agricolæ suæ originis equos præ exteris eligentis & cum iis arantis, principatus suus idoneis hominibus, quos præ exteris ei ministros eligere posset, abundaret, subditos tam in scholis patriis & Academia Marpurgensi, nec non etiam apud parentes, & quorum curæ commendati erant, in omni scientiarũ & studiorum liberalium scientia, artium Mechanicarum peritia, rebus politicis & œconomicis probè informari fecit, quos indigenas suos præ cœteris etiam in ministros cooptavit, officiisque Ecclesiasticis, politicis & œconomicis præfecit, fidelitatemque ipsorum cum maximo totius provinciç emolumento expertus est: Inutiles vero Novatores, luxuriosos, sumptuosos & arrogantes externam quandam reputationem affectantes & interim magnitudinem internam deponentes, novis artibus & pomposis ludibriis viscera principum & subditorum ex sententia Alexandri Severi Imperatoris deglutientes nõ admittebat, sed tales peregrinos mores cũ vitiis & luxu inducentes vel nunquam natos cupiebat. *Iust. Vultej. cum aliis in d. oration. secunda Panegyric. Marp.* [Quantum porrò omnium heroicarum, quæ in principe viro requiruntur, aut falsem talium, in quibus percensendis Autor huc usque desudavit, virtutum decus exemplar atque ornamentum noster ille divæ memoriæ Princeps fuerit, vel ipse gloriosissimę recordationis Indupcrator Maximilianus Majestatis suæ autoritate satis comprobavit, dum eundem talibus excelsi animi dotibus instar stellæ præmaturè in ipso pubertatis limine coruscare animadvertens dignissimum judicavit, cui vel ipso 14. ætatis anno ex sacro Imp. scrinio ætatis venia concederetur, *quemadmodũ ex Dulichio in Chron. Hass. memorat Ioan. Ferrar. Montan. in comment. ad l. 2. § impuberes. ff. de R. I.* licet alias de jure ordinario id privilegii impetrari nõ possit, nisi quis 20. anni metas impleverit. *l. 1. C. de his, qui ven. ætat.*] *k)* Cujusmodi optimi parentis in Patriam amoris vel hoc unicum sempiterna memoria dignissimum exemplum sufficere potest, quod post infelicem successum belli Smalkaldici tantus heros Ann 1547. qui alias nulla vi, nullisque insidiis capi poterat, seseque ab omnibus suis hostibus vel potentissimis etiam antehac invictum præstiterat, populi sui commiseratione ductus, ultro sese Cæsari transactis conditionibus dedere, quàm populum suum in extremum omnium fortunarum vitæque discrimen adducere maluit. [Nimirum est illud ipsum fere, de quo graviter Seneca *in Octav.*

Consulere Patriæ, parcere afflictis, ferâ
Cæde abstinere, tempus atque iræ dare,
Orbi quiedem, seculo pacem suo,
Hac summa virtus, petitur hâc cœlũ via.]

Quæ tã heroici ipsiusmet hujus principis animi pro salute totius Patriæ victoria, omnes reliquas ipsius victorias adversus hostes

hostes etiam potentissimos, multis parasangis exuperat, juxta *illud Poetæ:*

Fortior est sese, quàm qui fortissima vincit
Mœnia, nec virtus altius ire potest.

[Seu, *ut Nicol. Reusner. class. 3. Symb. Imper. in Anagram. vertit:*

Et palmam felix, & amat victoria curam;
At vincere seipsum fortiter, palmarium est.] *Schleidan. lib. 19. commentar. n. 23. Thuan. lib. 4. histor. pag. 329. Hortleder. lib. 3.* von Anfang vñ furtgang deß Teutschen Kriegs/ *cap. 78. tom. 34. fol. 464. item c. 84. fol. 690. & seqq.* Quo incredibili & immenso beneficio toti provinciæ, quàm uti antea ita etiam in captivitate sua, ab omnium militum peregrinorum direptionibus & invasionibus immunem præstiterat, amorē & desiderium reducendi sui Principis ac Domini in tantum auxit, ut vel singuli etiam, si mortem sibi obeundam vidissent, illud ipsum non recusassent. Quod etiā re ipsa in custodia ejus Mechlinensi Anno 1550. comprobatum est, ubi fortissimi quidam juvenes Hassi vitam suam neglexerunt, ut tam fortissimum Principem patriæ patrem optimum è captivitate liberarent & in libertatem vindicarent. *Sleidan. lib. 22. cōment. n. 18. Thuan. lib. 6. histor. suæ pag. 552.* Nec verò misericors & omnipotens Deus, qui nos ad nominis sui gloriam & nostri emendationē quandoque tentari sinit, hunc optimum Principem, una cum socio & confœderato ipsius Johanne Friderico Duce & Electore Saxoniæ confessore Evangelicæ Religionis constantissimo (cui etiam propter constantiam & multam pro gloria, divini nominis perpessam crucem, quam etiam aurei coloris à tempore nativitatis suæ in dorso insignitam tenuit, in Epithaphio Elogium hoc: Martyr Jesu Christi, Dux confessorum fidei, Princeps afflictorum, Comes veritatis, signifer sanctæ crucis, heres vitæ æternæ adscriptum est. *Elias Reusner in Genealog. stirpis Widdikindæ secundæ pag. mihi 283.*) dereliquit, sed ipsos Ann. 1552. virtute Mauritii Electoris Saxoniæ, Landgravii generi, & filii primogeniti Wilhelmi sapientis Hassiæ Landgravii aliorumq; Germaniæ principum è captivitate quinquennali liberavit. *Sleidan. lib. 24. Commentar. n. 14. 35. & 39. Hortled. lib. 3.* vom Anfang vnd Außgang deß Teutschen Kriegs / *cap. 87. & 88. fol. 706. & 727. item lib. 5. cap. 14. fol. 1037. Thuan. lib. 10. histor. pag. 155. & pag. 157.*

l) referente Sixtino de Regalib. lib. 2. cap. 2. n. 34. [*D.* Reinkingk *in tract. de retr. consanguin. quæst. 6. n. 287. Herman. Lather. Husan. in tr. de censu, lib. 3. c. 10. num. 51. cum aliis congestis per Wilhelm. Anthonii de rescript. morator. concl. 3. num. 19. Benedict. Carpzov. part. poster. disp. de regalib. th. 50. in fin.*]

m) Quemadmodum enim olim Magistratibus Romanis, puta præfectis Urbi, præsidibus provinciarum unicè incubuit, subditorū quietem tueri, eosque constitutis etiam militibus stationariis & facinorosorum denuntiatoribus à violentiæ formidine immunes præstare, *l. Illicitas. 6. § Ne potentiores. 2. ff. de offic. præsid. l. ult. in princ. ff. quod met. causs.* omnibusq; modis securitatem publicam providere, provincias malis hominibus purgare, receptoresq; eorum, ne apud eos amplius latitare possent, debitis pœnis afficere; *l. præses. 7. in fin. l. congruit. 13. in princ. ff. de offic. præsid. l. lege Iulia peculatus. 4. §. Mandatis. 2. ff. ad L. Iul. peculat.* ita pariter hodiernis Principibus & Statibus Imperii, qui in locum veterum Romano-

manorum Magistratuum successerunt, imò principatus, ditiones & territoria sua vel jure successionis etiam & perpetuæ administrationis obtinent, vias publicas & itinera tuta præstare, satellitibus, militibus & aliis ad persequendos, conquirendos, & comprehendendos viarum obsessores, deprædatores, latrones, & subveniendum oppressis instructos esse provinciam suam istiusmodi pravis hominibus purgare, multò magis convenit. Reichs Abschendt de Anno 1548. vffgericht §. Ferner zu noch mehrer beständiger Erhaltung bemeltes unsers Käyserlichen Landfriedens / Setzen / Ordnen vnd wollen wir / daß ein jede Obrigkeit im H. Reich Teutscher Nation / die ihren Fürstenthumben / Land vnd Gebieten / bey den ihren Fürsehung thun soll / daß die Strassen frey vnd rein gehalten / darauff auch niemands gefangen / geschlagen / beraubt / hinweg geschlåfft / seiner Güter außgehaben / hinweg geführet / oder anderer Gestalt beschweret werde / sondern daß einem jeden / an Orten es herkommen / ohne wegerung auff sein Ansuchung ein frey / sicher / gnugsam Gelàyd gegeben / vnd also månniglich zu beförderung deß gemeinen Nutzens / allenthalben / frey sicher ziehen / handlen vnnd wandeln möge. Vnnd da darüber jemands auff der Strassen angegrieffen / vnd obbeschriebener gestalt beschådiget würde / so soll nach gewonheit eines jedes Orts / an die Glocken geschlagen / vnd ein jeder Obrigkeit Amptleut vnd Vnderthanen / so sie deß ermahnet / oder für sich selbst gewahr werden / dem Thåter nach zueylen schuldig vnd pflichtig seyn / in welchem auch ein jede Obrigkeit der andern / deßgleichen eines jeden deß andern nahe gesessen Vnterthanen zu Hülff kommen sollen / damit die Thåter zu handen gebracht / vnnd den Beschådigten daß jhre erstattet werde / welche Thåter auch / so sie betretten / Gefånglich angenommen / vnd vermög vnser Käys. Recht ernstlich gestrafft vnnd allenthalben darunder / was Recht ist / fürgenomen werden soll. Item Reichs Abscheyd de Ann. 1559. §. Wo fern aber die Nachenler vnd Beschådigten dißfalls berührte Thåter vnd Beschådiger nieder zu werffen / vnd Hand zu haben selber nicht Mächtig noch Starck gnung weren / als dann mögen sie die nechst gesessene Obrigkeit / oder dero Amptleut vnd Befelchhaber mit erzehlung / warumb die Nacheyl beschicht / vnd Hülff vnd Handhabung / auch mit Tastung oder Einziehung der Thåter vnd Beschådiger / anruffen / vnd soll dieselbig Obrigkeit / oder dero Amptleut vnd Befelchhaber verbunden vnd schuldig seyn / jhrem besten Vermögen nach alßbald den Anruffendē zu Roß vnd Fueß zu Hülff zukommen / vnd im fall es die Notturfft vnd Gelegenheit wolte erfodern / den Sturm vnd Glockenstreich ziemlicher massen angeben / auch immittels alßbald von einem Flecken / Dorff oder Meilen in das ander / warumb solchs beschicht / mit Vermahnung den Thåtern oder Beschådigern / mit helffen nach eylen / berichten zulassen. Quod usque adeò verum est, & principes Statusq; Imperii iter facientibus per vias publicas, in tantum ad securitatem viarum præstandam obligantur, ut in ea deprædatis & invasis omne etiam damnum, quod perpessi sunt, refundere teneantur, cumprimis verò uti hodie multis in locis

C fieri

hostes etiam potentissimos, multis parasangis exuperat, juxta *illud Poetæ:*

Fortior est sese, quàm qui fortissima vincit
Mœnia, nec virtus altius ire potest.

[Seu, *ut Nicol. Reusner. class. 3. Symb. Imper. in Anagram. vertit:*

Et palmam felix, & amat victoria curam;
At vincere seipsum fortiter, palmarium est.] *Schleidan. lib. 19. commentar. n. 23. Thuan. lib. 4. histor. pag. 329. Hortleder. lib. 3.* von Anfang vñ furtgang deß Teutschen Kriegs / *cap. 78. tom. 34. fol. 464. item c. 84. fol. 690. & seqq.* Quo incredibili & immenso beneficio toti provinciæ, quàm uti antea ita etiam in captivitate sua, ab omnium militum peregrinorum direptionibus & invasionibus immunem præstiterat, amorē & desiderium reducendi sui Principis ac Domini in tantum auxit, ut vel singuli etiam, si mortem sibi obeundam vidissent, illud ipsum non recusassent. Quod etiā re ipsa in custodia ejus Mechlinensi Anno 1550. comprobatum est, ubi fortissimi quidam juvenes Hassi vitam suam neglexerunt, ut tam fortissimum Principem patriæ patrem optimum è captivitate liberarent & in libertatem vindicarent. *Sleidan. lib. 22. cōment. n. 18. Thuan. lib. 6. histor. sua pag. 552.* Nec verò misericors & omnipotens Deus, qui nos ad nominis sui gloriam & nostri emendationē quandoque tentari finit, hunc optimum Principem, una cum socio & confœderato ipsius Johanne Friderico Duce & Electore Saxoniæ confessore Evangelicæ Religionis constantissimo (cui etiam propter constantiam & multam pro gloria, divini nominis perpessam crucem, quam etiam aurei coloris à tempore nativitatis suæ in dorso insignitam tenuit, in Epithaphio Elogium hoc: Martyr Jesu Christi, Dux confessorum fidei, Princeps afflictorum, Comes veritatis, signifer sanctæ crucis, heres vitæ æternæ adscriptum est. *Elias Reusner in Genealog. stirpis Widdikindæ secunda pag. mihi 283.*) dereliquit, sed ipsos Ann. 1552. virtute Mauritii Electoris Saxoniæ, Landgravii generi, & filii primogeniti Wilhelmi sapientis Hassiæ Landgravii aliorumq; Germaniæ principum è captivitate quinquennali liberavit. *Sleidan. lib. 24. Commentar. n. 14. 35. & 39. Hortled. lib. 3.* vom Anfang vnd Außgang deß Teutschen Kriegs / *cap. 87. & 88. fol. 706. & 727. item lib. 5. cap. 14. fol. 1037. Thuan. lib. 10. histor. pag. 155. & pag. 157.* *l) referente Sixtino de Regalib. lib. 2. cap. 2. n. 34.* [*D.* Nemfingt *in tract. de retr. consanguin. quæst. 6. n. 287. Herman. Lather. Husan. in tr. de censu, lib. 3. c. 10. num. 51. cum aliis congestis per Wilhelm. Anthonii de rescript. morator. concl. 3. num. 19. Benedict. Carpzov. part. poster. disp. de regalib. th. 50. in fin.*] *m)* Quemadmodum enim olim Magistratibus Romanis, puta præfectis Urbi, præsidibus provinciarum unicè incubuit, subditorū quietem tueri, eosque constitutis etiam militibus stationariis & facinorosorum denuntiatoribus à violentiæ formidine immunes præstare, *l. Illicitas. 6. § Ne potentiores. 2. ff. de offic. præsid. l. ult. in princ. ff. quod met. causs.* omnibusq; modis securitatem publicam providere, provincias malis hominibus purgare, receptoresq; eorum, ne apud eos amplius latitare possent, debitis pœnis afficere; *l. præses. 7. in fin. l. congruit. 13. in princ. ff. de offic. præsid. l. lege Iulia peculatus. 4. §. Mandatu. 2. ff. ad L. Iul. peculat.* ita pariter hodiernis Principibus & Statibus Imperii, qui in locum veterum Romano-

manorum Magistratuum successerunt, imò principatus, ditiones & territoria sua vel jure successionis etiam & perpetuæ administrationis obtinent, vias publicas & itinera tuta præstare, satellitibus, militibus & aliis ad persequendos, conquirendos, & comprehendendos viarum obsessores, deprædatores, latrones, & subveniendum oppressis instructos esse provinciam suam istiusmodi pravis hominibus purgare, multò magis convenit. Reichs Abschendt de Anno 1548. uffgericht §. Ferner zu noch mehrer beständiger Erhaltung bemeltes unsers Käyserlichen Landfriedens / Setzen / Ordnen vnnd wollen wir / daß ein jede Obrigkeit im H. Reich Teutscher Nation / die ihren Fürstenthumben / Land vnd Gebieten / bey den ihren Fürsehung thun soll / daß die Strassen frey vnd rein gehalten / darauff auch niemands gefangen / geschlagen / beraubt / hinweg geschlafft / seiner Güter außgehaben / hinweg geführet / oder anderer Gestalt beschweret werde / sondern daß einem jeden / an Orten es herkommen / ohne wegerung auff sein Ansuchung ein frey / sicher / gnugsam Geläyd gegeben / vnd also männiglich zu beförderung deß gemeinen Nutzens / allenthalben / frey sicher ziehen / handlen vnnd wandeln möge. Vnnd da darüber jemands auff der Strassen angegrieffen / vnd obbeschriebener gestalt beschädiget würde / so soll nach gewonheit eines jedes Orts / an die Glocken geschlagen / vnd ein jeder Obrigkeit Amptleut vnd Vnderthanen / so sie deß ermahnet / oder für sich selbst gewahr werden / dem Thäter nach zueylen schuldig vnd pflichtig seyn / in welchem auch ein jede Obrigkeit der andern / deßgleichen eines jeden deß andern nahe gesessen Vnterthanen zu Hülff kommen sollen / damit die Thäter zu handen gebracht / vnnd den Beschädigten daß ihre erstattet werde / welche Thäter auch / so sie betretten / Gefänglich angenommen / vnd vermög vnser Käys. Recht ernstlich gestrafft vnnd allenthalben darunder / was Recht ist / fürgenommen werden soll. Item Reichs Abschendt de Ann. 1559. §. Wo fern aber die Nacheyler vnd Beschädigten diß falls berührte Thäter vnd Beschädiger nieder zuwerffen / vnd Hand zu haben selber nicht Mächtig noch Starck gnung weren / als dann mögen sie die nechst gesessene Obrigkeit / oder dero Amptleut vnd Befelchhaber mit erzehlung / warumb die Nacheyl beschicht / vnd Hülff vnd Handhabung / auch mit Tastung oder Einziehung der Thäter vnd Beschädiger / anruffen / vnd soll dieselbig Obrigkeit / oder dero Amptleut vnd Befelchhaber verbunden vnd schuldig seyn / ihrem besten Vermögen nach alßbald den Anruffendẽ zu Roß vnd Fueß zu Hülff zucommen / vnd im fall es die Notturfft vnd Gelegenheit wolte erfodern / den Sturm vnd Glockenstreich ziemlicher massen angeben / auch immittels alßbald von einem Flecken / Dorff oder Meilen in das ander / warumb solches beschicht / mit Vermahnung den Thätern oder Beschädigern / mit helffen nach eylen / berichten zulassen. Quod usque adeò verum est, & principes Statusq; Imperii iter facientibus per vias publicas, in tantum ad securitatem viarum præstandam obligantur, ut in ea deprædatis & invasis omne etiam damnum, quod perpessi sunt, refundere teneantur, cumprimis verò uti hodie multis in locis

C fieri

fieri assolet, ab iter facientibus, respectu istius securitatis, & pro salvo conductu, præmium seu tributum aliquod acceperint: Reichs Abschied *de anno* 1559. §. damit dann die Obrigkeit / rc. *in fin. ibi*: wo ferrn von Churfürsten / Fürsten / Ständen / oder einiger Obrigkeit / die seyner sie wölle / jemands Geleyd gegeben / vnnd der jenig darüber auff derselben Churfürsten / Fürsten / Stände oder Obrigkeit Geleyds-strassen hütlich ergrieffen vnd beschuldiget / daß der Stand / so solch Geleyd gegeben / nach gestalt solches Geleyds dem beschädigten seines schadens Erstattung zu thun schuldig seyn soll. *Andr. Gail. lib. 2. observ. 64. per tot. Mynsinger. centur. 5. observ. 70. Bernhardus Wurmser. practic. observ. tit. ult. obs. 5. SchneidW. de feud. part. 2. n. 115. Borcholt. ad cap. unic. Quæ sint Regal. num. 29. Rosenthal de feud. cap. 5. conclus. 22. Ioachim. Beust. ad rubric. tit. ff. de jurejurand. n. 168. Sixtin. de Regalib. lib. 2. cap. 2. n. 35. 36. & 37.* ubi & præjudicia Cameræ imperialis enumerat. *Zasius consil. 14. n. 8. & seqq. vol. 1.* [Estque confirmatum etiam jure Saxon. *lib. 2. art 7.* his verbis: Wenn einer Geleyd giebet / der soll jhn für Schaden behüten / oder soll jhm den Schaden gelten / pariterque tradunt: *Petr. Gregor. in syntagm. jur. univers. lib. 3. c. 3. n. 7. D. Theodor.* Reinkinck *de R. S. & E. lib. 1. class. 5. c. 6. n. 36. D. Christoph. Besold. in thesaur. pract. verb.* Zoll. *pag. 869. Iohan. Georg. Becht. de securit. & salvo cond. cap. 3. n. 62. Henric.* Block *in discept. de jure vectigal. concl. 77. & seqq. Thom. Maul. de jure conduc. tit. 7. per tot. Gothofred. Antonii disp. feud. 3. th. 7. sub alleg. lit. C. Matth. Coler de process. execut. part. 1. cap. 2. num. 296. & seq. & decis. 189. Francisc. Personal. de gabell. num. 49. Georg. Obrecht. de regalib. c. 4. num. 29. & seqq. Petr. Binsfeld. ad cap. 9. quæst. 8. conclus. 1. & 2. x. de injur. & damn. dato Daniel. Otto de jure publ. Imp. Rom. cap. 11. pag. 420. & seq. Henric. Bocer. de regalib. cap. 2. num. 154. & seqq. ubi tamen in aliquibus ab hac sententia dissentire videtur.* atque hæc facultas & securitas ut eò expeditior sit, multis in locis aluntur stipendiarii, vulgò Außreutter / Stallbrüder / Einspenniger / ad hoc deputati, ut viarum curã habeant, daß sie das Gleyd bereiten: D. Reinkinck *d. cap. 6 n. 37. Christoph. Ming. de superiorit. territor. cap. 5. sub conclus. 67. Wehner. observat. pract. lit. G. verb.* Gleyd *&c. sub vers. Alias verbum glaid.* ubi addit, id hominum genus persimile esse illis, qui in Galliâ, Rotröcklein oder Rotrühr dicuntur: propriumque hoc nomine in Galliâ regium Magistratum haberi, quem Maistres des ports, passages & chemins, appellitent, testatur Petr. Gregor. *in syntagm. jur. univers. lib. 3. c. 13. n. 5.*] Quæ prædictus Illustrissimus Princeps noster fideliter observavit & executus est, utpote qui omnibus, quibus Hassia transeunda erat, tantum à latronibus & deprædatoribus perpurgatum iter præstiterit, usque adeò ut vel in proverbium abierit, per Hassiam licere plenam nummis crumenam apertè vel hastili præfixam, sine ullo periculo deportare. Quòd si tamen quidam per Hassiam iter facientes (quòd tamen rarissimè & in finibus potissimum ab externis latronibus contingebat) spoliati essent, Princeps hic ipsis damna de suo resarciebat, latrones summa severitate indagabat, eosdemque deprehensos morte multabat, nec ullum opibus aut dignitate pollentem, imò aliâs etiam in bello optimè de sese meritũ, in omnium hujusmodi farinæ hominum terrorem, oblata


oblata, etiam maxima pecuniæ summâ, vitam redimere patiebatur, ut ita cæteri latrones & raptores exemplo deterriti, omnes Hassiæ oras devitarent, & stipem ostiatim petere, quàm cum tanto vitę suæ periculo, in his locis latrocina facere malebant. Quinetiam Magnanimus heros hic, licet multos duxerit exercitus, attamen provinciam suam in tota gubernatione sua tam ab externo, cujus evitandi causa etiam sese ultro in potestatem Cæsaris dedidit, quàm à proprio milite inmunem præstitit, equosque suos alienæ potius sepi quàm proprię seu subditorum suorum alligare satius esse statuit. In expeditionibus verò bellicis adversus hostes etiam sibi infensissimos nunquam plus sibi licere voluit, quàm æquitas ipsa permitteret, victoriisque suis gloriosissimis nunquam abusus est, memor dicti illius Alexandri Magni, Monarchæ Græcorum omnium bellicosissimi, & victoriarum celeritate gloriosissimi; Veni in Asiam, non ut funditus everterem gentes, nec ut dimidiam partem terrarum solitudinem facerem; sed ut illos quoque, quos bello subegissem, victoriæ meæ non pœniteret: *Quint. Curt. de gest. Alexand. Magn. lib. 8.* adeoque Cyri Regis Persarum exemplo ita vincere didicerat, ut parceretur Agricolis, & possessores manerent in possessionibus suis. Nam uti Xerxes Rex Persarum Artabanum Consiliarium suum apud Herodotum, non pastoribus sed armatis viris sese bellum inferre dixit, ita noster hic Princeps in bellis suis non cum agris, sed cum hostibus sibi negotium esse ratus est, voluitque, quàm maximè posset, innocentibus parcere subditis & agricolis, quorum plerumque nulla culpa est, cur bella suscipiantur. Qua de causa etiam exercitum suum in hostili etiam agro à direptionibus & incendiis prohibuit, omnesque milites suos honestè vivendo, neminem lædendo, suumque quoad præmia & pœnas cuivis eorum tribuendo in officio continuit, strictamque militarem disciplinam observavit. *Iust. Vultej. in Panegyric. Marpurgensi oration. secunda, n)* Quando enim character Regum, principum aliorumque superiorum monetis non alio fine imponatur, quam ut instar sigilli publici chartę seu diplomati impositi, testificatio sit, veritatis & justitiæ monetæ, hoc est, veræ substantiæ, & justi ponderis sit: *l. 1. C. de veter. numism. at. potestat.* Verus utique & justus princeps ex proba & justa moneta, quæ propter materię bonitatẽ & justum pondus apud omnes gentes æquè expendi, nec propter defectum materiæ seu ponderis facilè reprobari posset, *l. Eleganter. 24. §. Qui reprobos. 1. ff. de pigneratit. action. l. creditor. 102. ff. de solution. & liberation.* secundum proverbium Illustrissimi nostri agnoscitur: *argumento* §. Als dann auch die Müntz Gerechtigkeit / Recess. Imper. de *An.* 1570. *Zachar.* Geißkoffler in seinem Müntzbedencken in princ. Neben dem daß es Churfürsten vñ Ständen bey der gantzen Welt rühmlich / an jhm selbst Christlich / Löblich vnd Billich / daß jhre gepräg / Wapen / Titul / Nahmen / vñ die hohe Regalia der Müntzfreyheiten zu keinem Finantz / Betrug oder Nachtheil deß Reichs in Gemein eines jeden Vnterthanen insonderheit gebrauchen / oder durch andere mißbrauchen lassen: cum enim numus omnia metiatur, & jure omnium gentium, quæ numos ex intrinseca eo-

ca eo-

ca eorum bonitate non ex charactere seu valore imposititio æstimant, generalisq; omnium rerum mensura sit, *l. 1. in pr. ff. de contrahend. emption. l. si ita fidejussorem. 42. ff. de fidejussor. & mandator.* [*D.* Reinkinck *de retract. consanguin. quæst. 6. num. 245. Iacob. Aleman. in palæstr. consultat. jur. 8. de jure monetæ, quæst. princ. 2. partit. 17. fol. 516. vers. & in tuendâ. Felician. de Solis in tract. de censib. lib. 1. c. 7. sub num. 1.*] adeoque mandatum altissimæ Majestatis divinæ: *Deuteron. 25. versic. 13. 14. & 15.* Non habebis in sacculo diversa pondera majus & minus, nec erit in domo tua modius major & minor, sed pondus habebis justum & verum, & modius tibi verus & æqualis erit, non minus Reges & Principes quam subditos eorum & privatos concernat, jura utiq; divina & humana violant illi, qui improbas & adulterinas faciunt cudi monetas, nudaq; sua imagine seu charactere monetis impresso efficere nituntur, ut numus propter eorum valorem imposititium plus valere debeat, quam bonitatis materiæ & ponderis in eo continetur: *Anton. Faber de variis numor. debitor. solution. c. 1. hinc inde, in prim. pag. 13. & 14. Carol. Molinæus de usur. & fruct. quæst. 100. n. 793.* ubi subjicit, numos pro lubito deteriorare vel mutare, non esse minorem perfidiam, quàm proprium sigillum vel syngrapham falsificare vel negare. [Dann die Müntze ist eines Fürsten Glaub / vnd stehet sein Nahme / Wapen vnnd Sigell drauff / gleich wie vff einem Brieff / als eine gerechte gute Wahr / ut inquit Reinhardus Senior Comes Solmensis in Beschreibung von Vhrsprung deß Adels. *fol. 6. b.* Et sanè quam turpe & opprobriosum sit Principi, fraudem committere in monetis, præclarâ illâ & verè regiâ Theodorici Gothorum Regis *apud Cassiodor. 7. var. for.* satis innuitur sententiâ: Monetæ (*dicentis*) debet integritas quæri, ubi & vultus noster imprimitur. Quidnam erit tutum, si nostrâ peccetur effigie? sit mundũ, quod ad nostræ serenitatis formam adducitur. Claritas Regia nihil admittit infectum. Nam si vultus cujuslibet sincero colore depingitur, multò justius metallorum puritate principalis gratia custoditur: *refert ex Cujac. Theodor.* Reinkinck *de retract. consanguin. quæst. 6. n. 286.*]

o) Veritas enim fides seu constantia in dictis & factis, promissorumque observatio uti omnibus hominibus communis, *l. 1. in princ. ibi, quid enim tam congruum fidei humanæ, quam ea quæ inter eos placuerunt, servare, ff. de pact.* & ita vel in primis principibus convenit, qui propter præstitum consensum de jure etiam naturali & gentium, cujus respectu etiam ut privati cõsiderantur, ex contractibus obligantur: *§. sed naturalia. 11. instit. de iur. Nat. Gent. & Civil. l. filius. 15. ff. de condition. Institut. l. 1. C. si advers. vendition. Wesenbec. ad §. fin. Institut. Quib. mod. testam. infirment. Dd. in l. Digna vox. 4. C. de LL. Andr. Gail. lib. 2. observat. 55. n. 7. Zasius consil. 10 n. 45. vol. 2.* [*D.* Reinkinck *de retract. consanguin quæst. 3. num. 163. Iacob. Aleman. in palæstr. consult. 6. pag. 325. vers. & notum est. Matth. Berlich. part. 1. conclus. 6. num. 5. Helfr. Vlric. Hunn. in tract. de pact. capit. 3. quæst. 16. Matth. Cuno in tract. de pact. lib. 1. cap. 24. n. 1. 2.*] adeoq; omnes contractus cum principe initi naturam bonæ fidei habere censentur, *Bald. in cap. 1. §. si quis. num. 1. de pac. constant. Cynus in l. digna vox. 4. C. de LL. Tiber. Decian. consil. 25. n. 97. lib. 1. & consil. 35. n. 14. & cons. 96. n. 24. lib. 2.*

lib.2. [Frideric. Pruckman. consil. 39. num. 53. vol.1. Schrad. de feud. part. 10. sect. 1. n. 50. & sect. 4. n. 194. & sect. 9. num. 20. Georg. Acac. Eneckel. B. in tr. de privileg. lib. 3. c. 8. n. 18. Hippolyt. Riminald. iun. cons. 33. nu. 3. & cons. 642. n. 51. Cuno de pact. d. c. 24. n. 9. Andr. ab Exea in tract. de pact. nu. 456. vers. tertiò sublimita.] Qua de causa princeps contractum cum aliis, imò hostibus etiam initum nulla ratione, ne quidem ex potestatis plenitudine revocare potest, l. item si verberatum. 15. §. item si fortè. 2. ff. de Rei vindicat. l. Lucius Titius. 11. ff. de Eviction. Bartol. in l. Quod semel. ff. de Decret. ab ordin. faciend. & in l. si qui. 2. in fin. ff. de jur. immunitat. Bald. in l. Qui se patris. fin. column. pen. C. Vnde liber. & in l. si cum mihi. 34. ff. de dol. mal. Cephal. consil. 58. num. 78. & consil. 341. num. 53. Cravett. consil. 869. n. 7. & consil. 963. num. 26. [Reinkinck de retract. consanguin. d. quæst. 3. num. 166. Cuno de pact. d. c. 24. n. 19. 40. & seq. Andr. ab Exea in tr. de pact. n. 456. vers. secundò ampliatur.] sed contractum à sese vel antecessore suo cum subditis etiam initum, omninò observare tenetur, l. omnes. 2. & l. fin. C. de quadrienn. præscription. l. digna vox. 4. versic. Et oraculo præsentis Edicti, quod nobis licere non patimur, aliis indicamus, & ibid. Dd communit. C. de LL. constant. c. 1. & ibi Fel. n. ext. de probation. c. unic. de pac. const. ant. cap. 1. ext. de solution. cap. 1. ext. Deposit. c. in justitiæ. c. uns. 25. quæst. 1. can. Quia juxta. 59. ca. f. 16. quæst. 1. Schrader. de feud. part. 10. section. 3. num. 43. item sect. 1. n. 47. 48. & 60. part. 10. Rosenthal de feud. cap. 3. conclus. 21. n. 3. & cap. 5. concl. 10. & 11. Andreas Rauchbar. lib. 2. quæst. 11. n. 70. Daniel Otto de jure public. cap. 8. pag. mihi 140. Roland. à valle consil. 1. num. 41. & consil. 66. n. 39 lib. 2. Natta consil. 122. num. 3. & 5. tom. 1 & consil. 512. num. 19. tom. 3. [Matth. Canon tract. de pact. d. c. 24. n. 25. 26. 42. Confer tamen quæ distinctè hâc de re tradit D. Theodor. Reinkinck de regim. secul. & Ecclesiast. lib. 1. class. 3. c. 10. n. 8. & seqq. Dn. Iohan. Wurmser exercit. Academ. de jure public. 2. quæst. 9.] Princeps enim unam linguam, ac unum calamum habere, ac instar lapidis angularis stellæ polaris in cœlo immobilis esse, in eoque tanquam fonte justitiæ cōstans & perpetua voluntas consistere, promissioq; ejus simplex juramento æquipollere, & apud eum (extra justitiæ administrationem, ex cujus dictamine ipsum rescriptum injustu … sive sub & obreptitiè impetratum multoties mutare & in injustis rescriptis revocandis instar globi mobilem esse oportet, l. 1. C. de petition. bonor. sublat. l. proxime. 3. ff. de his, quæ in testam. delent. cap. Tuæ fraternitatis. 20. ext. de prabend. & dignitat. cap. Tum ex literis. 5. ext. de in Integ. restitut c. si quando. 5. ext. de Rescript. Oldendorp. consil. Marpurgens. vol. 2. cons. 5. n. 17 & seqq.) dicta hęc valere debent, semel locutus est Dominus, quod scripsi, scripsi, quæ processerunt de labiis meis, non faciam irrita, ac grave est fidem fallere gravibus, gravioribus gravius, gravissimum gravissimis & exemplaribus viris: Tessaur. decision. Pedemontan. 47. n. 11. Schrad. de feud. part. 10. section. 1. n. 41. & 60. Andr. Rauchbar. lib. 5. quæst. 11. num. 60. & seqq. usq; ad n. 68. Andr. Gail. lib. 2. obs. 55 num. 4. & 5. [Frideric. Pruckm. consil. 5. n. 6. & seqq. vol. 1. Menoch. cons. 716 n. 8. & seq. Surd. decis. 234. n. 9. & seqq. Andr. ab Exea in tr. de pact. n. 452. vers. 42. fallit. & n. seqq. D. Reinkinck de R. S. & E. lib. 2. class. 1. c. 2. n. 11. Wilhelm. Antonii de rescript. morator. c. 49. sub n. 19. Et quemadmodum indignus ferri, ancjoriq; haberi solent dedecori verrucæ, sicuti in



facie, quam notæ, nævi atq; mutilationes in reliquo corpore: Sic etiam ob eam, quæ plerosq; homines de principatu atque civilibus magistratibus tenet, opinionem, utpote de re magna atq; dignissimâ, quæ omni facinore atque temeritate vacare debeat, minima quæq; principum & rempubl. administrantium errata pro magnis habentur *referente Plutarcho in polit.* juxta illud Juvenal. *Satyr.* 3.

Omne animi vitium tantò conspectius in se
Crimen habet, quantò major, qui peccat habetur.]

Unde scribit *Bald. in consil.* 327. *num.* 4. *part.* 1. *& in c.* 1. *in princ. de natur. feud.* Cœlestinū Papam reputatum fuisse pro anima irrationali, nō homine, quod gratiam, quam concesserat mane, vespere ejusdem diei revocare solitus fuerit. [*Wilhelm. Antonii de ...scrip. morator. concl.* 3. *num.* 19. *ad fin. Georg. Acac. Enenckel. in tr. de privileg. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 5. Sicut contra in eo quidem Potentissimi Imp. Caroli V. nusquam satis laudatur constantia, quod fidem Luthero datam, quam plerique gnathones ipsi tanquam Archihæretico haut servandam esse insusurrabant, frangere noluerit, existimans, licet fides toto orbe exularet, apud Principem tamen immaculatam eam consistere oportere: *Daniel Otto de jure publ. Imp. Rom. cap.* 8. *pag.* 208. *Iacob. Aleman. in Palæstra consult.* 6. *pag.* 313. *Arum. vol.* 1. *discurs. Academ.* 15. *th.* 59. *Georg. Acac. Enenckel. B. in tr. de privileg. lib.* 3. *c.* 8. *n.* 14. *ubi n. seq. plura exempla servatæ fidei consulere licet. D.* Reinkinck *de R. S. & E. lib.* 2. *clas.* 1. *cap.* 2. *n.* 27. adeo nihil est, quod clariori lumine in Principe præfulgeat, quam recta fides, *l. inter claras. post princip, C. de summâ Trinit.* ut etiam creditum sit, Romanos tria fecisse dominari, summum consilium in Republ. paupertatem privatam, & promissorum observantiam: *recensente post alios Aleman. d. consult.* 6. *pag.* 314. *circa princ.*] Quod nonnulli coul...; vetum esse arbitrantur, ut Imperatorum, Regum, Principumq; aliorum, procerū pacta promissa & transactiones ab omnibus alias Jurisconsultis consuetis, argutis & subtilibus interpretationibus excludenda existiment, veluti Mauritius Elector Saxoniæ prætendens, sese cum Joachimo Electore Brandeburgico Philippum Seniorem Hassiæ Landgravium ad Ducem Albanum, à quo invitati erant, in ædes Ducis Albani pro more Principum & Germaniæ consuetudine non tanquam in carcerem, sed invitatus, & à principibus comitatus ad cœnam iret, deduxisse, ad quod si vel minima ejus rei suspicio fuisset, ipsi tanquam Electores Imperii, honestissimisque procreati familiis operam suam non commodassent, nec socerum & cognatum suum in tantas angustias, ipsum veluti captivum sistendo, prolectassent, inter alia etiam ipsemet Carolo V. Imperatori adversus Landgravii capitulationem, quam prædicti Electores una cum Wolffgango Comite Palatino Rheni & Hassiæ Landsassis tanquam fidejussores in majorem securitatem subscripserant, subtiles quasdam interpretationes nectenti adversus Landgravii captivitatem opposuisse fertur: At ego te tanquam Imperatorem, non tanquam JCtum aut Legistam pactiones & fœdera interpretari volo: *Arnold. Clapmar. de Arcan. Rerumpublic. lib.* 6. *cap.* 1. *Daniel Ott. de jur. public. c.* 8. *pag.* 201. [*Dominic. Arumæ. tom.* 1. *discurs. Academ. de jur. publ. disc.* 27. *pag.*

766. &

766.& eod.tom.discurs.15.thes.61.pag.397.] 1. eò quod in istiusmodi capitulatione & tractatu ejusdem nulla istiusmodi captivitatis mentio facta fuisset. 2. in eadem multa contineantur, quæ nō à captivo sed à libero principe præstari possent. 3. quòd Cæsar Landgravio supplici facto culpam condonasset. 4. ac obligationem seu fidejussionem principum & subditorum pro ipso ratam habuisset, qua de re latè videri possunt *Sleidan. Commentar. lib.19.n.20.23.24.& 29.item lib.23.n.13.14.& 15. inprimis allegato nu.13.lib.23.* ubi in vernacula nostra hæc verba prægnantia habentur: Daß sie dann solche Gastladung / nach Fürstlichem teutschen Brauch vnd Gewohnheit nicht also haben können deuten / daß der Landgrave in deß Hertzogen von Alba Herberg / als eine Schergantereh gehen / vnd sie jhn dahin geleiten vnd führen solten. *Thuan. lib.4. histor. pag.327. item lib.8. pag.669. Hortled. lib.3.* vom Anfang vnnd Fürgang deß Teutschen Kriegs *lib.3. cap.75. tom.3. fol.460. & seqq. Hortens. lib.7. de bell. Germ. tom.2. Schard. fol.1660. & 1677. & seqq.* [*Adde Michael. Piccart. observ. hist. politic. dec.18. c.7. pag.413. & seq.* Placet hic subjicere Petri Pagani P.L. Epigramma, quod in fortalitio & oppido Gissensi supra portam, quam ajunt, Francofurtensem lapidi incisum reperitur hisce verbis:

Captus erat Princeps non Marte sed Arte Philippus,
Cùm benè munitum destrueretur opus:
Nominis hoc patrii Ludovicus amore refecit,
Anno bis septem lustra sequente novo,
Principe dignus honos, patriæ sarcire ruinas,
A quibus Hassiacos, Christe, tuere polos.]

Theorema II.

C*Ujusmodi veri principis bonique Regiminis notarum conversione, puta viarum securitate in deprædationes* a) *strictaq. militari disciplina* b) *in effrænam militum licentiam* c) *probis monetis in adulterinas* d) *bonæ fidei obligationibus in fraudulentas circumventiones* e) *aliisque peccatis hisce conclamatis temporibus grassantibus* f) *status Romani Imperii ita labefactatus est* g) *ut justissimo Dei Ter Opt. Maxim. judicio* h) *ipsi præsentissimus interitus imminere videatur.* i)

a) Quantum enim famosi prædones, latrones & ejusmodi farinæ homines hodie grassantur, conqueruntur cives, rustici, agricolæ, mercatores & quivis iter facientes, qui ab istiusmodi hominum fece, non in viis occultis solùm, insolitis, & desertis seu sylvis & saltibus, aliisve locis suspectis, sed in viis publicis, & vel ante portas etiam civitatum invaduntur, quibus uti & eorundem receptatoribus pro modo commissi aut repetiti delicti, in jure nostro gravissimæ pœnæ præstitutæ sunt, quales sine magno totius Reipublicæ salutis dispendio, prætermitti omninò non possunt, *l. capitalium.28.§.grassatores.10.& §.famosos.15.ff. de pœn. l. nemo. 3. in fin. ibi: ut remissionem veniæ crimina nisi semel commissa non habeant.* C. *de Episcopal. audient. l.1. ff. de Receptator. l.1.* C. *de his, qui latron. occult. Constitut. criminal. artic.126. & artic.129. & ibi etiam Georg. Remus,* [*Nicol. Vigel. Matth. Stephani, Bernhard. Zieritz.*

Zieritz. Anton. Bullæus] *& alii Causidici, Coler. part.* 1. *decision.* 155. *&* 185. [*Tiber. Decian. in prax. crimin. lib* 6. *c.* 28. *n.* 2. *Ludovic. à Peguera decis.* 40. *incip. Romanus Pontifex. passim per tot. Bonifac. in tr. de furt.* §. *quod jure naturali. num.* 19. *& seqq. Paul. Matth. Wehner. observ. pract. lit. F. verb.* Frenbeutter / *pag.* 171. *& seq. Farinac. in prax. crim. part.* 4. *tit. de homicid.* 14 *q.* 125. *n.* 204. *& q.* 133. *n.* 77. *& seqq.*] b) Quanta enim & quàm arcta & prudenter constituta fuerit disciplina militaris Romana vetus, tum ex legibus nostris, tum ex historiis luculenter constat, cumprimis *lib.* 1. *Codic. tit.* 36. *& seqq.* Notabilis verò & elegans hujusce rei constitutio Honorii & Theodos. Impp. extat *in l. devotum.* 5. *C. de Metat. & Epidemetic. lib.* 12. *tit.* 41. in quo circa hospitalitatem militum & prohibitam inquietudinem subditorum Imperatores hunc in modum rescribunt; „Solam sanè hospitalitatem „sub hac observatione concedimus, ut „nihil ab hospite, quod vel bonorum, „vel animalium pascuis necessariũ creditur, postuletur: omniumq; sit accelleratum iter atque continuum, nec ulli „liceat residere, ne diuturnitas commanentium ulla ex parte prædium vexet: „Decem etiam librarum auri multa ferietur, quisquis administrator, erogator, apparitorvé ullus militans scilicet „vel iter agens, ullo in loco aliquid ab „hoste postulaverit. In tantum enim scelleratum morem inhiberi jubemus, ut „ipsis quoque præbentibus impunitum „esse non patiamur, si quid contra præceptum nostrum probari fuerint obtulisse. Cujusmodi severam veterem Romanam disciplinam militarẽ Divus Ambrosius *Serm.* 5. *in Psalm.* 118. *ad Christianismum transfert*, hortando Christianos; ut eodem modo, quo milites Romani Imperatori suo parent, Christo Servatori suo obedientes sint, eumque sectentur, „hunc in modum scribens: Miles qui „ingreditur iter, viandi ordinem non „ipse disponit sibi, nec pro suo arbitrio „viam carpit, nec voluptuaria captat compendia, ne recedat à signis, sed itinerarium ab Imperatore accipit, & custodit illud, præscripto incedit ordine, „cum armis suis ambulat, rectaque via „conficit iter, ut inveniat commeatuum „sibi parata subsidia. Si aliò ambulaverit itinere, annonam non accipit, mansionem paratam non invenit, quia Imperator jubet hæc præparari omnia, „qui sequuntur, nec dextra, nec sinistra, „à præscripto itinere declinant, meritoque non deficit, qui Imperatorem sequitur suum. Moderatè enim ambulat, quia Imperator non quod sibi utile, sed quod omnibus possibile considerat. Ideò & stativas ordinat, triduo „ambulat exercitus, quarto die requiescit: Eliguntur civitates, in quibus triduum, quadriduum & plures interponuntur dies, si aquis abundant, si commerciis frequentantur. Et ita sine labore conficitur iter, donec ad eam urbem „perveniatur, quæ quasi Regalis eligitur, in qua fessis exercitibus requies ministretur. Hanc legem (*pergit Ambrosius*) „esse præscriptam Christo ducente, sanctis commeantibus, recognoscas velim. De qua exacta & stricta observata disciplina militari, à Romanis, Persis, Græcis, Turcis & aliis strictè observata, qua mediante etiam tot populos subegerunt, eisdemq; Legibus summa securi-

tate

tate militum modestia & castitate, & exemplis pœnarum, puta Manlii Torquati unicum etiam filium, quod contra mandatum suum cum hoste dimicasset, eumque superasset interficientis; *Livius decad. 1. lib. 8.* item Posthumi Tiburtii itidem filium suum adolescentem fortissimum, qui neglectâ disciplinâ militari & mandato suo, cum hoste confixisset, securi necasset; *Valer. Maxim. lib 2. c. 2.* [usq; adeò disciplina castrorum antiquior fuit parentibus Romanis, quàm charitas liberorum, *ut eleganter Paulus noster ait in l. 19. §. filius quoq;, ff. de captiv. & postlim. reversf.*] Crassi Mutiani Magistrum Architectonicum, quod ipsi contra mandatum, non eam trabem, quam desideraverat, sed conficiendo operi magis idoneam transmisisset, capite plectentis: *Gellius Noct. Atticar. lib. 1. cap. 13.* Epaminondæ Thebanorum Ducis, qui vigilias circumiens, cùm militem vigilem dormientem invenisset, cum gladio transfixit, asserens, hominem mortuum inveni, mortuum reliqui: [*Ioh. Heidfeld. in Sphing. Theolog. Philosoph. cap. 38. pag. 1185. post med.*] Ducis Albani in exorabilis executoris legum militariũ aliquando 44. milites Germanos propter contentiosas querelas non soluti stipendii, Antuerpiæ suspendio afficientis, *Meteran. in historia Belgica, lib. 3. pag. mihi 110. col. 1.* Belisarii ducis belli Imperatoris Justiniani præstantissimi, exercitũ suum ità ducentis, ut militum ejus nullus sub gravissima pœna vel pomum in arbore attingere auderet, eaq; severitate disciplinæ militaris efficientis, ut castra ejus majori omnium rerum venalium copia affluerẽt, quàm forum populosissimum etiam civitatis, *Lucius Aretin. de bello contra Gothos, in princ. lib. 3. Plutarch. in parallel. c. 23.* & complures alii latius videri possunt: *Alex. ab Alexand. genial. dier. lib. 2. cap. 13. Sueton. in vita Augusti Imperator. cap. 24. Vopisc. de disciplin. militar. Aurelian. Imperat. fol. 273. Andr. Gail. lib. 1. de pac. publ. cap. 4. nu. 23. 24. 25. 26. & 27. Frider. de mandat. judic. cap. 3. num. 7. & num. 8. & seqq. Philipp. Camerar. horar. succisivar. cent. 1. cap. 5. & cent. 2. cap. 22. & 23. Christophor. Besold. lib. 2. politic. cap. 7. num. 28. 29. 30. 31. & 32.* [*Iohan. Surget. in libell. de militar. disciplin. D. Reinkinck de R. S. & E. lib. 2. class. 3. cap. 5. Elias Schröder vol. 1. discurs. Acad. de jur. publ. apud Arum. 23. thes. 7. in alleg. lit. c. & th. 8. lit. a. b. Petr. Gregor. in Syntagm. jur. univers. lib. 19. c. 10. & duob. seqq. Georg.* Schönborn. *polit. lib. 6. c. 29. Iohan. Coras. in cent. Senatusc. Cur. Tholos. cap. 19. Marcell. Donat. in Tit. Liv. dilucidat. lib. 2. pag. 8. & seq. Marq. Freher. lib. 3. de infam. c. 15. Georg. Obrecht. disp. 12. posterior. de disciplina milit. per tot. passim, & inprimis th. 922. & seqq. Bocer. de bello, cap. 11. Scip. Amirat. dissert. polit. in Tacit. 7. lib. 1. Sigismund. Florimand. acie polit. 3. lib. 5. c. 10. El. Reusner. flor. polit. histor. coron. 3. flor. 11. pag. 325. & coron. 4. pag. 399. & seq.* Et inprimis memorabile severioris militaris disciplinæ exemplum relucet in Clearcho Lacedæmoniorum Duce, quem referunt egregio dicto disciplinam militiæ continuisse, identidem exercitus sui auribus inculcando: A militibus Imperatorem potius quàm hostem metui debere, *seu ex Valer. Maxim. lib. 2. tradit Andr. Eborens. exempl or. memorab tom. 2. tit. de disciplina milit. pag. 444.* Eandem etiam præscripsit filio suo Jacobus Angliæ Rex *in* Βασιλ. Δωρ. *libr. 2. pag. 112.* In disciplinâ (*inquiens*) militari retinendâ asperiorem te esse decet, non solùm ut ordo servetur, qui in bello non minus,

quàm ipsa fortitudo, necessarius est, & desidia puniatur, quâ totus nonnunquã exercitus in discrimen vocatur, sed etiam ut seditiosorum tumultus reprimantur, quo nihil in bello perniciosius, nihil funestius, &c.] De hodierna disciplina militari in Germania observanda in equites & pedites saluberrima extat *Constitutio Imperii Anno* 1570. *Spiræ publicata.* c) De cujus disciplinæ militaris [quam ne veteribus quidem severè semper habitam aut custoditam fuisse probat Michael Piccart. *observ. hist. polit. decad.* 3. *c.* 3.] neglectione eximius Jurisconsultus & practicus excellentissimus *Andr. Gail. lib.* 1. *de pac. publ. cap.* 4. *nu.* 33. vel suo etiam tempore prægnantibus & elegantibus verbis, vel suis etiam sed longè melioribus temporibus hunc in modum conquestus „ fuit: Modò sine delectu honesti cum „ reprobis, absque ulla probatoria mili„ tes assumuntur. Militia ipsa venalis est, „ cauponaria & institoria, milleq; frau„ dibus exposita, idq; non sine maximo „ Imperii detrimento: tantaque nostro„ rum militum effrenata licentia est, ut „ omnia pro sua libidine, per fas & ne„ fas attentent & concutiant, nimiaq; fi„ ducia & opinione Germanicæ liberta„ tis, quam toties arroganter ingeminãt, „ nunc pro Imperio, mox mutatâ pro ar„ bitrio sententia contra Imperii salutẽ „ stipendia merentur, ut meritò cum *Virgilio lib.* 2. *Georgicor.* exclamare liceat:

Quippe ubi fas versum atq; nefas, tot bella per orbem
Iam multæ scelerum facies, non ullus aratro.
Dignus honos; squalent abductis arva colonis.

Et cum Lucano lib 10. *belli civilis:*

Nulla fides pietasq; viris, qui castra sequuntur,
Venalesq; manus, ibi fas, ubi maxima merces:

[quod ultimum Nostrates ita efferunt: Sie nehmen Gelt/vnd dienẽ dem Teuffel/ *referente Iohan. Frideric. à* Brandt *in vindic. Maurit. posit.* 15. Huc pertinet eximii cujusdam Germanorum Poëtæ Epigramma, quo militum hujus seculi detestandos mores graphicè depinxit:

Pudor Deorum opprobriumq; seculi,
Pestis, luesq; militaris ordinis,
Qui percitus furore mentis ebria,
Licentiaq; perditorum temporum,
Abominandis involvit vestibus,
Fas omne rumpunt, eruunt Rempubl.
Heu dira imago! heu barbarum spectaculum!

cujus inter alia meminit Henric. Salmuth. ad Guid. Pancirol. rer. memorab. rubr. de moribus in bell. usurp. pag. 578.] Ita pariter Georgius Fronsbergius, Dux militum veteranus & fortissimus, qui sub Carolo V. & Maximiliano I. ejusdem avo ambobus Imperatoribus Romanis multoties militavit, & exercitus duxit, dicere solitus fuit: Tria potissimùm virum militem à militia absterrere. 1. Vastationem & depopulationem hominum innocentissimorum, à quibus nunquam læsus fuit; deinde vitam dissolutam & impiam militum; postremò ingratitudinem, quod benemeriti plerunq; negligantur. De quo disciplinæ militaris neglectu Franciscus Guicciardinus suo etiam ævo magna que cum militiæ jactura factum esse conquestus est, quòd milites nullum inter amicos & hostes discrimen ponant, & sic non minus populos & provincias vastent, qui ut eas defendant, quàm qui ut offendant, stipendia accipiunt. *Phil. Cam. oper. succisiv. cent.* 2. *cap.* 23. Qualibus Jureconsultis & Ducibus militum præstantissimis veteribus, si

bus, si

bus, si hodiernam militiam cernere liceret, ubi nonnulli non infimi solùm, sed superioris etiam ordinis imò præsidiarii etiam Milites sub optimo etiam Imperatore bellico in vitas & bona non hostiũ solùm, sed innocentiũ etiam hominum, qui eosdem receperunt, imò vel subditos etiam eorũ, apud quos stipendia faciunt, sine ullo discrimine grassantur, promiscuè deprædantur templa, aras, aliasque res sacras spoliant, conspurcant, & ubicunq; possunt, sine ullo personarum, locorum vel rerum respectu, prædas capiunt, easdemq; multoties cum superioribus suis, qui tanta facinora vindicare debebant, partiuntur, nullumq; flagitii genus, quod ab homine nefario, perjuro in Deum vel homines committi, vel excogitari posset, intermittunt, omniaque jura divina & humana violant, istiusmodi militandi genus non militiam, sed latrocinia, & deprædationes, & quandoq; vel integras etiam militum centurias, semicenturias, manipulos & decurias sui similes officiales habentes, & de præda & rapinis participantes, leges, articulos militares, quibus Imperatori & Duci exercitus etiam mediante juramento obstricti sunt, violant, ac istiusmodi flagitiis suis belli Dominis multoties justam militandi causam habentibus, victoriam subtrahunt, non honestorum militum consortium, sed hominum facinorosorum, latronum & prædonum colluviem, furumq; & raptorum manipulum exquisitissimo supplicii genere, dignissimum judicarent. Cujusmodi in persona honestorum [illegible] omnium jurium divinorum & humanorum violatoribus, legum militarium perjuris, trangressoribus, uti plerunq; in hac etiam vita nefanda sua facinora paritate suppliciorum compensantur, *ut cap. 24. vers. 22. & seqq. lib. 2. Chronicor. cap. 11. vers. 16. & 17. Sapient. cap. 31. vers. 1. Esaiæ cap. 9. & cap. 10. lib. 4. Reg. cap. 30. vers. 16. & seqq. Jeremiæ item cap. 49. 50. & 51.* ita istiusmodi protervis & facinorosis militibus, qui juxta illud *Juvenal. Satyr. 14.*

Ius & jura negant homines & numina fallunt,
Nec Iovis Imperium, nec phlegetonta timent:

lachrymæ subditorum & agricolarum, quos afflixerunt, & fructus, quos sine pecunia comederunt, ipsis in ignem infernalem, tribulos & spinas convertentur, *Iobi cap. 31. vers. 38. 39. & 40.* Deumq; acerrimum suorum facinorum ultorem supplicii tarditatem gravitate pœnæ compensantem experientur, *Ecclesiast. c. 5. vers. 1. & seqq. can. miles 13. vers. quod si, & can. Reg. 23. caus. 23. quæst. 5. Andr. Gail. lib. 1. de pac. public. cap. 4. num. 34. & 35.* Ac proinde mirum non est eorum, qui vel justam militandi causam habent, expeditiones propter neglectam disciplinã militarem esse infelices. hostes verò, apud quos disciplina & ordo militaris adhuc viget, faustos & prosperos. Exercitus enim, ut *Nicephor. Gregor.* ait, quem injuria & audacia antecedit, plerunq; cladem & interitum ominatur, & priusquam hostes irruant, ipsi sua timiditate evertuntur, ipsiq; sibi hostes sunt, divina vindicta eum exitum decernente, quem facta illorum meruerunt. Neq; enim probabile erat, rem bene gesturos esse eos, qui lachrymas & execrationes pro viatico secum abstulissent, *Philipp. Camerar. oper. succisiv. cent. 1. cap. 5.* d) Quod si enim superiori seculo, ubi tam exigua & successiva mutatio & de-

pravatio monetarum introducta fuit, ut tam facilè animadverti non potuerit, Jureconsulti cum aliis tantoperè conquesti sunt, *Cyn. in l. eum quid, 3. num. 9. ff. de reb. cred. Carol. Molin. de usur. & fructib. num. 686. in fin. & num. 693. circa fin. Fichard. vol. 1. cons. 28. num. 10, & cons. 47. nu. 4. vol. 2. Ernest. Cothman cons. 34. in princ. vol. 1.* [*est nimirum id, de quo dictum infra class. 2. quæst. 1. nu. 1. & seqq.*] ex ipsorum querelis miseria & calamitas nostri temporis, ubi intra triennium, *scilicet Ann.* 1621. 1622. & 1623. monetæ secundùm bonitatem intrinsecam & extrinsecam in tantum depravatæ & corruptæ erant, ut istius temporis grossis vix penningum Edicto Monetario de Anno 1559. in subsequentibus Constitutionibus Imperii approbato & repetito, conformem quoad bonitatem intrinsecam adæquaret, ac proinde valor grossorum monetarum cumprimis thalerorum Imperialium, isti Edicto adhuc conformiũ, non ultra duplum vel triplũ, sed nonnullis in locis ultra quadruplum etiam brevi tempore excreverat, quanta monetarum depravatio antehac inaudita fuit, facilè colligi potest; [Ita ut nostro, proh dolor, malo satis experti fuerimus magni illius Melanchthonis præsagium, quo significare voluit: Es würde der Welt noch an dreyen Dingen mangeln: An guter Müntz / an Holtz / vnd an guten Freunden / *referente Herman. Lathero in tract. de cens. lib. 3. c. 6. n. 42. Besold. de ærar. publ. cap. 3. fol. 34.*] Certè nulla clades, nulla pestilentia, nec non hostes totam terram rapinis incendiisq; devastantes, magis populo Dei nocent, quam frequens mutatio & pejeratio numi: Quæ pestis aut infernalis Erynnis inclementiùs spoliat, perdit, attenuat Christicolas, quàm fraus in numo herilis? uti eleganter *ait Boleslaus pius Rex Bohemiæ, ad filium in parænesi, de mutatione monetæ, lib. 1. Chronici Cosmæ Pragensis,* [*refert D. Theodor.* Reinkinck *in tract. de retract. consanguinit. quæst. 6. num. 276. Wilhelm. Antonii de rescript. morator. conclus. 9. sub num. 10. Ioh. Hering. in tract. de molendin. quæst. 1. sub nu. 14. ubi & alia id genus invenies.*] idemq; latè & eleganter deducit *Christianus Cilbertus in sua secunda quæstione Theologic. Monetar. à fol. 21. usq; ad fol. 29.* Cujusmodi insolitæ, repentinæ & inauditæ monetarum mutationes, magnarum quoque insolitarum, & repentinarum mutationum certissima solent esse præsagia, *Herman. Lather. in tract. Nomico-politic. de censib. lib 3. c. 10. n. 46.* [*D.* Reinkinck *d. quæst. 6. num. 268. Barthol. Keckerman. cursu Philosoph. disp. 28. theor. 45. pag. 312. vers. oritur hic utilis quæstio, pag. 312. & disp. 31. pag. 312. ad fin.* idem fatetur Boter. *in lib. de polit. illustr. pag. 101.* cùm inquit: Nihil est periculosius civitati, nihil civibus perniciosius, quàm sæpiùs mutari legitimam pecuniam, quàm rerum commutandarum mensuram, eamq; permanentem justitia fecit. Et notum est, quod vulgò nostro, circumfertur idiomate: Bey der Müntz soll man lehren / Wie sich die Welt thut verkehren:] veluti ob monetarum potissimùm depravationẽ Anglos levi præsidio, totâ penè Galliâ, quã per multos annos quietam possederant, subitò expulsos fuisse refert *Carol. Molin. in tract. de usur. & fructib. quæst. 93. num. 719.* De cujusmodi numulorum intrinsecus depravatorum, multiq; cupri admixtione contaminatorum injustitia, vel olim etiam circa *annum* 1327. Opifices & rustici in Bohemia hunc in modum conquesti leguntur:

Nam

Nam quivis sutor, his nummis, dixit, abutor;
Et dixit sartor, Ex his numinis nimis arctor.
Conqueritur pistor, meus omnis quæstus in his torpet nummis? tristis etiam fit faber in istis
Denariis parvis, Luit hoc Villanus in arvis:
Artificum turba clamant super hoc & in urbe,
Optant deleta citò, quòd sit iniqua moneta,
Nemo stat exceptus, qui non sit damnum adeptus
Per talem fraudem: si cessat, tunc cane laudem.
Auctor Chronic. aulæ Regis, vulgò Königsaals Chronic/ *circa Annum Domini* 1327. *referente eximio ICto Academiæ Noricæ Andr. Dinnero, disp.* 1. *de monet. parerg* 3. [Dn. Joh. Hering. *in tract. de molendin. quæst.* 1. *nu.* 14. *ad fin.* ubi addit, cùm mundus cancrino eat redeatque gressu, hunc etiam versum retrogradum summis exoptandum esse suspiriis:
Me cape, re nummus summus sum munere, PACEM.

Huc etiam spectant versiculi, qui à Jacobo Alemanno JCto reiq; monetariæ observatore diligentissimo *in Palæstr. consultat.* 8. *quæst. prin.* 14 *pag.* 920. referuntur triviales & benè noti:
Vna fides, pondus, mensura, moneta sit una,
Et status illæsus totius orbis erit.

Item aliter:
Hoc scio, conservet quod res concordia magnas,
Et parvas etiam crescere quod faciat:
Excitat insignes contrà discordia lites,
O utinam è mundo bestia pulsa foret,
Arctaq; dissolvit discrimine fœdera nullo:
Interitum fert hæc, illa salutis opus.
Nonne foret satius, socias conjungere vires?
Pactaq; constanti mutuâ inire fide?
Vnus ut affectus nobis sit, & omnibus una
Religio constans, una moneta precor:
quorum sententia germanicè ita reddita est: So wir hetten einen Glauben/
Gott vnd Gerechtigkeit für Augen/
Ein Ell/Gewicht/Müntz vnd Gelt/
So stünd es wol in dieser Welt.]

e) Hodierna enim fœdera & pacta ita comparata sunt, ut vel sub firmissimis etiam promissionibus, splendidissimis prægnantissimisque verbis syncera & fideli observantia inita, nihilominus utplurimùm ab alterutra parte in alienum sensum detorqueantur, ac altera pars decipiatur, ut hoc depravato & corrupto seculo quis cum Propheta Jeremia *cap.* 9. *vers.* 2. *& seqq.* meritò in hanc vocē erumpere possit: Quis dabit me in solitudine diversorum iratorum, & derelinquam populum meum, & recedam ab eis? quia omnes adulteri sunt, cœtus prævaricatorum; & extenderunt linguam suam quasi arcum mendacii, & non veritatis: confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt, & me nō cognoverunt, dicit Dominus: Unusquisq; se de proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. Et vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquētur: docuerunt enim linguam suam loqui mendacium, ut iniquè agerent, laboraverunt. Habitatio tua in medio doli in dolo renuerunt scire me, dicit Dominus. Sagitta vulnerans lingua eorum dolum locuta est, in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias, &c. Cujusmodi artes dolosæ occultæq; circumventiones, licet juxta illud *Taciti lib.* 4. *histor. sua.* Arma & odia depelli, dolus verò & fraus obscura inevitabilia sunt, à nemine quàm providus & circumspectus etiam sit, difficulter evitari possunt, attamen omnia, quæ dolo & fraude

superstruuntur, haud diuturna sunt, dolosæque circumventiones tandem in caput ipsiusmet circumvenientis redundant: [Ideoq; insperatum bonum est, si ad quem deceptionis pertinet periculū, sibi gratiæ procuret argumentum; Jus enim exigit, sagittas fraudis redire in dolosum verticem sagittantis, *ut eleganter inquit Cassiodor. lib. 5. Epist.*

Circumretit enim vis atq; injuria quemq;:
Atq; unde exorta est, ad eum plerumq; revertit: dicente Lucretio *lib. 5.*] Quod dominus exercituum etiam populo suo transgredienti *d. cap. 9. Ieremiæ, vers. 15. & seqq.* comminatur hūc in modū: Ecce ego cibabo populum istum absynthio, & potum dabo eis aquam fellis: Et dispergam eos in gentibus, quas non noverunt ipsi & Patres ipsorum, & mittam post eos gladium, donec consumantur, &c. Præcipuè verò Magnates & Principes (quorum *juxta Poëtam:*

Non decet in labiis versari lubrica Regum,
adeoq; in aliis fidem fallere probrosum, in principe verò abominabile esse censentur, *argumento l. 1. in princ. ibi: quoniam grave est, fidem fallere. ff. de Constitut. princip. Petr. Gregor. Tolossan. lib. 8. cap. 8. Decian. consf. 25. nu. 20. & seqq. vol. 1.*) [ad illud Poetæ:

------ --- Privus, si falsa loquatur,
Criminis est; quod si princeps, blasphemia summa est]

fidem datam pactaq; inita violantes utplurimum gravissimæ pænæ justo Dei judicio obruere solent, juxta illud: *Ezechiel cap. 17. vers. 15. & 16. ibi:* Nunquid prosperabitur & consequetur salutem, qui fecit hæc? & qui dissolvit pactum, nunquid effugiet? Vivo ego dicit Dominus Deus, quoniam in loco Regis, qui cōstituit eum Regem, cujus fecit irritum juramentum, & solvit pactum quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur. Cujusmodi violatorum fœderum pænis historiæ sacræ & profanæ refertæ sunt; [*Videatur Philipp. Camerar. horar. succisiv. cent. 2. cap. 78. Schönborn. politic. lib. 4. c. 37.*] Et inprimis exemplum notabile est, de Ladislao Rege Ungariæ, qualis tanquam juvenis alacer & ferox ad instinctum pontificis Romani incertæ belli gloriæ, quam securæ pacis avidior factus, violato fœdere inter ipsos inito, Amirahti secundo Turcarum Imperatori bellum intulit, & in eo post continuum trium dierū & noctium prælium ad Varnam Bulgariæ oppidum, *Anno* 1444. 10. *Novemb.* ex equo lethaliter sauciato prolapsus multis vulneribus cōfossus, & cum toto pene exercitu ultra 30000. hominum magno cum rerum Christianarum detrimento, trucidatus est. In quo diuturno & acerrimo conflictu cùm campi cæsorū sanguine stagnarent, & victoria ad Christianos inclinaret, Tyrannus Turcius memor factarum decennalium induciarum, elevatis manibus & oculis in cœlum exclamasse fertur: En Christe, hæc sunt fœdera, quæ Christiani per nomen tuum jurantes mecum percusserunt, suoque perjurio te Deum suum abnegarūt; Quare si Deus es, hanc mihi & tuo sancto nomini illatam injuriam ulcisceré. *Carion. in chronic. part. 3. lib. 5. pag. mihi* 1015. *& seqq. item* 1032. *Munster. Cosmographiæ lib. 4. cap. 48. latè & eleganter Casp. Pezel. Mellificii historici part. 3. pag. mihi* 379. *&* 380. [*Daniel Otto de jure public. Imp. Roman. c. 8. pag. 206. & seq. Iacob.* Schütt. *part. 2. quæst. 70. num. 261. & seqq.* Serviunt huc quoq; aurei versus Silii Italici *lib* 13. ubi ita ait: *Fœdera*

Fœdera mortales sævo non rumpite ferro,
Sed castam servate fidem, fulgentibus ostro,
Hac potior regnis, dubio qui frangere rerum
Gaudebit pacta, ac tenues spes linquit amici;
Non illi domus, aut conjunx, aut vita manebit
Unquam expers luctus, lachrymæque, aget æquore semper,
Ac tellure premens, aget ægrum nocte dieque
Despecta ac violata fides.

Cæterum de prænobili illa juxtimq; maximè controversâ quæstione: An nimirum Princeps Christianus contra alium Principem ejusdem fidei cum infidelibus fœdera inire possit? informari qui vult, is adeat præ cæteris Matth. Cunon. *in tr. de pact. lib. 1. cap. 22. n. 79. & seqq. Daniel Otton. de jure publ. Imp. Rom. cap. 11. n. 406. & seqq. Dn. D.* Reinking *de R. S. & E. lib. 2. clas. 3. cap. 3. num. 44. & seqq. ad fin. Herman. Goebus. vol. 1. discurs. Acad. apud Arum. 28. th. 51. & seq. Dn. Sigismund.* Finckelthauß *ICtorum Saxoniæ celeberrimum Controv. illustr. feud. disp. 4. th. 9. Theodor. Petre. conclus. crim. 126. Dn. Iohan. Wurmser. exercit. Academ. de jure publ. 8. q. 6.*) *f*) Pœnis enim committentibus crimina in Majestatem divinam & humanam vitam, corpus, famam, & bona hominum hodierni delinquentes, in jure præstitutis quam gravissimis etiam non amplius absterrentur, sed nullum tam grave crimen excogitari potest, quod hodiernis moribus non grassetur, leges divinæ & humanæ violantur, Deus & Magistratus contemnuntur, proximus offenditur, divites spoliantur, pauperes opprimuntur, omnisque justitia in hoc mundi seculo nunc prorsus exulare videtur, uti de suo seculo etiam Propheta *Esaias cap. 59. per tot.* conqueritur, adeoque hæc nostra tempora proximis temporibus ante diluvium exæquata sunt, ubi homines Spiritu Dei sese amplius regi non patiebantur, ita eorundem malitia & cuncta eorundem cordis cogitatio ad malum intenta erat, usque adeò ut creatorem creationis eorundem pœnituerit, Deusq; justus scelerum vindex, pro exterminanda ista malignantium universitate, ex universa terra universale diluviũ immiserit, & universum genus humanũ, servato unico Noabo cum familia sua octo tantum animabus, in eodem propter admissa peccata submergi fecerat, *Genes. cap. 6. & 7. 1. Epistola Petr. cap. 3. vers. 20.* *g*) Non enim bellis solùm multisque victoriis adversus Christianos ab hostibus reportatis, multarumq; Regionum & Regnorum ab Imperio Romano avulsione, sed etiam discordiis, injustitia aliisque vitiis grassantibus Romanum Imperium, nunc ita labefactatum est, ut statuæ illius magnæ Regi Babylonico in somnio ostensæ, & quatuor Monarchias mundi designantis pedes fictiles, & ferrei non amplius cohæreant, Pardiq; Danieli prophetæ itidem in somnio visi, & quartam Monarchiam designantis, dentes ferrei cornuaq; ejusdem pauca adhuc reliqua prorsus attrita videantur, atque sic hoc Imperium Romanũ instar ferri ex quatuor Monarchiis ab initio omnium fortissimum & bellicosissimum, nunc verò propter totidem defectus & vitia, quibus inquinatum est, omnium debilissimum redditum, tandem suo onere corruere necesse sit, *Daniel. cap. 3. & cap. 7. Luther. in præfation. super Daniel. ad cap. 3. & 7. Chronic. Carion. cum exposit. Philipp. Melanch. præfat. pag. mihi 9. & 10.* Hodie enim certissima corruptionis Rerumpublicarum judicia,

indicia, ex sententia Eberhardi à Weihe *in aulico politico, conclus.* 313. perperam Cypriano adscripta, ubi vis penè locorum dominatur:

1. *Sine bonis operibus, sapiens & concionator:*
2. *Sine Religione Senex:*
3. *Adolescens sine obedientia:*
4. *Dives sine Eleemosyna:*
5. *Fœmina sine pudicitia.*
6. *Dominus sine virtute:*
7. *Christianus contentiosus:*
8. *Pauper superbus:*
9. *Rex iniquus*
10. *Episcopus negligens:*
11. *Plebs sine disciplina:*
12. *Populus sine Lege.*

Item *in eodem aulic. politic. conclusion.* 6.

In aula Regis non est multum Legis:
Si qui sunt boni, coguntur esse ὄνοι:
Si qui sunt mali, sunt in gratia regali:
Si qui sunt cœteri, ferme sunt bibuli:
Qui fore vult bonus, est miser & onus, onerosus.

Et secundùm illud *Menandri*, de tribus hominum generibus, quæ in aulis dominantur:

Hac vita gaudet improbis potissimum,
Sed assentator omnium primas tenet:
Vivitque jucundissime omnium:
Deinde Sycophanta, proximus est bonos,
Audire eum calumnias dulce admodum.
At tertius conceditur locus invido,
Artes nocendi qui scit astutissimè.

h) Deus enim uti immensè misericors est, *Esaia* 54. 55. *&* 56. *item Ieremia cap.* 31. *&* 32. *Ezechiel. cap.* 18. *vers.* 22. *&* 26. *item cap.* 33. *v.* 19. Ita pariter justus acerrimusque criminum & peccatorũ vindex est, *Exod. c.* 20. *v.* 5. *Deuteron. c.* 5. *v.* 9. *&* 10. *Ezechiel. c.* 18. *v.* 11. 12. 13. 20. 26. *item c.* 33. *v.* 18. *Eccles. cap.* 5. *v.* 3. *& seqq. lib.* 1. *Samuel. cap.* 2. *v.* 30. *& seqq.* [Lento enim gradu ad vindictam sui divina procedit ira, tarditatemque supplicii gravitate compensat. *Valer. Max. lib.* 1.

--------- scimus ut impios
Titanas immanemque turbam
Fulmine sustulerit caduco:

referente Horat. Od. 3. *lib.* 3. atque serò molunt Deorum molæ, quod proverbio dicitur apud Erasm. *in adag. chil.* 4. *cent.* 4. *adag.* 82.] *i*) Propter injustitiam enim injurias & alia scelera grassantia, diversosque dolos, Deus à gente in gentem Regna transfert: *Daniel. c.* 4. *v.* 14. *&* 28. *Ecclesiast. cap.* 10. *v.* 8. Et alias etiam terminus Romano Imperio præstitutus nunc præterlapsus, extremumq; judicium imminere videtur; *Daniel. cap.* 2. *v.* 42. 43. *&* 44. *item cap.* 7. *v.* 19. *& seqq. usque ad fin. cap. Luther. in præfation. super Daniel. ad d. c.* 2. *&* 7. [Sic, quod verissimè Marcellus Palingenius *in Gemin. vita Zodic.* ingeminat:

Qualibet orta cadunt, & finem capta videbunt,
Ingentes urbes populosque, ingentia regna,
Supremos montes, & maxima flumina, tandem
Aufert longa dies.

Cæterum de fatalibus Imperiorum & Rerumpublicarum periodis consule inprimis Wilhelm. Verheiden *in oratione singul. de ortu & occasu Imperior. Venetiis habita.* Waremund. ab Ehrnberg *in meditament. pro fœderib. c.* 1. D. Theodor. Reinkinck *de R. S. & E. lib.* 1. *clas.* 2. *c.* 8. *num.* 1. *& seqq. Bartholom. Keckerm. curs. philosoph. disp.* 35. *problem.* 1. *Iohan. Limnæ. tom.* 1. *jur. public. Imp. Rom. Germ. lib.* 1. *c.* 9. *num.* 1. *& seqq. Arumæ. vol.* 1. *discurs. Academ. de jure publ.* 15. *num.* 1. *& seqq. Daniel*

Otto

Otto de jure pub. Imp. Rom. cap. 23. pag. 704. & seq.]

THEOREMA III.

H*Ujusmodi verò gravissimis & inveteratis Reipublicæ nostræ morbis ante extremum iudicium nullum magis salutare remedium applicari potest* a) *quàm ut exemplo Medicorum contraria contrariis curantium* b) *à peccatis abstinendo* c) *ad sacram pœnitentiæ anchoram confugiamus,* d) *prædictos abusus abrogemus* e) *ut proinde haud minimæ operæ precium me facturum opinor, si hac vice pro executione symboli prædicti Illustrissimi Herois & Principis Dn. Philippi Senioris Hassiæ Landgravii modum abrogandi abusum & reducendi verum usum monetarum* f) *perspicuè & accuratè exposuero* g) *Quod ut cedat ad SS. divini nominis gloriam* h) *ad Reipublicæ salutem* i) *firmandamq; pacem & concordiam* k) *profligandaq; bellum & discordiam à Deo Ter. Opt. Maxim. fonte omnis boni, salutarisque consilii authore, intimis precibus contendo.* l.)

a) Siquidem uti in desperatis etiam morbis Medico probro & vitio vertitur, ægroto astare, morbum deplorare, nullumq; ęgroto remedium applicare, eumque languore mori videre, [juxta illud:

Admurmurare carmina haut medici est boni,
Quando malum jam sectionem flagitat;

ut è Sophocle vertit Nicol. Reusner. clas. 2. symbol. Imperat. symb. 1. pag. 4.] Ita pariter in hujusmodi ultima mundi senecta, licet is vitiis & defectibus in tantum obrutus videatur, ut eundem tandem onere suo corruere necesse sit, ulteriori tamen corruptioni nos obstare, & quoad ejus fieri potest, corpus mundi languidum curare, & quod ipsomet facto præstare non possumus, nos saltem attentare vel optare, & nostri temporis peccata & exinde ortas calamitates deplorare oportet, juxta illud *Cyprian. in sermon. de jejun. & tentation. Dom.* Si Moysen & Aaron & Samuelem hodie haberet Ecclesia, cum invocarent, exaudirentur. Et orantibus Job & Noe & Daniele populo parceretur. Rarus hodie Phinchees, qui perfodiat impudicos, rarus Moyses, qui occidat sacrilegos: rarus Samuel, qui inobedientes lugeat: rarus Job, qui pro filiorum negligentia sacrificium offerat: rarus Aaron, qui coram Pharaone comminationes divinas edicat: rarus Noe, qui his, quibus submersio imminet, arcam bitumine litam provideat. Flens cum Apostolo dico; inimicos crucis, qui terrena sapiunt, Magistratus, quorum Deus venter est, qui in suis, quæ dicere nefas, impudentes lætantur & gloriantur. Venerunt periculosa tempora, quæ prædixit Apostolus, in quibus voluptatum amatores, magis quàm Dei speciem pietatis habentes, virtutem verò abnegātes, inveniuntur præpositi innumerabiles: qui jejunia & orationes nec digito movent; in quorum manibus iniquitates sunt, & muneribus eorum dextra oneratur. Frustrà ab his quærantur miracula, frustrà auxilia implorentur, non sunt idonei intercessores, Domini contemptores, nec convenien-

ter ad eum placandum accedunt, nec conciliant, quem offendunt. *Hactenus Cyprianus.* b) Uti enim similia similibus nutriuntur, ita è converso contraria contrariis curantur, juxta illud Galeni Medicorũ facilè principis *in libro de dyscrasia inæquali, ubi hunc in modum scribit*: Non homo hominem morsu perimit, atque vipera viperam, neque aspis aspidem. Simile siquidem simili conveniens est, atque amicum: contrarium verò inimicum atque molestum. Augentur itaque omnia atq; nutriuntur consimilibus: à contrariis verò interimuntur atque occidunt: atq; ideò sanitatis custodia fit per similia. Itẽ *lib. 5. de sanitate tuenda.* Malè affecto corpori semper contraria optimè sese habenti similia viribus adhibenda sunt, *Item Avicenn. 4. princ. cap. 1.* Ægritudo suo medicatur contrario, & conservatur sanitas suo simili. *Item Albertus Magnus lib. 2. de animalib. cap. 2.* Omnis natura desiderat simile sibi, nisi sit omninò destituta & deducta ad inæqualitatem & dyscrasiam: tunc enim desiderat contrarium, sicut febricitans febre sicca & calida desiderat frigidum & humidum non, quidem ut illo nutriatur, sed potius ut contrarii passionem facientis reducatur & exprimatur excessus. *Latiùs Tiraquell. in l. 5. connubialglos. 1. part. 5. n. 23.* c) Non enim peccatorum accumulatione, uti homines calamitatibus plerunque deteriores fieri assolent, *Genes. cap. 18. & cap. 19. Exod. cap. 7. 8. 9. 10. 11. & cap. 12. Ieremia, cap. 42. 43. & 44. Luther. in præfat. super Ieremiam, §.* Wir sernen aber / *Richter. axiomat. œconomic. 203.* sed peccatorum correctione, vitæque emendatione Deus peccatoribus reconciliatur, pœnæque avertuntur, *juxta illud Psalmi 34. vers. 14. & seqq.* Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diverte à malo, fac bonum, inquire pacem, & persequere eam. Oculi Domini super justos, & aures ejus in preces eorum. Vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. *Item Psalm. 36. vers. 27. & seqq.* Declina à malo, & fac bonum, & inhabita in seculum seculi. *Item Esaia cap. 1. vers. 16. & seq.* Lavamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere perversè, discite benefacere, quærite judicium, subvenite oppresso, judicate pupillo, defendite viduam. *Item prior. ad Thessal. cap. 4. versic. 6.* Ne quis supergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem suũ, quoniam vindex est Dominus de his omnibus. *Item vers. 11. & 12.* Operam detis ut quieti sitis, & ut vestrum negotium agatis, & operamini manibus vestris, sicut præcepimus vobis: & ut honestè ambuletis ad eos, qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis. *Item in Epistola ad Ephes. cap. 4. vers. 29. & seqq. usq; ad fin. item in Epist. ad Galat. cap. 5. vers. 13. & seqq. usq; ad fin. cap. item Zacharia cap. 7. vers. 9. & 10. & cap. 8. vers. 16. & seqq.* d) [Quemadmodum non satis est, morbum expurgari, sed intemperiem beneficio oppositorum oportet restitui, ut homo ex molesta ægritudine sanus fiat: Sic etiam ad vitia nostra, cùm eruta sunt, necessarium est, contrariis studiis immutari: alioquin ut illic incerta convalescentia, ita hic erit suspecta pœnitentia, *ut inquit Plutarch. in apophth. 171.* adeò juxta Horatium 3. *carm.* 24.

Scelerum si benè pænitet,
Eradenda cupidinis

Pravi

Pravi sunt elementa:
atque hinc etiam pœnitentia appellata quasi punientia, eò quod ipse homo in se pœnitendo punit, quod malè admisit: Tria enim, quæ sunt in percussione pectoris, id est, pectus, sonus & manus, significant, quod pœnitentia est de iis, quæ mente voce & opere peccavimus. *Hugo lib.3. de myst. Eccles.*] Omnium itaque malorum ex vi majore provenientium avertendorum certissimum & efficacissimum remedium est, pœnitentia salutarisq; ad Deum conversio,

[*Nam sera nunquam est ad bonos mores via,*
Quem pœnitet peccâsse, penè est innocens,
ut Seneca scripsit in Agamemn. de quâ non immeritò ex Cypriano *de laude pœnit.* ita exclamare fas est: ô pœnitentiâ! quid de te novi referam? Omnia ligata tu solvis, omnia clausa tu reseras, omnia adversa tu mitigas, omnia contrita sanas, omnia confusa tu lucidas, omnia desperata tu animas.] Sic Esaiæ *c.1.v.18. & seqq.* Et venite & arguite me, dicit Dominus; Si fuerint peccata vestra, ut coccinum, quasi nix dealbabuntur; & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana dealbabuntur, si volueritis & audieritis me, bona terræ commedetis. Quod si nolueritis, & me ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabit vos, quia os domini locutum est: Item Esaiæ *c.45. v.22.* Deus justus & salvans non est præter me; Convertimini ad me & salvi eritis, omnes fines terræ, quia ego Deus, & non est alius. *Item Esaia cap.55. vers.6. & 7.* Quærite Dominum, dum inveniri potest, invocate eum, dum prope est, derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & revertatur ad Dominum, & miserebitur ejus, & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. *Item Ezechiel. c.18. v.30. & seqq.* convertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris: & non erit vobis in ruinam iniquitas, projicite à vobis omnes prævaricationes vestras, in quibus prævaricati estis, & facite vobis cor novum & spiritum novum; & quare moriemini domus Israel? Quia nolo mortem morientis, dicit dominus Deus, revertimini & vivite. *cap.23. v.11.* Vivo ego dicit Dominus Deus, nolo mortem impii, sed ut convertatur impius à via sua & vivat, convertimini à viis vestris pessimis, & quare moriemini domus Israel? *Item Oseæ c.12. v.6.* Et tu ad Deum tuum converteris: misericordiam & judicium custodi, & spera in Deo tuo semper. Item *Ioelis cap.2. vers.12. & 13.* Convertimini ad me in toto corde vestro in jejunio & in fletu & in planctu. Et scindite corda vestra nô vestimenta vestra, & convertimini ad Dominum Deum vestrum, quia benignus & misericors est, patiens & multæ misericordiæ. *Item Zachar. cap.1. v.3.* convertimini ad me, & convertar ad vos. Quod etiam exempla & preces sanctissimorum virorum, quæ hinc inde in sacris paginis habentur, luculenter testantur, *cumprimis Psalm. 6.* Domine ne in furore tuo arguas me. *Psalm. 50.* Miserere mei Deus. *Psalm. 84.* Benedixisti Domine terram tuam &c. *Psalm. 85.* Inclina Domine aurem tuam, *precatio Ieremiæ in lamentationibus ejus c.5.* hisce afflictis temporibus inprimis necessaria, item *precatio Prophetæ Danielis cap. 9. à vers. 4. usque ad versic. 20.* & consimiles Prophetarum & sanctorum preces aliæ in sacris passim obviæ: [Qui-

bus etiam inserviunt, quæ de verâ & seriâ pœnitentiâ Jacob. Billius *in Antholog. sacra*, præclare tradit, ita inquiens:

Quem sceleris noxæq; gravis benè pœnitet, ille
Perpetuus lachrymis obruit ora dolor.
Nam qui post lachrymas ad inania gaudia sese
Transtulit, ex lachrymis commoda nulla tulit.
Qui sua nunc fletu plectit, sævoq; dolore
Crimina, nunc risu diffluit immodico,
Et velut is, lachrymis qui cum celebravit amici
Funera, mox epulis nubila mœsta fugat.]

e) Nihil enim tam naturale est, quàm eo genere quidvé dissolvere, quo colligatum est, *l. nihil, 35. ff. de reg. jur. & can. 1. caus. 14. quæst. 6.* ubi Divus Augustinus hûc in modum scribit: Si res aliena, propter quam peccatum est, cùm reddi possit, nô redditur, non agitur pœnitentia, sed fingitur, si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum: sed, ut dixi, cum restitui potest, &c. Qua de causa gravissimus dulcissimæ patriæ Germaniæ nostræ morbus nulla alia ratione curari potest, quam ut abrogatis deprædationibus, monetarum abusibus, fallacibusq; circumventionibus, pax & justitia cum rigida legum observantia, severissimaq; earundem executione adversus trangressores reducantur, securitas publica, moneta proba, fidesq; syncera restituantur, & sarta tecta conserventur, ut profligatis tantis calamitatibus, peccatorumque multiplicata continuatione, gloria terram nostram iterum inhabitare, justitia & veritas sibi obviare, justitia & pax sese invicem osculari, terra nostra fructum suum dare, Dominusq; de cœlo nos iterum benignè respicere possit, *Psalm.* 84. *vers.* 10. 11. 12. & 15.

f) Cura enim rei numariæ inter firmissima concordiæ civilis, & fortissima munimenta Reipublicæ refertur, *Renner. practic. observat. 35. num. 1. & seqq.* Bodin. *lib. 6. de Republ. cap. 3. in princ.* cujus verba admodum prægnantia & elegantia huc adscribere lubet: Rei numariæ curatio, *inquit*, non tantùm utilis, sed etiam civitatibus tantoperè necessaria videtur, ut sine ea commodè consistere non possint, & quò major est necessitas, eò magis numorum depravationi est prospiciendum; cùm ea res incredibile afferat universis ac singulis detrimentum. Ac non modò corrumpi moneta, ut ne mutari quidem potest, sine incommodo civitatis, quoniam mutatio precii ac materiæ numismatû census etiam ac bonorum cujusque dubitationem affert. Quò fit, ut nemo quantum in bonis habeat, constituere possit, incerta sunt pacta conventa, quæ versantur in societatibus, tutelis, fiduciis, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis, quibus vitæ societas continetur. Incerti reditus, vectigalia, tributa, denique pœnæ ipsæ ac præmia, quæ à legibus & judicibus irrogantur, incerta sunt futura. Postremò ærarii opes, ac multa tum in publicis, tum in privatis rebus, rationibusq; dubia ac suspensa fore necesse est. *Hactenus Bodinus.* [Sed de curâ, usu & necessitate rei monetariæ consule omninò Arnisæ. *de jur. majest. lib. 2. cap. 2. Francisc. Patric. de institut. Reipubl. lib. 3. tit. 92. Budel. de monet. lib. 1. c. 1. num. 1. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 7. num. 14. Ioh. Rudolph. Werner in discurs. Acad. super quæst. an in solut. temp. contr. deb. vel sol. inspic. num. 1. Matth. Stephani de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 1. m. 2. num. 171.*

Cagnol.

Cagnol. in Epist. ad Emanuel. Philibert. Sabaud. Duc. comment. ff. premissa, num. 74. D. Reinkinck de retract. consang. quæst. 6. num. 254. & seqq. Ejus quanta apud veteres observatio & religio fuerit, vel illud satis argumento est, quod antiquitus creditum fuit, Junonem monetam Deam esse, quæ pecuniæ curam haberet, graviter animadvertens in eos, qui fraudem in pecuniâ admitterent, referente *Coras. lib. 3. miscel. c. 13. num. 3. Francisc. Patric. Senens. de institut. Reipubl. lib. 3. tit. 9. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 7. c. 23. num. 7.* unde & antiquitus Romæ Triumviri monetales constituti, qui ab officio, quod nempe monetæ curam agerent, sic appellati fuerunt, *de quibus Georg. Eberlin. in explicat. tit. ff. de O. I. cap. 26. Petr. Gregor. in Syntagm. jur. univers. lib. 47. cap. 19. nu. 11. ad fin.*] *g*) Uti enim quilibet penè artifices, quo vendibilior fiat, artem suam vocabulis inusitatis obscuriorem reddere nituntur, [adeò, ut nec sutores suam dicantur posse tueri artem, nisi verbis sibi familiaribus & usitatis, nobis verò incognitis utantur, *referente Cicerone in qq. Acad.*] veluti vel Medici etiam pondera medicamentorum obscurissimis Arabum & Gothorum vocibus, puta Ana, & consimilibus exprimunt; ita pariter Monetarii & Præfecti monetales vocabulorum obscuritate, artem monetariam, ne arcana ejus, & quandoq; fraudes etiam aliis pateant, obscurissimâ reddiderunt, *uti conqueritur Bodinus de Republ. lib. 6. cap. 3. §. inde populorum graves & frequentes querelæ, & in tract. de augment. & decrement. aur. & argent. §. nec ab aliis principibus.* *h*) Quemadmodum enim omnes nostræ actiones à divino numine inchoandæ sunt; ita pariter omnes nostri actus & consilia ad Dei gloriam & honorem dirigi debent, *Matth. cap. 6. vers. 33. Quærite primum regnum Dei, & cætera adjicientur vobis, proœm. Instit. §. 1. 2. & 3. l. 1. in princ. §. 1. & l. 2. in princ. ibi: in nomine Domini nostri Iesu Christi ad omnia consilia, omnesq; actus semper progredimur, per ipsum etiam jura Imperii suscepimus, per ipsum pacem cum Persis in æternùm confirmavimus, &c. C. de offic. præfect. prætor. Afric. l. Deo nobis, 56. in princ. C. de Episcop. & Cler. Novell. 83. de armis, in princ. can. non licet, 3. ibi: nisi tantùm cum symbolo divino aut oratione Dominica, ut tantum Deus creator omnium, & Dominus honoretur, caus. 26. quæst. 5. Cypræ. de jur. connubior. part. 1. cap. 11. §. 15. Reusner. singular. decis. lib. 1. decis. 1. n. 2. 3. & 4.*

[*Sit Christus vitæ scopus, & sit meta salutis,*
Non errat, vita cui scopus ille placet.

Nicol. Reusner. clas. 2 symbol. Imperat. 9. Etenim neminem nisi in suo gloriari oportet, *ut inquit Seneca in Epistol.* At quid habet homo, quod non à Deo accepit? Ergò

Soli vera Deo sit gloria, vana facessat
Gloria, sit soli gloria vera Deo.]

i) In omnibus enim actionibus & negotiis nostris salus communis seu Reipublicæ spectanda, eademque cujuslibet utilitati privatæ anteponenda est: *l. utilitas. 3. C. de primipil. lib. 12. l. fin. §. fin. C. de caduc. tollend. l. Ædificia. 14. C. de oper. public. Bartol. in l. Quemadmodum n. 4. C. de Agricol. & censit. lib. 11. Iason in l. cætera. §. sed etsi quis. n. 2. ff. de Legat. 1. Andr. Gail. lib. 2. observ. 56. num. 3. 4. & 5. & lib. 2. de pac. publ. cap. 19. nu. 25. Andr. Rauchbar. lib. 2. quæst. 27. n. 46. & seqq. Modestin. Pistor. consil. 21. n. 87. vol. 2.* [quo respicit aureum Platonis effatum: Salus populi suprema lex esto: *quod refert Cicero lib. 1. officior. & lib. 3. de legib. & lib. 1. de invent. Frideric. Pruckman. de soluta princip. potest. c. 3.*

 num. 53.

num.53. Sicut enim (*inquit eleganter Dn. Ioh. Hering. in mantiss. tract. de molendm. adject. c. 3. n. 25.*) omnium naturarum finis est incolumitas navis, tametsi diversa sint officia, & utilitas proinde ad unumquemq; reditura sit singulatim, ut salvi perveniat in portum: ita finis omnium civium domi & militiæ est, publica salus, seu defensio Reipubl. quâ præeunte nemo potest esse incolumis.] *k*) Siquidem nulla re pacata Respublica & gubernatio promptius & facilius perturbari potest, quam ex moneta: *Novell. Leon. 52.* utpote quâ tanquam omnium rerum mensura *l. si ita. 24. ff. de fidejussor.* immutata, omnia reliqua etiam mutari & perturbari necesse est, *l. 2. C. de veter. numism potestat.* *Carpz. de capitulat. Cæsar. cap. 8. num. 13.* pax autem publica omnium rerum humanarum exoptatissima ab omnibus expetenda procuranda, cumprimis verò à principibus stabilienda est, *c. 1. de feud. alienat: per Frider. l. Nam salutem. 3. ff. de offic. præfect. vigil.* cujus encomium egregium ex Erasmi Roterodami chyliadibus in proverbio: Dulce bellum inexpertis, referunt *Andr. Gail. lib. 1. de pac. public. c. 1. num. 4. & post eum Ioban. Borcholt. consil. 9 pag. 113. col. 2. vol. 1. quod sic habet.* Omnia enim pacis tempore pulcherrimè vernant, florent atque incrementū accipiunt, coluntur agri, vernant horti, pascuntur lætæ segetes, ædificantur villæ, extruuntur oppida, instaurantur collapsa, ornantur & augentur extructa, crescunt opes, aluntur voluptates, vigent leges, floret Reipublicæ disciplina, fervet religio, viget æquitas, pollet humanitas, calent artes artificū, uberior est quæstus pauperum, splendidior opulentia divitum, efflorescunt honestarum disciplinarum studia, eruditur juventus, tranquillo fruuntur otio senes, bonis auspiciis nubunt virgines, laudantur simili prole puerperæ; florent boni, minus peccant mali, [ita ut verissimum sit illud Silii Ital. *lib. 11.*

————— pax optima rerum,
Quas homini novisse datum est, pax una triumphis
Innumeris potior: pax custodire salutem,
Et cives æquare potens.

& quod ille ait:

Non conosce la pace, e non la stimo,
Chi provato non ha la guerra prima.]

Plura alia de pace, ejusdemque laudibus addi possunt ex *Bald. de pac. Constantin. in verb. hæc sunt nomina, num. 8.* item *ex gloss. in l. talis scriptura, 30. ff. de legat. 1. Chassan. de glor. mund. part. 5. considerat. 16. Barbat. consil. 1. col. penult. vol. 1.* [*Pratej. in tr. regular. jur. lib. 4. tit. 20. cap. 1. Fr. Card. Mantica de tacit. & ambig. conv. lib. 27. tit. 3. n. 1. & seqq. Hippolyt. Rimin. jun. cōs. 10. n. 9. lib. 1. Nicol. Reusn. clas. 1. symb. Imperat. 24. & clas. 2. symb. 20.*] In bello verò hæc omnia cessant, & illud antiquū obtinet, silent leges inter arma, nec se expectari jubent, cùm ei, qui expectare velit, ante injusta pœna luenda sit, quàm injustè ablata justè repetenda. Ita Cajus Cæsar Metello obsistenti, ne pecunias ab ærario tolleret, ac leges id fieri vetantes proferenti, non idem, *ait*, armorum & legum tempus est: Quod si hoc ferre nequis, nunc quidem abcede, ac postquam peractis fœderibus arma deposuerimus, tunc si videbitur, & plebis patronum agas. Similiter & Cajus Marius mille Camerinos, qui sese in bello adversus Cimbros strenuos viros præstiterant, honore Romanis æquavit, idque contra

omne

omne jus, ad ipsum verò reprehendentibus respondit, sese propter armorum strepitum leges non potuisse exaudire: [*refert hoc dictum & Ioseph. Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 639. num. 15. Wilhelm. Antonii de rescript. morator. conclus. 42. n. 33.*] Cujusmodi belli mala & incommoda *Erasmus Roterodamus succinctè & eleganter hunc in modum complexus est*: Simulatque belli sæva tempestas ingruerit, ingens malorum pelagus occupat, inundat, obruit universa. Abiguntur armenta, proteruntur segetes, trucidantur agricolæ, exuruntur villæ tot seculis extructæ, florentissimæ civitates una procella subvertuntur. Adeò proclivius est lædere, quàm benefacere. Civium opes ad execrandos latrones, ac sicarios transferuntur. Mœrent domus, metu, luctu & querimoniis lamētis complentur omnia. Frigent artes opificum, pauperibus aut jejunandum, aut ad impias confugiendum artes. Divites aut ereptas deplorant facultates, aut timent relictis, utroq; modo miserrimi. Virginum aut nullæ aut tristes & funestæ nuptiæ. Desolatæ matronæ domi sterilescunt, silent leges, ridetur humanitas, nullum habet locum æquitas, religio ludibrio est, sacri & prophani nullum omninò discrimen. Corrumpitur omni vitiorum genere juventus. Damnant longævitatem suam senes. Nullus honos honestis literarum studiis: Plura alia de vitando bello, pace sectanda, belli incommodis, pacisq; commodis, *vide apud Erasm. Roterodam. adag. 4. cent. 1. in Proverb. Dulce bellum inexpertis, & in oration. querimonia pacis undiq; profligatæ.* [*Bocer. de bello, lib. 1. cap. 5. num... & cap. 30. Andr. Clud. in tract. de condict. furtiv. cap. 52. n. 96. Georg. Schön-born polit. lib. 6. c. 32. & duob. seqq. D. Theodor. Reinkinck de Reg. Sec. & Eccl. lib. 2. class. 3. c. 3. n. 2. & seqq. ubi elegantissimè.*] *l)* Sine tuo enim numine, nihil est in homine, nihil est innoxium, *juxta hymnum Ecclesiarum nostrarum ad SS.* & ubi Christus fundamentum non est, nullum boni operis est superædificium, *Can. cum Paulus, 26. in fin. caus. 1. quæst. 1.* sed bene & competenter universa geruntur, bonum initium, melius medium, optimusq; finis sperari potest, si invocatio nominis divini antecedat, principium decens & amabile fiat, *in fin. princ. Novell. 6. quomodo oporteat Episcopos ad ordinationem adduci, Gloss. in proœm. Institut. in verb.* JESU, *& ibi etiam Schneid. Iason in rubric. ff. de nov. oper. nunciat. n. 3.* [juxta illud Andr. Gravini *in princ. lib. 2. th. poëtic.*

Auspice qui Christo rerum primordia sumit,
Illius optato tramite cœpta cadunt:
Cursus enim felix, & casu prosper in omni,
Successus cœlo non aliunde venit.]

Theorema IV.

A *Definitione igitur inchoando, Moneta à monendo dicta* a) *definiri potest bractea metallica* b) *publico charactere insignita* c) *omnium rerum æstimationem præstans* d) *paris significationis vocibus numus per simplex M* e) *sive nummus per geminum M scripta* f) *item numisma* g) *& in specialiori significatu* h) *pecunia etiam appellata.* i)

a) Quod videlicet eadē utentes subjectionis admoneat debitæ ei, cujus imago in monetis expressa est, *argumēto Matth. cap. 22. vers. 19. 20. & 21. Marc. cap. 12. vers. 16. &*

16. & 17. *Lucæ c.20. v.24. & 25. Matth. Stephan. de jurisdiction. lib.2. part.1. cap.1. memb. 2. num. 170. Henric. Bocer. de Regalib. cap.2. n. 224. Andr. Dinner. disput. 1. de mutation. monet. th. 1.* vel etiam quod moneta signi sui impressione vel auctoris, vel precii, vel alterius rei, futura etiam secula commoneat: *Cicer. lib. 1. de divination. Coras. lib. 3. miscellaneor. cap.13. n.3. Tiber. Decian. in tractat. criminal. lib.7. cap.23. n.7.* [*Bertazol. de clausul. instrum. cl.30. glos.7. num.12. Besold. in thesaur. pract. lit. M. num. 60. verb.* Münze. *in pr.*] *Rener. Budel. de Re numar. lib.1. c.1. n.3. 4.5.6.7. & mult. seqq.* ubi multarum veterum monetarum inscriptiones exponit: [*De quibus etiam videatur Thom. Garzon. in Piaz. univers. disc.142.* von *Antiquariis*, oder denen / die sich alter Medalien / Münzen und Bilder befleissigen. *pag.703. & seq. Anton. Hanffman. de re monetar. resol.22. in alleg. lit. E. Schönborn. lib. 4. politicor. cap.30. pag. 464.*] vel etiam quod moneat, ne quid fraudis in materia, signo vel pondere fit *Isiodor. lib.6. cap.17. Sixtin. de Regal. lib.2. c.7. n.51. Rener. Budel. de re num. lib.1. cap.1. n.10.* [*Joh. Guid. Volaterran. in tr. de mineralib. lib.3. tit.9. n.14. P. Matthæ. in annot. ad Guid. Papæ quæst.492. in princip.* Similia de notatione monetæ vide apud Bocer. *in tr. de monet. c. 1. num.1. & seqq. Daniel Otton. de jur. publ Imp. Rom. c.11. pag.435. Georg. Schönborn. lib.4. politic. cap.30. in princip. Iacob. Aleman. in palæstr. consult. jur. cons.8. quæst. princip. 1. partit. 18. pag.519. Sigism. Scacc. in tr. de commerc. & camb. §.1. quæst.7. part 2. ampl.19. nu.7. Anton. Hanffman. de re monetar. resol. 1. lit. G. H. I.* Porrò verbum, monetæ Münz / pro quo genere numismatis cum apud Latinos tum Germanos exaudiatur? *Vide Daniel Moller. ad constitut. Sax. Elect. Aug. part.2. constit.21. num.1. Besold. in thesaur. pract. lit. M. n. 60. verb.* Münz *circa princ. pag.569.*] b) *confer Hanffm. de re monetar. resolut.* 4 siquidem monetæ idoneæ nō nisi ex solis metallis & inprimis auro, argento & ære cōflari, & in bracteas ut plurimum rotundas vel quadratas etiam redigi solent. *l. Necessarium itaque. 2. §. eodem tempore. 30. ibi: & triumviri monetales, æris, argenti, auri flatores. ff. de origin. jur. l. Quicunque. 8. & l. lege Cornelia. 9. ff. ad L. Cornel. de fals. Rener. Budel. de re numar. lib.1. c.1. n.14.* c) ad denotandam videlicet pecuniam charactere superioris ita signatam, justi ponderis & probæ esse speciei, tantundemque valere signatam, quanti valeret in rudi massa, *argumento l.1. C. de veter. numismat. potestat. lib.11. Novell. Leon.52. Carol. Molinæ. de usur. & fructib. quæst.92. num.697. & quæst. 10. num. 793. Anton. Faber. de var. numor. debitor. solution. c.1. pag.13.* [Numus enim ideò insignitur, cum ut adulterantium fraudes reprimantur, tum ut autoritas numis ex autoris imagine, inscriptione & insignibus concilietur, *ut tradit Georg. Eberlin. in explicat. tit. ff. de origine jur. c. 26. num. 14. eodem recidunt tradita Christoph. Besoldi in thesaur. pract. lit. M. num. 60. verb.* Münz *pag.570. vers. Impressio in monetis, & seq.* Jacob. Aleman. *in palæstr. consult. jur. 8. quæst. princ. 1. pag.386. sub vers & per formam.* ubi dicit, hanc impressionem characteris publici, sive inscriptionem Principis, aut alterius Status Imp. lege atque autoritate publicâ factam, ad constituendum τὸ εἶναι numismatis, & ad sequendam æstimationem determinatam atq; justam perquam necessariam esse, *argumento l.1. vers. ea materia, formâ publicâ percussa usum dominiumq; præbet. ff. de contr. empt.* Unde Christus ex Pharisæo-

a) *Aurea Bull. tit. 9. & 10.* ubi inter Carolum IV. Imperatorem & Electores & Status Imperii super metalli fodinis Regis Bohemiæ, Electorum, Principum & Statuum Imperii, tam Ecclesiasticorum, quàm Politicorum conventum est, quod eadem unà cum regali monetario, seu jure & potestate conflandi monetas, ex metalli fodinis regnorum, principatuum & territoriorum suorum erutis, tam præsentes, quàm futuræ, Regi Bohemiæ & prædictis Imperii Statibus reservatæ, indultæ & confirmatæ esse debeant, *Benedict. Carpzovius de capitulat. Cæsar. cap. 8. num. 15. in fin. Gerlac. Buxtorff. in dissertat. hist. polit. in Aur. Bull. conclus. 92. lit. D. & E. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 7. num. 92. in fin. & lib. 1. c. 5. num. 9. 10. & 11.* [*Rumelin. part. 1. dissert. ad Aur. Bull. 8. thes. 29. Anton. Hanffman. de re monetar. resolut. 19. lit. c.*]

b) Regalia enim, atque sic jus cudendæ etiam monetæ, ab Imperatore alisq; superiorem non recognoscentibus concedi,

 cedi,

cedi, & in Status Imperii benemeritos inprimis per privilegia aut investituras conferri posse prorsus indubitatum est, *c.super quibusdam, 36. §. præterea, ext. de verb. signif. d. l. 1. l. 3. & l. fin. C. nova vectig. Instit. non posse, cap. quod translatione, 4. ibi: quæ de speciali concessione, ext. de offic. legat. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 5. nu. 1. nu. 6. & seqq. Rener. Budel. lib. 1. de re numar. cap. 4. nu. 2. Bocer. de regal. c. 2. nu. 227.* usque adeò, ut is, qui Principem seu Imperatorem Romanum potestatem conferendorum regalium in alios negare ausus fuerit, crimē læsæ Majestatis incurrere censeatur, *l. disputare, 3. C. de crim. sacrileg. c. si quis suadente, 29. §. committunt, caus. 17. quæst. 4. Sixtin. de regal. lib. 1. cap. 5. n. 2. Ripa respons. 80 n. 1.*

c) Tempus enim immemoriale vim specialis privilegii & concessionis Imperatoriæ obtinet, *l. 1. §. fin. ibi: vetustatem vicem legis obtinere, & d. l. in summa, 2. ibi: vetustas, quæ semper pro lege habetur, ff. de aqua & aq. pluv. arcend. Afflict. in cap. 1. §. si quis per triginta, num. 10. si de feud. controvers. int. domin. & agnat. Andr. Gail. lib. 1. obs. 21. num. 15. Mynsing. cent. 1. obs. 30 latè Anton. Gabriel. commun. conclus. lib. 5. tit. de præscript. conclus. 1. num. 1. Roland. à Valle cons. 66. num. 41. & seqq lib. 2.* [habet vim tituli legitimè acquisiti, *Balb. in tract. de præscript. in 3. part. princ. num. 12. fol. 124. Dyn. Muxellan. ad cap. possessor, num. 29. ibiq. Boër. in addit. de regul. jur. in 6. Garsia in tract. de expens. cap. 9. num. 17. Nicol. Everhard. jun. cons. 47. num. 23. vol. 1.* pacti expressi, *Barthol. Bertazol. cons. civ. 71. num. 32. Borchold. cons. 6. vers.* so wollen auch / *part. 1. fol. 70. Cravet. cons. 10. num. 11.* contractus, *Roland. à Valle cons. 66. num. 40. lib. 2. Cravet. d. cons. 10. num. 11. Schrad. inter cons. Borchold. p. 2. cons. 18. vers. nono possessio*, vigorem constituti, *l. hoc jure, 3. §. ductus aquæ, 4. ff. de aq. quot. & æstiv. l. 1. C. de servit. & aq. Hier. Pantzschman. quæst. 22. num. 19. p. 2. Iohan. Bapt. Costa in tract. de quota & rata, quæst. 123. num. 3.* & denique vim legis, *d. l. 1. §. fin. & l. in summa, 2. in pr. ff. de aq. pluv. arc. Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1214. nu. 49. Decian. resp. 108. num. 3. vol. 3. Marta Neapol. in tract. de jurisdict. p. 2. cap. 42. num. 65.*] Ut proinde mirum nō sit, & regalia seu reservata Imperatori in signum superioritatis, ac interea etiam jus cudendi monetas, nō minùs præscriptione & consuetudine temporis immemorialis, quàm expressa concessione Imperatoria à personis habilibus, Statibus Imperii nimirum, acquiri posse, *d. c. super quibusdam, 36. §. præterea, ibi: vel ex antiqua consuetudine, cuju non extat memoria introducta, & ibi etiam glossa in verb. non extat, ext. de verb. signif. item gloss. final. in l. vectigalia, 10. ff. de de publican. & vectigal. Arius Pinell. part. 1. cap. 3. num. 4. C. de rescind. vendit. Rener. Budel. de re numar. lib. 1. cap. 4. nu. 3. & 4. Gozadin. cons. 8. num. 37.* [idem in genere de regalibus juribusq; Principum firmant *Matth. Wesenbec. in parat. ff. de jurisd. num. 9. Gail. de pignorat. obs. 15. num. 13. & lib. 2. obs. 51. num. 4. Pruckman. de regal. cap. 5. num. 98. & cons. 27. num. 99. vol. 1. Harprecht. ad pr. Instit. de usucap. num. 182. & seqq. Petr. Gilken ad authent. quas actiones, cap. 9. per tot. C. de SS. Eccl. Valent. Forster. in tract. de success. ab intest. lib. 6. cap 34. num. 50. Hieron. de Monte de finib. regund. cap. 77. num. 3. Iacob. Nimmer in tr. de regalib. conclus. 8. lit. B.* & in specie de regali monetandi, *Dd. ad seq. lit. D. allegat.*]

d) In Imperio enim Romano omnibus pene Electoribus & Principibus tam Ecclesiasticis quā politicis, multis etiam Comitibus & Civitatibus Imperialibus, imò

imò nonnullis etiam civitatibus municipalibus ex concessione Imperatoris generali vel speciali seu cōsuetudine tēporis immemorialis cōpetit, *Recess. Norimb. de An.* 1524. §. Dergleichen hat der Müntz halben. *Recess. Augustan. de Anno* 1551. §. So haben wir uns. *versic.* dergleichen. *& Recess. Spirens. de Anno* 1570. §. Als dann auch die Müntz Gerechtigkeit. *Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 7. num.* 92. *Carpzov. de capulation. Cæsar. cap. 8. nū.* 16. [*Harprecht. ad §. item lex Cornelia de falsis.* 7. *num.* 48. *Institut. de public. judic. Martin. Rumelin. part. 1. dissert.* 8. *ad A.B. thes.* 30. *D. Theodor.* Reinkinck *de R. S & E. lib. 1. clas. 5. cap. 6. num.* 16. *Christoph. Ming. de jure territor. cap. 5. thes.* 68. *ad fin. Ioh. Guid. Volaterran. in tr. de mineralib. lib. 2. tit. 9. num.* 29. *& seq. Gothofred. Antonii disp. feud. 5. thes. 7. sub allegat. lit. H. ad fin. Iacob. Aleman. in palæstrâ consult. jur. illustr. cons. 8. quæst. princip.* 10. *pag.* 845. *ubi post Dd. multos allegatos testatur, privilegium cudendæ monetæ tam aureæ quam argenteæ Reipubl. Magdeburgensium à Maximiliano. II. Divæ memoriæ, Viennæ 24. Nov. Anno* 1567. *collatum, cujus tenorem ex integro ibi subjicit. pag.* 846. *& seqq. Didac. Cantera quæst. crim. cap. 8. num. 18. vers. de privilegio autem & consuetudine. Caspar. Koch de regal. dignit. cap. 2. thes. 57. Anton. Hanffman. de re monetar. resolut. 10. 11. lit. A. B. D. G. & resol. 17. 18.* in tantum ut jus monetæ in his ipsis Principibus & statibus Imperii nominetur regale: *d. Recess. de Anno* 24. §. Dergleichen hat der Müntz halber *ibi:* Churfürsten und anderen Ständen an ihren Gerechtigkeiten und regalien der Müntz. *Item d. Recess. de Anno* 51. §. so haben wir uns / *vers.* dergleichen / *his verbis:* die jenigen / so von uns oder unsern Vorfahren im Reich mit dem Regal der Müntze gefreyhet seind. Porrò Reges Bohemiæ inter alia regalia, etiam jus cudendi numos tam aureos quam argenteos ex antiquissima usurpatione, quam Imp. Carolus IV. postmodum in vim legis valere jussit, habere, ex ipsâ A. B. *c. 10. tit.* Von der Müntz. satis liquet: *& tradit in specie Anton. Hanffman. de re monetar. resolut. 7. sub alleg. lit. L.* Sed an etiam novos introducendi numos potestatē habeant? Expedit Christoph. Besold. *in thesaur. practic. lit. M. num. 60, verb.* Müntz *pag.* 571. *vers. Regibus Bohemiæ*, ajens, distingui solere inter monetā provincialem, Landmüntz / & publicā seu generalem, Reichßmüntze / ut illius Regi cuilibet pro usu & necessitate Regni vel provinciæ non prohibeatur nova adinventio vel efformatio: hujus verò non item, cum verendum sit, ne nova ista moneta ab Imperatore & Imp. ordinibus interdicatur, præsertim si de meliore luto non fuerit.] A quo Regali etiam Principes, Comites & civitates illud obtinentes, vernaculâ nostrâ in constitutionibus Imperii hinc inde, Müntzherrn / Müntzstände und Müntzgenossen / so die Müntzfreyheit oder die Müntzgerechtigkeit haben / indigitantur. *Recess. Spirens. de Anno* 1570. §. unnd dieweil & §. Wir setzen / ordnen. *Ordinat. probator. Ferdinand. Imper. de Anno* 1559. §. 9. *Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 7. n.* 95.

e) Veluti sunt Hoxanum, Halberstadium, Hannovera, Osnaburgum, Myndæ, Monasterium, Hildesheimium, Gottinga, Northemium, Brunsuiga, Rostochium, Sunta, Stetinum, & complures aliæ, quarum ut & monetarum ab iis percussarum mentio fit *in Ordinat. probator. Ferdinand. I. Imperator. de Anno* 1559. *Henning. Arnisa. de jur. Majest. lib. 2. cap. 7. num.* 6.

num. 6. [*Videatur Hansman. de re monetar. resolut. 11. lit. G. in allegat.* Sed anne & quatenus Nobilibus Imp. immediatis vel mediatis jura monetandi etiam competant? *Consule Hanssm. d. resol. 11. lit. C. F. Iof. Nolden in tract. de statu Nobil. civ. c. 17 n. 112.*]

f) Puta quod nonnulli Status soli habeant jus cudendi auream monetam, cæteris non commune. *Ordinat. Monetar. Ferdinand. I. Imperator. de An.* 559. §. Ferrner die gülden Müntz belangent / *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 7. n. 106. in princ.* item quod ii soli Status Imperii, qui fodinas auri præstantioris & preciosioris in suis territoriis vel principatibus habent, quàm est in aureis Rhenanis, Ducatos aureos percutere possint. *Ex Edicto monetali de Anno* 1559. §. Ferrner dieweil / *de An.* 1576. §. vnd auß Sondern. *Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 5. num. 25. & lib. 2. cap. 7. num.* 107. *in fin.* veluti etiam Electores ad Rhenum hoc præcipuum habent, quod in aureorum Rhenensium materia, pondere & æstimatione, non minus ad eos, quam ad ipsummet Cæsarem respiciendum sit. *Receß. Imper August. de Anno* 1551. §. Wetter so setzen. *& Edict. Maximilian. II. Imperat. de Anno.* 1571. §. Gleichfalls weil etliche rc. *in verb.* den Reinnischen Churfürstlichen rc. *Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 5. num, 26. & lib. 2. c. 7. nu.* 106. *in fin.*

g) Quod ipsum in Constitutionibus Imperii manifestè cautum & multoties repetitum est, ut nimirum Status monetales cujuslibet circuli Imperii singulis annis bis Consiliarios suos, nimirum Calend. Maji & Calend. Octob. rerum monetalium peritos ad conventus seu diætas probationum ablegent pro conservandis probis monetis, & cassandis improbis. *Ordinat. monetar. Ferdinandi I. Imperator, de An.* 1559. §. vnd damit diese vnsere. *& seqq. & in ordinat. probator. ejusdem Anni per totum, inprimis* §. 7. & §. 8. *Receß. Imper. de An.* 1566. §. Wie wol dann auch. *item in Receß. Imper. de An.* 1570. §. Sumtemal auch zu Handhabung rc. *item in Receß. Imper. de An.* 1603. §. Insonderheit aber wollen wir rc. *Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 7. num.* 103. 104. & 146. *Petr. Denaiſ. de jur. Cameral. lit. M. in verb. Monetarium Edictum. num.* 30. & 35. *Renerus Budel. de re numar. lib. 1. cap.* 26. [*Iacob. Aleman. in palæstr. consult.* 8. *quest. princip.* 10. *pag.* 843. *vers. cæterum. Bocer. de jure monet. c. 2. n.* 40.]

h) Siquidem in Constitutionibus Imperii tam integris circulis ejusdem quam singulis etiam Magistratibus nonsolùm permissum, sed mandatum etiam est, pro excludendis improbis monetis & inhibendo ulteriori abusu rei monetariæ particularia Edicta monetalia facere & affigere, modo Edictis Monetalibus Imperii consentanea & non contraria sint. *Receß. Ratisbonens. de An.* 1594. §. Daneben sollen die Kräntz. *& Receß. Imper de An.* 603. §. vnd dieweil fast Allwegen rc.

i) *Receß. Imper. de Anno* 1555. §. Wiewol auch gemeiner Ständen rc. *Ordinat. probator. Ferdinandi Imperator. I. de Anno* 1559. *in princ. &* §. *seq.* Demnach vns dann rc. Veluti etiam Imperator in hodierna capitulatione Imperii promittit, quod sine cōsensu Electorum in posterum nulli Statui jus monetæ concessurus sit, hoc modo: Wir sollen vnd wollen auch hinfüro ohne Vorwissen der Churfürsten / Niemands / was Stands oder Wesens der seye / mit Müntzfreyheit begaben oder begnadigen. *Carpzov. de Capitulat. Cæsar. cap.* 8. *num.* 16. *in fin.*

in fin. [*& de regalib. part. prior. thes. 42. paulò ante fin. vers. cum autem privilegium hoc, Iohan. Limnæ. tom. 1. jur. publ. lib. 3. capit. 2. num. 62. Martin. Rumelin, part. 1. dissert. 8. ad A. B. Carol. IV. thes. 31. in alleg. ad fin.* Veluti etiam in universum regalia quæque non ita faciliter, neque absque præviâ consideratione, sed demum necessitate urgente concedi debere, tradit Frideric. Pruckm. *in tract. de regalib. rubr. quæ sint regal. cap. 5. n. 93. ibique allegat.*]

THEOREMA VIII.

CÆterum quilibet Domini monetales jus cudendæ monetæ habentes illud ipsum non pro mero lubitu suo cudendo monetas adulterinas a) *sed secundum ius Gentium, & civiliter ad bonum publicum & salutem imperii exercere tenentur* b) *usque adeo ut ex nonnullorum sententia prorsus puræ monetæ conflandæ sint* c) *nec sumptus monetales deduci possint* d) *quamvis generali consuetudine, ubivis locorum nunc contrarium receptum sit* e) *& certa monetarum liga præscripta* f) *propter Impensas monetales monetis aureis & argenteis aliquid vilioris metalli immiscere liceat.* g)

a) Monetas enim adulterinas seu improbas cudere juri naturali seu juri gentium repugnat, *argumento l. 1. in princ. ff. de contrah. emption.* in qua numorum seu monetæ publica & perpetua potestas omniũ gentium communis, seu quæ apud omnes gentes æquè valitura sit, requiritur, *Anton. Faber de variis numor. debitor. solut. cap. 1. pag. 15. 16. 17. & 18. Carol. Molinæus de usur. & fructib. quæst. 100. num. 797.* juri divino, quo omnis dolosa statera, falsa pondera mensuræque fallentes sunt prohibita adversatur, *Genes. c. 23. vers. 16. ibi: quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ. Deuteron. 25. vers. 13. 14. & 15. Proverb. cap. 11. vers. 1. ibi: statera dolosa abominatio est apud Deum, & pondus æquum voluntas ejus. Micha cap. 6. vers. 10. & 11. Amos cap. 8. vers. 4. 6. & seqq.* Juri canonico, in quo in moneta bonitas tam intrinseca quã extrinseca requiritur, *cap. olim. 20. ext. de censib.* & omnis monetæ deterioratio improbatur, *cap. quantò. 18. ext. de Iurejurand.* nec non etiam juri civili è diametro adversatur, *l. 1. in fin. princ. ibi: non tam ex substantia, quàm ex quantitate. ff. de contrah. empt. l. 1. & l. 2. C. de veter. numismat. potestat. l. 1. & l. 2. C. de fals. monet. Prosp. Farinac. oper. crimin. part. 5. quæst. 115. inspect. 1. n. 57. 58. 59. & 60. Carol. Molin. de usur. & fructib. quæst. 100. nu. 793.* ubi concludit: Gravissimè igitur peccant Principes & qualescunq;, qui de qualitate vel pondere debito subtrahunt, & enormissimam omnium falsitatem committunt, nisi prius publicè consensu populi, alia probitatis in qualitate & quantitate nota definiatur. Cùm enim numus omnia metiatur, & sit generalis omnium mensura jure gentiũ introducta, omnia jura divina & humana, quæ damnant & execrantur falsificantes & defraudantes monetas sive Principes sint, sive privati. *Hactenus Molinæus.* Bodin. *de Republ. lib. 6. c. 3. p. 1064.* hunc in modum scribens: Principi non magis licet improba numismata cudere, quàm occidere, quàm grassari, nec à jure gentium, quo quidem auri

& argenti precium constitutum est, discedere, nisi Regis nomen ac splendorem omittere, & falsæ monetæ fabricator, quam Princeps appellari malit. [Francisc. Marc. *decis. Parlament. Delphin.* 152. *n.* 1. ubi inquit: Facultas cudendi monetas, & dandi cursum spectat ad Principem; cùm ergò in decridatione monetarum plures fraudes ad detrimentum populi possint committi, in hoc oneratur Princeps in foro conscientiæ.]

b) Uti enim quivis vel privati etiam jure suo civiliter citra alterius detrimentum uti debent, *argum. l. in fundo,* 38. *ff. de rei vindicat. l.* 1. §. *denique,* 12. *ff. de aq. pluv. arcend. l. certo generi,* 13. §. *fin. ff. de servitut. rustic. prad.* [*l. creditor,* 60. § *ult. ff. mandat. Francisc. Pfeil. cent.* 2. *cons.* 172. *nu.* 5.] ita vel inprimis Reges & Principes, qui custodes juris gentium & civilis, adeoq; ipsamet lex & justitia animata sunt, *Novell.* 105. *de Consul. cap.* 2. *& ibi etiam glos. in verb. legem, &c.* ab omnibus fraudibus & circumventionibus alieni esse, nec jure monetario in sui cōmodum, alios sub imagine & charactere publico defraudando, abuti debēt, cùm nihil lumine clariore præfulgere dicatur, quam recta & syncera fides in Principe, nemoq; principali authoritate decipiendus sit, *l* 1. *C. de his qui ven. ætat. impetrar. Bodin de Republ. lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 684. *pag. mihi* 1070. ubi ait: Huic juri gentium derogari non debet, nec Princeps sine suprema sui nominis & famæ jactura, jus illud populorum omniū commune perrumpere potest, *Sixtin. de regal. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 49. 50. *&* 51. Præcipuè verò majestate regnātis, & æterna memoria digna est vox Maximiliani II. Imperatoris Romani *in Recess. Imper. Spirens. de Anno* 1570. ubi hunc in modum constitutum est: Alsdann auch die Müntzgerechtigkeit kein Mercantz / sondern vnser Kays. Regal / so die Müntzstände auß vnserm sondern Vertrawen / nicht zu jhrem selbst gesuchten Vortheil / sondern wie wir selbst dem H. Reich zu Ehrn vnd Wolfahrt brauchen sollen / rc. *Sixtin. de regal. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 88. *&* 89.

c) Ita ut nulla prorsus metallorū confusio admittatur, sed tam monetæ, quàm vasa & res aliæ, ex puris metallis conflentur, *Carol. Molina. in tract. de usur. & fructib. quæst.* 100. *num.* 800. *Corarruv. de veter. numismat. collat. c.* 2. §. *est tamen illud hac in parte admonendum, &c. Anton. Faber de var. numor. debitor. solut. cap.* 1. *pag. mihi,* 25. *vers. sed & illud, &c. Rener. Budel. de re numar. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 17. *& seqq. usq; ad nu.* 23. Quorum sententiæ etiam suffragari videtur *Recess. Imper. Augustan. de Anno* 1500. *sub tit.* von der silbern vnd güldenen Müntz wegē / in quo sequentibus verbis cautum est, darauff dann wir oder der / so an vnser Statt sitzen wird / vnnd das gemelt Reichs Regiment vollkommen Macht vnnd Gewalt haben sollen / Ordnung vnnd Satzung / einer beständigen gülden vnd silbern Müntz / von feinem Gold vnnd Silber / ohn allen Zusatz / durch das gantz Römisch Reich fürzunehmen / zumachē vnd zubeschliessen / rc. [Vide etiam eâ de re *Anton. Hanssman, de re monetar. resol.* 12. *lit. e. & resol.* 13. *lit. b. Benjamin. Leuber. in resolut. quæst. de reduct. monetali, an illa sit idoneus monetæ deprav. restit. modus p pag.* 37. *vers. quod verò is gradus.*]

d) Siquidem moneta tantum debet continere in massa, quantum character ejus indicat, & proinde moneta expensis publicis cudi debet, nec quicquam materiæ earum propter expensas monetales

tales deducendum est, ita ut moneta cusa, nec plus nec minus valere possit, quam materia seu lamina argenti, auri vel æris, ex qua est conflata, *arg. l. qui falsam, 19. ff. ad L. Cornel. de fals. l. 1. C. de veter. numism. potest. cap. quanto, 18. ext. de jurejurand.* & apud omnes populos ubique uniformiter, & in eodem valore expendi possit, *l. universos, 3. C. de veter. numism. potest. gloss. in l. 1. ff. de contrah. empt. Imol. in l. Paulus, & in l. procurator, ff. de solut. & liberat. Bartol. in l. Paulus, ff. de solut. & liberat. col. 2. & in l. qui falsam. ff. ad Leg. Cornel. de fals.* cujus opinionem communem refert *Curt. jun. in l. 2. §. mutui, num. 12. ff. de reb. cred. Matth. de Afflict. decis. 90. Petr. Bellug. in specul. princip. tit. de mutatione moneta, num. 7. Albert. Brun. de augment. & dimin. monet. præsupposit. 1. num. 2. Budæus lib. 5. de asse,* ubi ait: Nisi argentum infectum & numisma parili ratione congruerent, commercia parili ratione congruere nõ possunt *Budel. de re numar. lib. 1. cap. 6. num. 2. & 3. latè & eleganter Prosper. Farinac. oper. crimin. part. 5. quæst. 115. insp. 1. num. 58, 59. & 60.* [*Anton. Hanffman. de re monetar. resolut. 22. in allegat. lit. c. Iacob. Aleman. in palæstr. consultat. 8. quæst. princ. 1. pag. 387. vers. porrò observandum, & pag. seqq. Iohan. Guid. Volaterran. in tr. de mineral. lib. 3. tit. 15. num. 37. 38. 39.* dicens, hanc opinionem tanquam communem, in decisivis sequendam, atq; etiã æquiorem esse, licet de facto servetur contrarium, *Fabian. de Monte de empt. vendit. 5. quæst. princ. num. 2. vers. sed quæritur, qualis debeat esse pecunia,*]

e) Generali enim consuetudine, & ubivis penè locorum receptum est, quòd nimirũ sumptus, qui in cudenda monetá fiunt, à materia deducatur, ejusdemq; æstimatio propter impensas illas parumper augeatur, quamvis intrinseca numorum bonitas valori eorundem nõ usquequaq; respondeat, sed propter sumptus monetales monetis aureis vel argenteis aliquid vilioris metalli admistum, seu ponderi eorum aliquid detractum fuerit, quæ sententia etiam magis communis esse, & per universum orbem observari censetur, uti ipsemet *Bartol.* ex juris ratione aliàs dissentiens testatur *ad d. l. 2. §. mutui datio, num. 7. ff. de reb. cred. Innocent. in cap. quantò, in princ. ibidemq; Panormitan. num. 11. Anton. Butr. num. 10. Iohan. de Imol. num. 17. ext de jurejur. Bocer. decis. 527. num. 3. Matth. Coler. de process. executiv. part. 1. [illegible] 10. nu. 12. Rener. Budel. de re numar. lib. 1. [illegible] n. 4. 5. & seqq. Iohan. Aquil. de potest. & utilit. monet. part. prior, cap. 4. §. veruntamen, Martin. Garrat. Laudens. de monet. num. 6. Covarruv. de veter. numism, collat. cap. 7. num. 5. §. nihilominus contrarium exponimus conclusionem, &c. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 7. num. 35. & 36. & seqq.* [*Hanffman. d. resol. 22. sub alleg. lit. c. vers. alii verò expensas detrahendas, D. Reinkinck de retract. consang. quæst. 6. num. 232. Iacob. Alem. in palæstr. consult. d. cons. 8. quæst. princ. 1. pag. 388. & seq. vers. hodie expensa.*] *Anton. Faber de variis numer. debit. solut. cap. 1. pag. mihi 22.* ubi tamen præ aliis hoc singulariter notat, licet sumptus monetarii deducantur à materia monetæ, illos tamen fieri de publico, eò quòd materia numorum etiam fuerit publica, nec proinde pecuniã percussam pluris esse quàm massam, ex qua conflata est, nec quicquam deductione eorum sumptuum fieri contra publicam legem & utilitatem, si modo in moneta æstimãda honestus servetur modus, ita ut materia & sumptus monetales valori numismatis prorsus congruãt,

nec valor excedat, quoniã excessus istiusmodi æstimationis solum officiat, ut moneta illa apud diversos populos diversimodè æstimetur, nec ab omnibus in uniformi valore recipiatur, sed propter excessum æstimationis ultra materiam monetæ, & sumptus pro impressione formæ ejusdem aut prorsus repudietur, vel in valore impostitio mutetur & diminuatur. [Quanquam plerique mediam viam ingressi, statuant, Principes deducendo expensas monetales modicum quidem lucrum recipere posse, sed lucrũ illud longè modicũ eosdem nimis, quod solent, excedere non debere, *ut ex Deciano tradit Aleman. d. consult.* 8. *q. princ.* 1. *pag.* 389. *vers. Tiber. Decian.*]

f) Veluti inprimis in Imperio Romano-Germanico videre est, ubi in Constitutionibus Imperii singulis monetarum speciebus, non valor solùm certus, sed etiam certa liga, quantum videlicet auri vel argenti puri in sese continere debeãt, præscripta est, *puta Frideric. III. Imperator, in Constitut. Francofurt. de Anno* 1442. §. item wann auch dem Heyligen / *Carol. V. Imperat. in Constitut. Augustan.* §. nemlich als sich bißhero / ꝛc. *Ferdinand. I. Imperat. in edict. monetar. de Anno* 1559. *Maximil. II. Imperat. in Constitut. Imper. August. de Anno* 1566. *& Recess. Spirens. de Anno* 1570. Cujusmodi ligam monetariam in Imperio Romano præscriptam omnes Status monetales nullo excepto omninò observare tenentur, *Constitut. Carol. V. Imp. Norinb. de anno* 1524. §. dergleichen hat der Müntz / ꝛc. *d. monetar. edict. Ferdinand. I Imper. de anno* 1559. *in princ.* §. demnach vns dann / *ibi:* nach vielfältiger angewenter Mühe vnd Fleiß / vns einer gemeynen durchgehenden Müntzordnung / wie die hinführo im gantzen Reich Teutscher Nation / von männiglich gehalten werden soll / vereiniget / endlich verglichen vnd entschlossen / auff Maß vnd Gestalt / wie hernach folgt / *& circa fin. istius Ordinat.* §. were es auch sach / ꝛc. *&* §. *seq.* wo aber jemands / *Rener. Budel. de renumar. lib.* 1. *cap.* 19. *hinc inde, Henning. Arnisæ. de jur. b. majestat. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 9. *circa fin.*

g) Ita ex marca Coloniense 16. lotonum conflari possunt aurei Rhenenses 72. conjunctim in sese continentes 12. lotones 6. grana auri puri, atq; ita vilioris metalli lotones 3. grana duodecim, *Edicto monetar. Ferdinandi I. Imp. de an.* 1559. §. ferner die gülden Müntz / ita pariter ex marca Coloniense 24. caractorum conflari possunt ducati 67. quales in universum in sese cõtinere debent 23. caractos, 8. grana auri puri, atque ita vilioris metalli tantum grana quatuor, *d. Ordinat. monetar. de anno* 1559. §. ferner dieweil etliche Stände im Reich / ꝛc. præterea argenteas monetas quod attinet, ex marca Coloniense 16. lotonum conflari possunt thaleri Imperiales octo, conjunctim 14. lotones argenti puri, & 4. grana, atq; sic 1. lotonem, & 14. grana vilioris metalli seu cupri in sese continentes, *Recess. Imper. de anno* 1566. §. demnach haben wir vns mit jhnen / ꝛc. *&* §. nachdem dann die Thaler / ex eadem verò marca Coloniense 16. lotonum, floreni Imperiales cudi possunt $9\frac{1}{2}$. conjunctim 14. lotones, & 16. grana, atque ita 1. lotonem, & 2. grana cupri in sese continentes, *d. Ordinat. Ferdinandi I. Imper. de anno* 1559. §. zum ersten ein Stück daß ein Reichsgülden. Minorum verò monetarum ex marca Coloniense conflari

flari debent grossi Imperiales 108½. octo lotonum argenti puri, & octo lotonum cupri, *d. Ordinat. monetar. de anno* 1559. §. erstlich ein Reichsgroschen / rc. gemini cruciati, zween Creutzer 155¾. itidem octo lotonum argenti puri, & octo lotonum cupri, *d. Ordinat. monet. de anno* 1559. §. zum sechsten dreyssig Stück / rc. cruciati Creutzer 243½. sex lotonum 4. granorum argenti puri, & 9. lotonum, 14. granorum cupri, *d. Ordinat. de anno* 1559. §. zum siebenden / sechzig Stück. Quemadmodum etiam peningorum Rhenensium Suevicorum, seu Bavaricorum ex marca Coloniense 16. lotonum conflari debent 636. conjunctim in sese continentes 4. lotones argenti puri & 12. lotones cupri, vulgò vierlötig / *d. Ordin. monetar. de anno* 1559. §. Reinische / Beyerische vnnd Schwäbische / rc. Quod pari ratione de aliis etiam monetarum speciebus, quoad ligam Imperialem ab omnibus Statibus monetalibus observandum, ita cautum reperitur, *d. Ordinat. monetar. Ferdinandi I. Imper. de anno* 1559. *Rener. Budel. de re numar. lib.* 1. *c.* 19. [Confer de liga & pondere numorum egregiè differentem Anton. Hanffman. *de re monetar. resolut.* 22. *lit. d. in allegat.*]

Theorema IX.

Quemadmodum autem nemo ad proprium suum quaestum, sed ad salutem publicam & dignitatem Imperii monetam cudere potest a) *ita pariter nullus princeps aut superior sine justa & gravi causa* b) *vel sine consensu populi* c) *monetam mutare* d) *sive valorem justo majorem imponere* e) *multò minus aliis non subditis praejudicare potest* f) *Injustè verò & sui lucri causa monetam mutans* g) *mortaliter peccat* h) *& subditis omnia damna exinde perpessa refundere tenetur* i) *quod etiam cessante necessitate, ob quam moneta mutatio facta, faciendum est.* k)

a) Ita enim à principibus & quibuslibet superioribus moneta cudenda est, ut ab omni quaestu & commodo peculiari sint alieni: *Ordinat. Monetar. de Anno* 1559. *prop. fin.* §. ferner als sich auch erfunden thut / *Receß. Imper. de An.* 1570. §. als dann auch die Müntzgerechtigkeit. *Sixtin. de Regal. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 88. & 89. [Nam cum Princeps sit imago divinae majestatis: *Modestin. Pist. consil.* 9. *n.* 25. *vol.* 2. *D. Theodor.* Reinkinck *de Regim. Sec. & Eccles. lib.* 1. *clas.* 1. *c.* 2. *num.* 6. imò Deus in terris: *Psalm.* 82. *v.* 1. *Cardin. Tusch. pract. conclus.* 35. *verb. Imperator*, & imaginem suam monetis plerunque imprimi sinat; profectò ipsi nimis turpe & detestabile fuerit, fraudem committere in eo, quod in alio turpissimâ morte deberet punire, *ut ex Keckerm. in terminis loquitur D.* Reinkinck *de retract. consanguinit. quaest.* 6. *n.* 289. praesertim cum cura monetae ad ipsum Imperatorem principemque spectet. *Carpzov. in capitulat. c.* 8. *num.* 13. *Besold. de jurib. majestat. fol.* 201. *n.* 6. *Webner. in Symphorem. Gylman. tom.* 6. *c.* 7. *num.* 4. *Benjamin. Leuber. in resolut. quaest. de reduct. monetal. pag.* 130. *sub vers. ex his arbitror.*] Quod Constantino Magno Imperatori Romano in tantum cordi fuit, jusque monetarium tam sanctum esse censuit, ut pro evitando monetarum abusu,

imaginem suam numis sub specie hominis DEUM invocantis insculpi fecerit, eamque ab omni fraude immunem esse voluerit: *Eusebius in vita Constantin. Magni Imperator. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 7. num. 50. & 51. Arnisæ, de jurib. majest. lib. 2. cap. 7. n. 5.* [Nec minus Justinianus tam belli, quam pacis tẽpore Imperator gloriosissimus, quò suam in Christianâ religione constantiam, simulq; illibatam in re monetariâ fidem contestaretur, in numis suis aureis imaginem Christi cum cruce excudisse fertur, hâc inscriptione: JESUS CHRISTUS REX REGNANTIUM. *Nicol. Reusner. clas. 2. Symb. Imp. 26. pag. 134. ad fin. & pag. seq.* Prætereo simile Fl. Heraclii Imperatoris fortissimi post reportatam à Cosroe Persarum Rege victoriam & pium laudabileque planè institutum, quod nempe numisma sub imagine sui edere voluerit cum triumphante curru, cujus limbo verba hæc insignita fuêre: SUPER ASPIDEM ET BASILISCUM AMBULAVI, ET CONCULCAVI LEONEM AC DRACONEM: sed in medio Græca hæc verba posita: δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ: ὅτι διέῤῥηξε σιδηρᾶς πύλας, καὶ ἠλευθέρωσε ἁγίαν βασιλείαν ἡρακλείου: id est, Gloria in excelsis Deo: quoniam ferreas disrupit portas, & sanctum liberavit regnum Heraclii, *ut est apud Cuspini. in Heraclio Cæsare.*]

b) Ob justam enim & probabilem causam à principe monetam mutari posse, eamque mutationem seu reprobationem etiam justam & licitam esse, tradunt *Dd. nostri ad cap. quantò. 18. ext. de jurejurand. Andr. de Isern. ad cap. unic. quæ sint Regal. in verb. Moneta, num. 12. & num. 13. Covarruv. de veter. Numism. collat. cap. 7. n. 6. versic. Mutatio verò pecuniæ. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 7. num. 57.* [Jacob Aleman. *in palæstra consult. 8. quæst. princip. 9. pag. 826. & seqq.* ubi tuetur, ob publicam utilitatem vel aliam causam legitimam principem etiam sine consensu Procerum vel Populi monetam mutare & abrogare posse: atque hanc sententiam in Principe & Magistratu, qui Majestate in Populum utitur, & absolutum tenet imperium, publica salute & utilitate imperante, potiorem videri, & secundum eam Johannem Sigismundum Electorem Brandeburgicum constitutionem de valore & numeratione monetę Regiomont. 4. Febr. an. 1612. populi Primatumq; consilio neglecto promulgasse.] Cujusmodi justæ causæ mutationis monetæ censentur: 1. reprobatio seu diminutio valoris monetarum adulterinarum, & quorumlibet debitorum numorum, quorum materia seu bonitas intrinseca earundem valori seu bonitati extrinsecæ non congruit, *Andr. de Isern. ad cap. unic. quæ sint Regal. in verb. moneta, n. 12. & ibidem etiam Matth. de Afflict. n. 9. Covarruv. d. cap. 7. de veter. numismat. collation. num. 6. §. mutatio verò pecuniæ, vers. nempe quia materia numismatum facta est vilior. &c. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 7. num. 60.* 2. item si materia monetarum propter defectum forte metallorum, aliamvè causam facta fuerit preciosior & carior, tum enim valor monetarum proportionaliter etiam augeri potest, *argumento l. 2. C. de veter. numism. potestat. Afflict. & Covarruv. modo dict. loc. Boer. decision. 327. circ. med. num. 6. Anton. Faber de var. numor. debitor. solution. cap. 1. pag. mihi 7. in fin. Sixt. de rega. c. 7. n. 61.* item 3. si summa & inevitabilis necessitas aliquarem monetæ mutationẽ efflagitet, qualis

lis quamdiu durat lege carere dicitur: *l. un. §. 1. versic. sane si qua, ff. de offic. consul.* actumque solet reddere licitum, qui alias esset illicitus: *cap. quod non est. 4. de Reg. jur. antiq. l. 1. & l. 2. C. de Patr. qui filios suos distrax. l. 2. §. cum in eadem. 2. ff. Ad L. Rhod. de jact.* ejusdemque causa semper excepta censetur, *l. alienationes, 13. ff. Famil. hercisc und. l. pater filium, 38. in prin. ff. de leg. 3. l. 1. ff. de feud. dotal. l. ut generatim, 11. §. quoties 2. ff. de muner. & honorib. Guid. Pap. & Dd. ad d. cap. Quantò. 18. ext. de jurejurand. Andr. de Isern. in verb. moneta, num. 13. & Matth. de Afflict. num. 9. versic. item potest Princeps. ad cap. unic. quæ sint Regal. 2. feudor. 55. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 7. num. 62. 63. & seqq. usq; ad num. 70. ubi ex Andr. de Isern. & aliis subjicit,* bellum etiam pro defensione Reipublicæ suscipiendum talibus necessitatis casibus accenseri, eodemque durante tali necessitate urgente, tam ex viliori materia monetam cudi, quam probam etiam monetam in valore impositio augeri posse. [*Bocer. in tr. de jure monet. cap. 3. n. 15. ubi similiter in specie de bello & redemptione Principis.* 4. Si videat Imperator numismata Imp. aurea vel argentea extra fines Germaniæ transportari, quod constitutionibus Imp. vetitum, tunc enim liberum est Imperatori bonitatem veteris numismatis mutare, & deteriores numos conflari curare, quò cupidini inhiandi bonæ Imperiali monetæ exteris præripiatur, statuente Bocero *de jur monet. d. c. 3. nu. 16. 17. ubi autoritatem Covarruv. in lib. de vet. numism. collat. c. 7. num. 5. in fin. in id adducit.* Vel denique 5. si metalli bonitate (quod raro fit) æstimationem monetæ superante usuveniat, quosdam aurifabros vel monetarios ejusmodi pretiosam monetam undique colligere, ac cum suo commodo vel vasa inde conficere, vel deteriores numos cudere, censente Bocero *dict. cap. 3. num. 17. vers. Adhac mutandi.*]

c) Quando enim monetarum origo juris gentium sit, *argumento l. 1. & ibi Bartol. ff. de contrah. Emption. Pinell. ad rubric. C. de Rescind. vendition. cap. 1. per tot.* & mutatione pecuniæ populo grave præjudiciũ inferatur. *Carol. Molina. de usur. & fruct. q. 100. num. 793. ubi ait:* Omnium fraudationum & cauponationum monetæ, nulla tetrior & execrabilior est, quàm cum moneta semel probata & expensa in totum vel in parte reprobatur, in cursu seu indicatura, tunc enim nonsolum publica fides & mensura abrumpitur, sed etiam furtum manifestum non in unum aut alterum, sed in omnes committitur; ad monetarum utique mutationem seu reprobationem requisitio & consensus populi requiretur, *cap. quantò. 18. ibi: irrequisito populo, & ibi etiam Panormitan. Felin. & alii ext. de jurejurand. Igneus in repetition. L. Necessarios. §. non alias. part. 2. n. 299. ff. Ad SC. Syllanian. Menoch. de arbitrar. Iudic. quæstion. cas. 316. num. 47. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 7. n. 75. Henning. Arnisæ. de jur. Majestat. lib. 2. cap. 7. num. 5.* [Licet quando Imperator monetam legitimam mutare vult, consensum Principum, Septemvirorum, cæterorumq; Imp. Primorum, qui majorem populi Romani partem repræsentant, adhibere sufficiat, ut singulariter tenet Henric. Bocer. *in tract. de jure monet. cap. 3. num. 19. vers. deniq; Imperatorem, Iohan. Guid. Volaterran. in tract. de miner. lib. lib. 3. tit. 9. num. 49.*] Hujusmodi verò populi consensu, utpote cui in mutatione monetæ præjudicium fit, interposito, eadem justa

sta

sta esse censetur, & illud ipsum, quod aliàs esset illicitum, fit licitum, tum quod contraria contrariorum sunt consequentia, *arg. l. 1. in princ. ibi: hujus rei, ff. de offic. ejus cui mandat. est jurisdict. cap. cum Apostolica, 7. in fin. de his, quæ fiunt à prælat. sine consens. capit.* tum etiam quod cuivis favori pro sese introducto renunciare liceat, *l. postquam, 4. l. si quis in conscribendo, 29. C. de pact. can. quam periculosum, 8. caus. 7. quæst. 1. Iohan. Andr. Panormitan. Anchoran. & alii ad d. c. quantò, ext. de jurejur. Martin. Laudens. in tract. de monet, quæst. 8. Covarruv. d. cap. 7. num. 6. §. mutatio verò pecuniæ, Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 23. num. 32. Petr. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 7. num. 76. 77. 78. & seqq. latè Prosper. Farinac. Oper. crimin. part. 5. quæst. 115. inspect. 1. n. 63, & 64.* [At enim vitiosæ monetæ mutationem & reprobationem, licet Princeps juramento, eam se non inducturum, cõfirmaverit, eundem solum licitè vel sine consensu populi suscipere posse & debere, tradunt plerique, quos refert & sequitur Bocer *de jur. monet. cap. 3. n. 19.*]

d) Pro Principum enim libidine, sine justa causa & sine populi consensu mutatione monetæ factâ, ea prorsus injusta & illicita est, *cap. quanto. 18. ext. jurejurand.* ubi Pontifex Romanus statuit, ne jurejurando quidem actum firmari posse, quo legitima moneta reprobatur vel mutatur, *Bellug. in Spec. Principum, rubric. 36. §. Grave damnum, num. 10. in fin. Carol. Molinæus de usur. & fructib. quæst. 110. num. 794. §. non nego quin quandoque &c. Covarruv. de veter. numismat, collation. cap. 7. num. 6. §. quod si mutatio monetæ fuit absque justa causa &c. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 7. num. 54. 55. & 56.* [*Henric. Bocer. in tr. de jur. monet. cap. 3 n. 13. & seq. Frideric. Mart. in tr. de jur. censu. c. 5. n. 145.*]

e) Monetæ enim bonitas intrinseca cum extrinseca congruere debet, nec princeps, qui juri gentium obligatur, aliis nõ subditis præjudicare, & constitutione sua nudo valore impositito efficere potest, ut præter sumptus monetales numus publicè & perpetuo plus valeat, quam materiæ seu metalli in eo continetur, *argumento cap. quanto. extra. de jurejurand. l. 1. in princ. ibi: publica & perpetua æstimatio &c. ff. de contrah emption. Deuteron. cap. 25. vers. 13. 14. & 15. junct. §. sed naturalia, pen. Instit. de jur. Nat. Gent. & Civ. Roman. capit. 3. vers. 8. canon. 1. distinct. 14. Hostiens. in capit. quanto. num. 3. in fin. Iohann. Andr. num. 4 in fin. Panormitan. n. 11. in fin. ext. de jurejurand. Decian. in tract. criminal. lib. 3. cap. 23. num. 30. Prosp. Farinac. oper. criminal part. 5. quæst. 115. inspection. 1. num. 66. Carol. Molina. in tractat. de usur. & fructib. quæst. 100. num. 791. 792. 793. Anton. Faber de variis numor. debitor. solution. cap. 18. pag. 260. cap. 21. pag. 284. c. 22. pag. 229. & 300.*

f) Princeps enim monetam debilitans, injustè mutans, eive valorem impostitium justo majorem imponens istiusmodi valor nõ verè publicus & omnium gentium communis, uti in *l. 1. in princ. ff. de contrah. empt.* requiritur, sed privatus potius seu respectu tantum subditorum istiusmodi Principis mutantis publicus est, & alios populos, qui istiusmodi numos ex intrinseca eorundem bonitate æstimant, non obligat, *Iohan. Faber in Auth. hoc nisi, C. de solut. Anton. Faber de var. numor. debitor. solut. cap. 1. pag. mihi 16. 17. 18. & seqq. Bald. in d. cap. quantò. 18. ext. de jurejurand. ubi ait*: Auctoritas Characteris & impo-„ stitius valor non est omnibus commu-„ nis, sed illis tantùm, qui sunt sub eodem Im-

„ Imperio, & parere tenentur, non autem ligat exteros, qui non tenentur recipere monetam, nisi secundum qualitatem materiæ, quæ ligat omnes *&c.* Quod etiam obtinet, licet consensus populi istius principis in mutatione illa monetæ intervenerit, utpote qui consensu suo sibi tantùm, non verò aliis populis, quorũ omnium ad uniformem monetæ valorem consensus requiritur, præjudicare potuit, *argumento l. fin. ff. de jurisd. omn. judic. Panormitan. in d. cap. quanto. 18. n. 11. ext. de jurejurand. Carol. Molinæ. de usur. & fructib. q. 92. num. 695. Martin. Laudens. de monet. quæst. 8. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 7. n. 81. Budel. de re numar. lib. 2. c. 17. num. 15. & seqq.* [Siquidem moneta, à Principe quolibet recenter introducta, ita demum per orbem volitat, & cursum ubiq; locorum meretur permanentem, si valor ejus impositirius bonitati interiori exaptè congruat, & legitimè respondeat, dictitante hoc jure gentium, seu, ut ferè dixero, ipsâ lege naturæ, à quâ, quæ operandi vim sortiuntur, eandem in omnibus æqualiter servant, *D.* Reinkinck *de retr. consang. q. 6. nu. 161.* Wilhelm. *Anton. de rescript. morator. conclus. 22. n. 13.* Quod si verò moneta interiori illâ substantiâ destituatur, expeditum ubiq; cursum habere non videtur, sed magis est, eam tunc ex mero imperio & jurisdictione, quæ subditos non transcendit, civili quadam ratione derivatam & statuminatam intelligi, proindeque solum in virtute id habere, quod in charactere primâ fronte insinuatur. Imò periclitari potest, ne quidem subditos principum ejusmodi monetam invehentium recipere teneri: Dann je kein Obrigkeit jhre Unterthanen / wil geschweigen Frembde / so mit jhnen ex jure gentium gehandelt / zu leichter oder hochgesteigerter Müntz præter & contra rerum naturam verbinden mag. Nihil enim hoc aliud esset, quam novarum Tabularum foriq; cedendi novus modus, &c. *ut eleganter respondit Besold cons. 61. n. 11. part. 2.*]

g) Puta si Princeps monetam jam cusam, seu antiquam probæ materiæ, justiq; ponderis diminuat, ac eam deterioratam vice præcedentis pari valore cum probis antiquis non diminutis monetis expendi faciat, secundum *Innocent. in d. cap. quantò. 18. in princ. Hostiens. n. 3. in verbo legitimo pondere, Iohann Andr. num. 4. in eod. verb. legitimo pondere. Anton. de Butr. num. 10. Panormitan. num. 11. ext. de jurejurand. Prosp Farinac. oper. criminal. part. 5. quæst. 115. inspection 1. n. 62. & 65. Alb. Brun. de augment. & diminut. monet. præsuppos. 1. num.* 4. vel quando lucri sui causa monetam novam debilitatam cudit, eamque in uniformi valore cum antiqua proba seu majoris ponderis melioris que bonitatis intrinsecę expendi facit: *Hostiens. d. cap. quantò, num. 3. in fin. versic. per illos etiam, ext. de jurejur. & ibid. etiam Iohann. Andr. num. 4. vers. fraudatur etiam, Anton. de Butr. n. 10. Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 7. cap. 23. num. 30. Prosper. Farinac. oper. crimin. part. 5. quæst. 115. n. 65.* vel quando sui lucri causa probam antiquã monetam prorsus reprobat, eamque conflatam postea cõvertit, conflando ex ea monetam minoris bonitatis intrinsecæ seu ponderis, veteri tamen conversæ æquivalentem: *Hostiens. in d. cap. quantò. num. 3. in fin. versic. vel quando bonam, & ibidem etiam Iohan. Andr. col. 2. num. 4. in fin. vers. item quando bonam, Anton. de Butr. num. 10. versic. item quando bonam. Imol. nu. 11. ext. de jurejurand. Decian. d. tract.*

tract.criminal.lib.7.cap.23.num.30.Prosper. Farinac.d.quæst.115.n.66, vel denique monetas antiquas grossas melioris ligæ seu materiæ & ponderis converti faciat in minutas deteriores ære magis contaminatas, *Decian.d.tract.criminal.tom.2.lib.7.c. 23.num.36. Prosper. Farinac.oper.criminal.d. part.5.q.115.inspect.1.n.67.*

h) Quodlibet enim crimen falsi, à quocunque etiam committatur, octavo Decalogi præcepto repugnat, & in jure divino quælibet falsa mensura est prohibita. *Deuteronom. cap.25. vers.14.& 15. Hostiens. d. cap.quantò. n.3. in fin. ext. de jurejur. & ibidem etiam Alexand. de Nevo num. 63. in fin. ubi ait*; principem monetas quovis modo depravantem peccare mortaliter, & teneri ad restitutionem. *Afflict. ad cap. unic.in verb.moneta,num. 5. quæ sint regalia. 2. feudor.56.Decian.in tract.crimin.tom.2.lib.7. cap.23.num.28.* ubi tradit, licet princeps monetas depravans non incurrat crimen læsæ majestatis, quod tamē de falso & rapina teneatur; *Prosp. Farinac. oper.criminal.part.5. quæst.115.inspect.1.n.56.& 57. Carol.Molin.de usur.& fructib.quæst.100.num. 793. Albert.Brun.de augment. & diminut.monet.præsuppos.1.num. 4.* ubi ait: Et cavere debent Principes quoad animam, qui mutant variationem & valorem præter & ultra legitimum modum & valorem, quia tenentur in conscientia ad interesse hominum, nisi de hominum consensu hoc faciant, &c.

*i) Can.1.in princ.ibi: non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, caus.14. quæst.6. Recess.Imper.de anno 1570.§.*Da aber jemand anderer Gestalt/etc. ibi: wo nun solche Sorten antreffen / confiscirt werden / was aber darvon außgeben / dessen Schaden vnnd Interesse / soll der Müntzherr dem Kreyß vnnd einem jeden Beschädigten/wie es auff den Probationtagen taxirt / ohn alles appelliren ohnverzüglich zuerstatten schüldig seyn/etc. *Hostiens.in cap.quantò,num. 3.in fin.ext. de jurejurand. Prosper. Farin.oper. crimin.part.5.inspect.1.num.56. Carol.Molin. de usur.& fructib. quæst.100. num. 794. Petr. Denais. de jur.Camer. lit. M. in verb. monetarium edictum, num.31. Matth. de Afflict. ad cap. un. quæ sint regal. in verb. moneta, num. 9.* ubi ait, quod Princeps monetam injustè mutans, ad Gehennam ædificet, & ad infernum accessurus sit, nisi tale damnum subditis præstet, & simul exclamat: Heu quot Principes damnantur propter hoc! *Sixtin.de regal.lib.2.cap.7.num. 69.& 70. Petr. Gregor.Tolossan.de Republ.lib.9.cap.1.n.31.*

k) Licet enim Princeps in casu necessitatis, & propter utilitatem publicam subditis, quandoq; etiam res suas auferre, atque ita monetam etiam mutare, seu valorem eidem justo majorem imponere possit; attamen subditis precia rerum ablatarum restitui, & damna propter mutationem monetæ perpessa, cessante necessitate, ipsis refundi debent, *argum. l. venditor, 13.§ si constat, 1.ff. commun. de servit. l. Lucius, 11. ff. de eviction. l. item si verberatum, 15. l. si quis rem, 1. ff. de rei vindicat. l. servi, 2. C. pro quib.caus.serv pro præm.libert.accip. Covarruv. de veter.numism. collation. cap. 7. num. 6. § mutatio verò pecuniæ, &c. in fin. And. de Isern. ad cap.un in verb. moneta, num. 13. & ibidem etiam Afflict. num. 10. quæ sint reg.in 2.feud.56. Sixtin.de regal. lib. 2. cap.7 num. 71. Nicol. Eberhard.in loc. à plenitud.potestat. num. 14. Fachin.lib.8.controv. cap.63. § quinta quæstio est, &c. Besold. part.2 cons.61. num.30. & seq. Gigas lib.1.tit.qual.& à quib.crimin. læs.majest.q. 34.n.*

34. *num.* 23. *Budel. de re numar. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 32. *Decian. in tract. crim. lib.* 7. *c.* 23. *nu.* 28. *Niell. disp. feud.* 11. *thes.* 5. *lit. a.*] Quod etiam ab Imperatoribus, Regibus & Principibus, qui tempore necessitatis, ex non proba materia monetas conflarunt, factitatum in historiarum monumentis est proditũ; veluti etiã Frider. II. Imperatorẽ omnibus iis, qui monetas ferreas, vel ex corio conflatas, quas tempore belli, instar notulæ & tesseræ debiti, in tali necessitatis casu percusserat, bello finito, aureũ Augustalem rependisse, atque ita damna restudisse refert *Additionator ad Chronic. Abbatis Habspergens. in hist. Friderici II. Imperatoris.* [*Somment. lib.* 2. *Histor. Neapol. c.* 8. quod etiam in obsidione Lugduni Batavorum, ubi chartacei, & in obsidione Viennensi, ubi plumbei numi percussi sunt, factum fuisse ex Budel. *de re num. d. cap.* 1. *num.* 21. & 34. narrat Besold. *p.* 2. *cons.* 61. *num.* 31. & refert Sabell. *in tr. de exempl. lib.* 6. Dominicum Michaelem Ducem Venetorum, anno 1124. ex corio frenorum cudi fecisse pecuniam, quam militibus tamdiu, donec justam reddiderit, solvit.]

THEOREMA X.

PRaterea uti olim Romani in amplissimo illo Imperio unam tantum officinam monetariam habuerunt, a) ***& Carolus Magnus Imperator in suo tantum palatio monetas cudi voluit,*** b) ***ita pariter in Imperio Romano Germanico iure monetario tot Statibus Imperii communicato, multitudo officinarum monetalium inhibita est,*** c) ***ita quidem ut illis tantum Statibus, qui auri vel argenti fodinas habent, peculiares officinas monetarias,*** d) ***reliquis verò Dominis monetalibus, qui tales fodinas non habent, in quovis circulo coniunctìm tres vel quatuor officinas monetarias ad summum habere liceat:*** e) ***quales antehac solummodo malleares fuerunt,* Hammermüntzen** f) ***hodie verò officinæ monetales torcularia* Truckmüntzen *etiam adinventæ sunt*** g) ***quas sub pœna amissionis regalis monetarii aliis locare vendere vel quocunque modo alienare inhibitum.*** h)

a) Junonis templum videlicet, in quo tres viri monetales, trium metallorum auri, argenti & æris numos sine ulla mistura publicè in conspectu omnium signabant, *juxta illud Ovidii:*

Æra quoq; in summa Iunonis templa moneta
Ex voto memorant facta Camille tuo.

Pompon. Lat. de Magistrat. Bodin. de Republ. lib. 6. *cap.* 3. §. *& quoniam ab iis qui auro argento &c. Sixtin. de regal. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 18.

b) Uti videre est *in capit. Caroli Magni de pac. c.* 18. *cujus verba ita se habent:* De falsis monetis, quia in diversis locis contra justitiam fiunt, volumus, ut nullo in alio loco moneta, nisi in palatio nostro fiat, *Bodin. de Republ. lib.* 6. *cap.* 3. §. *latè quoq; patebat Imperium Francorum, &c. Sixtin. de regal. lib.* 2. *cap.* 7. *nu.* 18. [*Hanffman. de re monetar. resolut.* 23. *sub alleg. lit. b.*] Quod, teste Ottone Frisingensi, in Ungaria quoque receptum fuit, in quo regno, nemini nisi Regi jus monetarium, vel telonium habere liceat, prout etiam Rex Angliæ sibi

jus monetarium tam proprium esse censet, ut non nisi in turri Londinensi monetas insigniri patiatur, *Carpzov. de Capitulat. Cæsar. cap. 8. num. 13. Henning. Arnisæ. de jurib. majestat. lib. 2. cap. 7. num. 4.* [Et jam olim etiam Æthelstanus ejusdem Angliæ Rex certa, in quibus jus illud exerceretur, designavit loca, quorum mentionem fecit Renat. Choppin. *de doman. lib. 2. tit. 7. num.* 18. Et deniq; Henricus II. edicto quodam monetario, Anno 1555. edito certas tantummodò civitates deputavit, quibus moneta percuteretur, & ne in aliis fieret, prohibuit, *referente Petr. Gregor. in syntagm. jur. univ. lib. 36. c. 2. nu. 24. ad fin.*]

c) Receß. Imper. de anno 1570. in quo ad inhibendam multiplicationem officinarum monetariarum hunc in modum dispositum est, §. vnnd dieweil man mit grossem Schaden erfahren / daß die Heckenmünzer hin vnnd wider in den Kreysen außgebreytet / gemeynem Besten hochschädlich / vnnd in einem jeden Orth / was daselbst gemünzt / den Kreyßverordneten vnd Wardein gleich zuerfahren beschwerlich / vnnd / darumb vnser heylsam Edict / in ihren Münzen wenig geachtet worden. Demnach auff rahtlich Ermessen gemeyner Stände / vnnd deren Abgesandten / sezen / ordnen vnd wollen wir / daß nunmehr keinem / so Münzgerechtigkeit hat / seines Gefallens sonderer Münzstätte / in den Kreysen anzurichten / zuerstatten. *Bodin. de Republ. lib. 6. cap. 3. § latè quoq; patebat, in fin.* ubi ait: Posteaquam verò plures officinas habere, & procul à Principe metalla miscere licuit, ratio quoque numaria depravari cœpit, *Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 7. nu.* 100. & 101.

tionibus imò legibus etiam ac privilegiis & statutis inesse censeatur & quamlibet dispositionem in sua pristina initia deducat, si nimirum res in eodem statu permanserit, *argumento l. cum quis. 38. in pr. ff. de solution. & liberat. l. quod servus 8. ff. de condict. ob caus. l. quaero. 54. §. inter locatorem. 1. ff. locat. Cacheran. decis. 91. num. 14. 15. & 16. Bocer. decis. 204. num. 21. latè Tiraq. in praefat. ad l. si unquam. 8. C. de revocand. donation.* [*pro quâ theoricâ quam plurimos autores selectissimos refert* Wilhelm. *Antonii de rescript. morator. conclus. 15. num. 30. & conclus. 37. n. 6. eandemque & in terminis moneta adplicat Iacob. Alem. in palaestr. consult. 8. quaest. princip. 2. rat. decid. 7. pag. 609. & sub rat. dub. 10. pag. 726.*] consequens utique est specierum creditarũ valore aucto vel diminuto ad tempus contractus respiciendum, & creditori non eundem numorum numerum, sed aestimationem tantùm eorundem, quanta fuerit tempore contractus in moneta usuali & currente tempore solutionis secundum valorẽ illius temporis reddendam esse; *argumento l. cum quid, 3. ff. de reb. credit. l. Rutilia polla. 69. ff. de contrah. empt. Carol. Molin. d. tr. de usur. & fruct. quaest. 92. nu. 710.*

5. Ratio dubitandi.

14 Quinta † dubitandi ratio ex loco ab absurdo deducitur, quod si enim debitor specierum numos acceptos praecisè in eadem specie & ad eundem numerum creditori solvere teneretur, tum hoc absurdi inde consequeretur, quod propter species creditas fortè nõ amplius extantes, aut conquisitu difficillimas, vel creditori pignus non habenti à debitore nunquam satisfieri posset, vel rursus creditor à debitore pignus habente idipsum nunquam luere seu recipere posset: qualis obligatio, commoda, beneficia & effectus legum seu juris impediens jure nostro vetita & illicita est: *l. nec ex praetorio. 27. ff. de Reg. Iur. junct. l. non dubium. 5. versic. nullum enim pactum, nullam conventionem, &c.* C. *de Legib. & l. Ius publicum. 38. ff. de pact.*

6. Ratio dubitandi.

Atque † idipsum pro dubitandi ratione sexta tantò magis, quoniam debitoribus, qui numos in specie acceperunt, adstrictis creditoribus suis, tales numorum species, quales acceperunt, praecisè reddere, istiusmodi commodum ad solos Judaeos & numularios, à quibus debitor magno cum damno debitas species pro alia proba pecunia consequi, iisdemque ob factam permutationem ultra sortem magnum quandoque praemium instar usurarum praestare tenetur, quales contractus onerosi & usurarii omni jure illiciti & probibiti sunt, *l. jubemus. 29. §. fin. C. de testament. cap. si adversus. 11. ext. de haeretic. Hippolyt. sing. 181. num. 4. And. Gail. lib. 2. observ. 4. n. 1. & 2.* 15

7. Ratio dubitandi.

Atque † hinc pro dubitandi ratione septima & ultima etiam factum est quod universali omnium penè locorum consuetudine receptum sit, licet obligationes super certis monetarum speciebus conceptae sint, puta ducatis Hungaricis, Aureis Rhenensibus, Thaleris Imperialibus vel Hispanicis, quod nihilominus tamen debitori liberum sit, vel aucto etiam numorum in specie creditorum valore in qualibet alia moneta proba & usuali seu tempore solutionis currente, creditorem ad tantam aestimationem, quan- 16

quantam tempore contractus accepit, solvere: [*Ioh. Guid. Volaterr. in tr. de mineral. lib. 3. tit. 9. sub num. 63 ad fin. vers. consuetudo tamen est, Iacob. Menoch. consil. 49. incip. perdifficilis est, num. 17. 18, 19. Curt. Sen. in tr. de monet. quæst. 9. Sigismund. Scacc. in tract. de commerc. & camb. §. 2. glos. 5. num. 104.*] *Molin. de usur. & fruct. quæst. 92. num. 702. versic. Undecimo quia supponitur consuetudo, ubi de hac cōsuetudine attestantes, refert. Br. in l. Paulus. col. 1. & ibi etiam Imol. ff. de solution. & liberation. Item Brun. in l. 1. in fin. ff. de aur. & argent. legat. Bl. in l. si quis arg. 35. in princ. C. de donat. Panormitan. in cap. quantò, 18. ext. num. 19. de jurejur. & complures alios, quos etiam sequitur Zach.* Geitzkoffler in seinem außführlichen / wolgegründen Müntzbedencken / *pag. mihi, 29. §.* So ist offtermahlen *& §§. seqq.* ubi tradit in Gallia & quibuslibet bene constitutis regnis, contractus super certis numorum speciebus, eò quòd per istiusmodi obligationes, quælibet rerum caritas & omnis lues invecta sit, prohibitos, & contractus super quantitatibus genericis tantùm & summis collectivis puta libris, florenis permissos esse. Cujusmodi cōsuetudines cumprimis generales non minorem quam ipsæmet leges scriptę vigorem & auctoritatem in decidendis controversiis obtinent, *l. sed & ea, 35. & l. seq. 36. ff. de v.* [ac magis in specie quod etiam de jure communi pro una specie monetæ alia solvi possit, dummodo creditoris non intersit, neque inde deterior ipsius conditio efficiatur, tradit *Cardin. Seraph. Olivar. decis. 944. num. 1. part. 1. Hercul. Marescot. var. resol. lib. 1. c. 94. num. 171. Fachin. lib. 2. consil. 46. num. 16. Frider. Martini in tract. de jure cens. cap. 5. nu. 121. Hadrian. Gylman. lib. 2. decis. 16. num. 16. Iohan. Guid. Volaterran. in tr. de mineral. lib. 3. tit. 9. n. 63. Papiens. in prax. tit. 43. glos. 9. num. 7. Menoch. cons. 258. incip. etsi hâc de controversiâ, num. 6. 7. lib. 3. Gasp. Roderic. in tr. de ann. & menstr. reditib. lib. 2. quæst. 15. num. 93.*]

Verùm † hæc sententia de speciebus 17
numorum acceptis in specie non solvendis, uti magis singularis est, ita contraria opinio, quòd nimirum numis in specie & ad certum numerū in obligationem deductis, creditor non quamlibet aliam monetā vel probam etiam recipere, sed debitor easdem species & numerum, & non ad eandem summam seu æstimationem reddere teneatur, magis communis est, & lōge firmioribus nititur rationibus. Quam præter alios ab ipsis allegatis Dd. ex nostris tuentur *Br. in l. Paulus. ff. de solution. & liber. idem Br. Alexand. Aretin. & alii in l. 2. §. 1. ff. de reb. credit. Bald. in l. si quis argentum. in pr. C. de donation. Covarruv. de veter. numism. collation. cap. 7. §. 1. num. 1. conclus. 1. Zanger. de exception. part. 3. cap. 1. num. 167. & 168. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. proposit. 2. num. 10. & partit. seu declaration. 3. ejusdem propositiō.* ubi eleganter tradit, in hujusmodi specierum obligationibus, mutationem bonitatis extrinsecæ monetæ nō attendi, sed si valor specierum creditarum ad tempus cōtractus auctus fuerit, illud augmentum cedere commodo creditoris, sin diminutus, diminutionem etiam damno ejusdem. *Item limitat. 8. num. 11. Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 2. num. 5. & seqq. & inprimis cap. 15. per tot. Berlich. part. 2. conclus. pract. conclus. 36. num.* 40 ubi itidem tradit in hujusmodi obligationibus nimirum creditarū certarum specierum numorum, easdem præcisè reddi debere & augmentum &

L 3 decre-

decrementū valoris earundem ad commodum seu incommodum creditoris spectare, & quod augmentum & diminutio solùm in pecunia, nō etiam in corporibus locum inveniat, *l. quod dicitur. 5. ff. de impens. in rem. dotal. fact. Ernest. Cothman. vol. 1. consil. 34. num. 40. & seqq. ubi hanc quæstionē latius adhuc disputat & enucleat,* [de quâ etiam consulendus Theodor. Reinkingk *in tract. de retract. consanguin. quæst. 6. n. 331. & seqq.* ubi autóres, præjudicia & rationes citantur.]

Rationes decidendi.

18 Primo † enim pecuniam non tantùm secundùm quantitatem, æstimationem seu valorem, sed multoties etiam ut massam seu corpus & speciem in obligationem deduci, patet, *ex l. si is cui. 94. §. sin autem communes, 1. in fin. ibi: sive in pecunia non corpora cogitet sed quantitatem, ff. de solution. & liberation. juct. l. si pœna causa. 19. § si putem. 3. ff. de condict. indebit. l. sed etsi non. 10. ff. de acceptilat. l. si inter virum & uxorem, 21. C. de jur. dotium.* quibus textibus expressè & nominatim inter obligationem corporis seu speciei & quantitatis seu æstimationis distinguitur, & illud ipsum non solum in aliis rebus, sed in pecunia etiam fieri posse, *d. l. 94. §. 1. ff. de solution, & liberation. apertè & nominatim cautum est,* [*idem clarè affirmat. Henric. Bocer. in tract. de jure monetar. c. 2. nu. 87.*]

2. Ratio decidendi.

19 Deinde † essentia & substantia pecuniæ non solum in ejusdem æstimatione & valore consistit, & per eundem solum functionem recipit, sed ad substantiam ejus TRIA potissimum requiruntur. Primò proba & idonea materia, puta auri vel argenti, *l. 1. in pr. ibi: electa materia est & ibi etiam gloss. ff. de contrah. empt.* secundò justum & legitimum pondus, *d. l. 1 in princ. ibi: non tam ex substantia præbet, quam ex quantitate. ff. eod.* Tertiò forma publica seu pecuniæ publicè impositus valor & character, *d. l. 1. in pr. ibi: eaque materia forma publica percussa, ff. de contrah. emption. Matth. Coler. de process. execut. part. 1 cap. 10. num. 8. Albert. Brun. de augm. & diminut: monet. part. 1. præsupposition. 1. num. 17. Rener. Budel. de re numar. lib. 1. cap. 1. num. 43. item cap. 6. n. 7. & num. 9.* [*Fabian. de Monte in tract. de empt. vendit. quæst. princ. 5. num. 2. & 6. Aleman. in palæstr. consult. 8. quæst. princ. 1. in proleg. pag. 379. & seqq. D. Theodor.* Reinkingk *in tract. de retract. consanguin. quæst. 6. conclus. 2. num. 153. Bocer. de jur. monet. cap. 2. n. 1. & 85. Hiller. in resp. jur. de re monet. vers. imò talis. assertio. Iohan. Guid. Volaterran. in tract. de mineral. lib. 3. tit. 15. num. 39. vers. vigesimò quæro. Prator. in cent. canon. polit. disp. 3. c. 20. Besold. in thesaur. pract. lit. M. num. 60. verb.* Müntz 2c. *pag. 569. vers. tria moneta & seq.*]

3. Ratio decidendi.

Quando † igitur pro decidendi ratione Tertia de contractus mutui natura sit, ut unum pro alio reddi non possit *l. mutuum, 2. §. mutui datio, 1. ff. de reb. credit. l. eum à quo, 16. C. de solution. l. promissor. 71. §. fin. ff. de constit. pecun.* Consequens utique est, creditorem certarum specierū non compelli posse, contra suam voluntatem nummos mutuò datos in alia & diversa materia, qualitate, quantitate, quàm eosdem exposuit, recipere. 20

4. Ratio decidendi.

Atque idipsum † pro decidendi ratione Quarta tanto magis, quoniam successu temporis, monetæ frequentius deteriorari quàm meliorari solent, & tempore so- 21

re solutionis numi usuales pleruñq; deteriores sunt iis, qui crediti & debitori numerati sunt, ut proinde creditor propter periculum mutatæ qualitatis seu bonitatis intrinsecæ monetæ usualis, tempore solutionis numos creditos in alia forma quàm credidit, recipere non teneatur, eò quòd mutuum non solùm in eadem quantitate, sed etiam in eadem qualitate & bonitate reddi oporteat, *l. cum quid mutuum, 3. ibi: in eadem bonitate, ff. de reb. credit*; quod in specie etiam de numis proditum habetur in *l. 1. ibi: dummodo & debiti ponderis sint & speciei proba. C. de veter. numism. potest. lib. 11.* [*Iacob. Menoch. cons. 49. num. 44. lib. 1.*]

5. Ratio decidendi.

22 Quinto † sententia de numis in specie creditis, in iisdem speciebus & ad eundem numerum solvendis, etiam hac ratione confirmatur, quod creditor numos creditos in alia forma, quam crediti sunt recipere non teneatur, si ejusdem intersit, & aliquod damnum exinde passurus sit, *l. debitorem. 99. ff. de solut. & liberat.* [*Ioh. Guid. Volaterran. in tract. de mineral. lib. 3. tit. 9. num. 63.*] At verò creditore obstricto, aliam monetam usualem pro numis creditis, puta minutam pro grossa, ære contaminatam, pro aurea vel argentea, imo pro aurea argenteam vel contra accipere, is exinde facilè damnum sentire posset. Moneta enim minuta transportationi & numerationi non tam accommoda est atque grossa, uti etiam ære contaminata moneta plerunque non ubivis locorum recipitur: argentea verò vel aurea moneta creditori, qui talem etiam debet, & eadem pignus redimere tenetur, aut una præ alia, aut hæc, quam credidit, usibus ipsius magis inservire potest. *Coler. de process. executiv. part. 1. c. 10. num. 9.* Ergò creditor invitus pro speciebus creditis, alios numos usuales seu deteriores & usibus ejus non tam accommodos recipere non tenetur. Quod usque † adeò 23 verum est, ut licet alias solius externæ formæ & characteris mutatio, modò alia sive nova moneta ejusdem materiæ & ponderis sit, (puta Thaleri Imperiales Saxonici cum aliis Thaleris Imper. ejusdem ligæ & ponderis) parum attendatur, *argumento l. si quis argentum, 34. C. de donation. l. 1. in fin. & l. Titia, 35. ff. de aur. & arg. legat. Dd. in l. Paulus, ff. de solution. & liberat.* [*Volaterran. d. lib. 3. tit. 9. sub num. 63. ibi: aut vult restituere in materiá eádem,*] attamen si creditoris intersit monetam ejus characteris & imaginis, uti credidit præ alia accipere, puta Thaleros Joachimicos præ aliis Saxonicis, aut Saxonicos Imperiales pro Bavaricis, debitor etiam ejusdem imaginis & characteris Thaleros, quales accepit, puta Jochamicos pro Saxonicis, Saxonicos pro Bavaricis creditori solvere, vel in alia moneta eidē interesse præstare teneatur, *argumento d. l. Paulus, 101. ff. de solution. & liberation. Anton. de Butr. in c. quantò. 18. ext de jurejur. Martin. Garrat. Laudens. de monet. n. 16.*

6. Ratio dubitandi.

Quæ sententia † pro decidendi ratione Sexta non solùm precedit, si in instrumento obligationis contineatur, certum numerum Aureorum & Thalerorum creditum & numeratum esse, wann einer eine gewisse Anzahl an Gold vnd Thalern / Stück vor Stück dargelegt / vnnd würcklich außgezahlet hat / quo casu certus ille Thalerorum vel Aureorum numerus 24

merus præcisè creditori reddendus est, commodumque augmenti & diminutionis valoris ad eum solum etiam spectat, *Cardin. Tusch. tom. 5. pr. concl. lit. M. conclus. 249. num. 39. 46. Berlich. lib. 2. pr. concl. concl. 36. n 25. & seqq.* [*Iacob. Alem. in palæstr. consult. jur. illustr. consil. 8. quæst. princ. 3. per tot. fol. 756. & seqq.*] sed etiam si verborum illorum, puta Thalerorũ Imperialium in specie & ad numerum creditorum, daß er Reichßthaler in specie Stück vor Stück außgeleget hat / expressa mentio facta nõ sit, & solum in instrumento contineatur, quod creditor probos, integros, justi ponderis & valoris Thaleros, quorum quilibet binas uncias habet, debitori mutuaverit, harte Thaler gut an Schrot vnd Korn vnd vnverschlagen / deren jeglichs stück 2. Loht Silber wiget / dem Schuldiger dargezehlt vnd außgelegt habe. *Berlich. d. conclus. 36. num. 28.* ubi etiam Responsum JCtorum Lipsiensium ad hunc casum pertinens allegat, [atque eodem modo Scabinos Jenenses civi cuidam Halensi respondisse refert Quirin. Cubach. *cent. 2. dec. 7. quæst. 7. pag. 490. & seq.*]

25 Sententia † verò hæc in primis etiam locum habet, si inter creditorem & debitorem ultra factam numerationem numorum in specie & ad numerũ simul & nominatim convenerit, de iisdem in specie ubi crediti sunt, restituendis, qualis pactionis adjectio non inutilis esse, sed idipsum vel inprimis operari debet, ut numi crediti restituantur in eadem specie, in qua numerati sunt, cum ante omnia nos intueri & sequi oporteat, quod actũ & conventum est, *argumento l. contractus, 23. & l. semper in stipulationibus. 34. ff. de R. Iur. junct. l. in traditionibus, 48. ff. de pact. Zang. d. tract. de exception. part. 3. cap. 1. num. 172. Ernest. Cothm. cons. 36. num. 80. & 81. vol. 1.* [*eandem sententiam in materiâ retractus tuetur Paul. Matth. Wehner. observat. pract. lit. G. verb.* Goldgülden / *pag. 254. vers. an in retractu, ibi: nisi inter venditorem & emptorem. D.* Reinkingk *de retract. consanguin. d. q. 6. n. 331. & seqq. ubi plures autores & præjudicia vide.*]

Cujusmodi † obligationis seu pactionis super speciebus concepta notabilis formula etiam est, si in instrumento obligationis non solum contineatur, quod creditor debitori certũ numerum Thalerorum Imperialium justi ponderis & valoris mutuaverit, sed creditor etiam in specie totidem Thaleros Imperiales probos, integros, justi ponderis & valoris restituere promiserit, daß der Glaubiger dem Schuldiger eine gewisse Anzahl Reichsthaler Stück vor Stück / Guth an Schrot vnd Korn / wichtig vnnd vnverschlagen dargeleget / vnnd der Schuldiger sich ferner vnnd hinwiderumb verschrieben / solche Anzahl Reichsthaler Stück vor Stück / Guth an Schrot vnd Korn / mit gebührendem Danck zu bezahlen / *Reinh. Ros. in addit. ad Dan. Moller. Constit. Saxon. part. 2. Constitut. 28. num. 2. sub fin. lit. A. in med. Berlich. d. concl. 36. part. 2. num. 29.* 26

Talis † itidem obligatio in specie esse censetur, si creditor thaleros Imperiales æstimatos quidem crediderit, sed tamen interim respectum ad bonitatem intrinsecam habuerit; puta si debitori 100. Thaleri Imp. ad 24. groß. quidem sint crediti, ea tamen adjecta lege & conditione, ut creditum illud in Thaler. Imper. integris justi ponderis & valoris restituatur, tum enim illa æstimatio demonstrationis non dispositionis causâ adjecta. 27

adjecta esse censetur, & debitor acceptos Thaleros in specie restituere tenetur, *Br. in d. l. Paulus, num. 10. vers. sed quod si, & ibi Imol. num. 2 ff. de solut. & liberat. Zanger. de except. part. 3. cap 1. nu. 185. & seqq. ubi etiam responsum ICtorum Witenbergensium subjicit, Berlich. pract. conclus. part 2. conclus. 36. n. 40.* Quod etiam obtinet, etsi in initio talis obligationis creditæ species taxatæ sint, iisdemq; certus adjectus sit valor; debitor verò citra adjectionem ejusmodi valoris nihilominus simpliciter promiserit, sese totidē Thaleros Imperiales probos, justi ponderis & valoris creditori restituturum esse, tum enim itidem initialis istiusmodi valoris adjectio non dispositionis, sed demonstrationis causa facta, & illud ipsum, quod promissum est, species nempè numorum, & non æstimatio eorundem in obligationem deducta esse censetur, *arg. l. si inter virum & uxorem, 21. C. de jur. dot. Berlich. pract. conclus. part. 2. conclus. 36. num. 49. & seqq.* ubi hanc quæstionem in utramq; partem disputat, additis Responsis JCtorum Lipsiens. & Wittenbergens. eandemque sententiam aliquot rationibus propugnat *Budel. lib. 2. de re numar. cap. 9.* ubi tradit: Si creditor 1000. Thaleros Philippicos tempore contractus 52. albos æstimatos acceperit, & iterum promiserat, sese singulis annis 50. tales Thaleros Philippicos pro pensione, tempore etiam solutionis 1000. istiusmodi Thalerorum soluturum esse, tum aucto etiam valore illorum Thalerorum debitorē nihilominus istiusmodi 1000. Thaleros Philippicos in specie creditori reddere teneri, *Ernest. Cothman. d. cons. 36. num. 335. vol. 1.* Quin etiam prædicta opinio obtinet, & numi crediti ex obligatione super speciebus puta Ducatis, Aureis, Thaleris Imp. concepta, in specie etiam ad eundem numerum solvendi sunt, etsi enim in ea specialiter conventum sit, de pensionibus non in specie, sed in æstimatione, puta thaleris & florenis usualibus, in Wehrung/ Gülde oder gemeynen Thaler quotannis solvendis, eò quòd æstimatio ea non in sorte, sed in usuris tantum facta verisimiliter ostendat, contrahentes usuras tantum non ipsam sortem æstimare voluisse, & regulariter unius inclusio alterius censeatur exclusio, *arg. l. 1. vers. quæ simul, ff. de reg. jur. l. 14. l. 15. l. 61. ff. de LL. Aretin. cons. 48. n. 1. & seqq. Berlich. d. conclus. 36 num. 46. Cothman. d. cons. 36. num. 332. volum. 1.*

Resolutio rationum dubitandi.

28 Prima † ratio dubitandi, simpliciter negando antecedens, seu potius propositionem minorem, refellitur, siquidem uti ex obligatione super certis speciebus numorum concepta species debentur, & qui idipsum, quod sibi debetur, petit, jus tantum suum exequitur, nec cuiquam injuriam infert, *l. injuriarum, 17. §. is qui, 1. ff. de injur. l. nullus, 55. l. factum, 155. §. 1. ibi: non videtur vim facere, qui suo jure utitur, & ordinaria actione experitur, ff. de reg. jur.* Ita pariter creditori invito pro pecunia in speciebus seu corporibus credita, utpote cujus substantia, juxta secundam decidendi rationem non in sola æstimatione, seu valore & charactere, sed simul etiam in bonitate materiæ, justoque ejusdem pondere consistit, etiam secundùm hæc tria functionem recipit, & proinde creditori alia cumprimis diversi ponderis, seu characteris moneta, maximè verò deterior, licet ejusdem sit æstimationis cum spe-

M ciebus

merus præcisè creditori reddendus est, commodumque augmenti & diminutionis valoris ad eum solum etiam spectat, *Cardin. Tusch. tom. 5. pr. concl. lit. M. conclus. 249. num. 39. 46. Berlich. lib. 2. pr. concl. concl. 36. n 25. & seqq.* [*Iacob. Alem. in palæstr. consult. jur. illustr. cons. 8. quæst. princ. 3. per tot. fol. 756. & seqq.*] sed etiamsi verborum illorum, puta Thalerorũ Imperialium in specie & ad numerum creditorum, daß er Reichßthaler in specie Stück vor Stück außgeleget hat / expressa mentio facta nõ sit, & solum in instrumento contineatur, quod creditor probos, integros, justi ponderis & valoris Thaleros, quorum quilibet binas uncias babet, debitori mutuaverit, harte Thaler gut an Schrot vnd Korn vnd vnverschlagen / deren jegliches stück 2. Loht Silber wiget / dem schuldiger dargezehlt vnd außgelegt habe. *Berlich. d. conclus. 36. num. 28.* ubi etiam Responsum JCtorum Lipsiensium ad hunc casum pertinens allegat, [atque eodem modo Scabinos Jenenses civi cuidam Halensi respondisse refert Quirin. Cubach. *cent. 2. dec. 7. quæst. 7. pag. 490. & seq.*]

25 Sententia † verò hæc in primis etiam locum habet, si inter creditorem & debitorem ultra factam numerationem numorum in specie & ad numerũ simul & nominatim convenerit, de iisdem in specie ubi crediti sunt, restituendis, qualis pactionis adjectio non inutilis esse, sed idipsum vel inprimis operari debet, ut numi crediti restituantur in eadem specie, in qua numerati sunt, cum ante omnia nos intueri & sequi oporteat, quod actũ & conventum est, *argumento l. contractus, 23. & l. semper in stipulationibus. 34. ff. de R. Iur. junct. l. in traditionibus, 48. ff. de pact. Zang. d. tract. de exception. part. 3. cap. 1. num. 172. Ernest. Cothm. cons. 36. num. 80. & 81. vol. 1.* [*eandem sententiam in materiâ retractus tuetur Paul. Matth.* Wehner. *observat. pract. lit. G. verb.* Goldgülden / *pag. 254. vers. an in retractu, ibi: nisi inter venditorem & emptorem. D.* Reinkingk *de retract. consanguin. d. q. 6. n. 331. & seqq. ubi plures autores & præjudicia vide.*]

Cujusmodi † obligationis seu pactionis super speciebus concepta notabilis formula etiam est, si in instrumento obligationis non solum contineatur, quod creditor debitori certũ numerum Thalerorum Imperialium justi ponderis & valoris mutuaverit, sed creditor etiam in specie totidem Thaleros Imperiales probos, integros, justi ponderis & valoris restituere promiserit, daß der Glaubiger dem Schuldiger eine gewisse Anzahl Reichsthaler Stück vor Stück / Guth an Schrot vnd Korn / wichtig vnnd vnverschlagen dargeleget / vnnd der Schuldiger sich ferner vnnd hinwiderumb verschrieben / solche Anzahl Reichsthaler Stück vor Stück / Guth an Schrot vnd Korn / mit gebührendem Danck zu bezahlen / *Reinh. Ros. in addit. ad Dan. Moller. Constit. Saxon. part. 2. Constitut. 28. num. 2. sub fin. lit. A. in med. Berlich. d. concl. 36. part. 2. num. 29.* 26

Talis † itidem obligatio in specie esse censetur, si creditor thaleros Imperiales æstimatos quidem crediderit, sed tamen interim respectum ad bonitatem intrinsecam habuerit; puta si debitori 100. Thaleri Imp. ad 24. groß. quidem sint crediti, ea tamen adjecta lege & conditione, ut creditum illud in Thaler. Imper. integris justi ponderis & valoris restituatur, tum enim illa æstimatio demonstrationis non dispositionis causâ adjecta. 27

adjecta esse censetur, & debitor acceptos Thaleros in specie restituere tenetur, *Br. in d. l. Paulus, num. 10. vers. sed quod si, & ibi Imol. num. 2 ff. de solut. & liberat. Zanger. de except. part. 3. cap 1. nu. 185. & seqq. ubi etiam responsum ICtorum Witenbergensium subjicit. Berlich. pract. conclus. part 2. conclus. 36. n. 40.* Quod etiam obtinet, etsi in initio talis obligationis creditæ species taxatæ sint, iisdemq; certus adjectus sit valor; debitor verò citra adjectionem ejusmodi valoris nihilominus simpliciter promiserit, sese totidē Thaleros Imperiales probos, justi ponderis & valoris creditori restituturum esse, tum enim itidem initialis istiusmodi valoris adjectio non dispositionis, sed demonstrationis causa facta, & illud ipsum, quod promissum est, species nempè numorum, & non æstimatio eorundem in obligationem deducta esse censetur, *arg. l. si inter virum & uxorem, 21. C. de jur. dot. Berlich. pract. conclus. part. 2. conclus. 36. num. 49. & seqq.* ubi hanc quæstionem in utramq; partem disputat, additis Responsis JCtorum Lipsiens. & Wittenbergens. eandemque sententiam aliquot rationibus propugnat *Budel. lib. 2. de re numar. cap. 9.* ubi tradit: Si creditor 1000. Thaleros Philippicos tempore contractus 52. albos æstimatos acceperit, & iterum promiserat, sese singulis annis 50. tales Thaleros Philippicos pro pensione, tempore etiam solutionis 1000. istiusmodi Thalerorum soluturum esse, tum aucto etiam valore illorum Thalerorum debitorē nihilominus istiusmodi 1000. Thaleros Philippicos in specie creditori reddere teneri, *Ernest. Cothman. d. cons. 36. num. 335. vol. 1.* Quin etiam prædicta opinio obtinet, & numi crediti ex obligatione super speciebus puta Ducatis, Aureis, Thaleris Imp. concepta, in specie etiam ad eundem numerum solvendi sunt, etsi enim in ea specialiter conventum sit, de pensionibus non in specie, sed in æstimatione, puta thaleris & florenis usualibus, in Wehrung / Gülde oder gemeynen Thaler quotannis solvendis, eò quòd æstimatio ea non in sorte, sed in usuris tantum facta verisimiliter ostendat, contrahentes usuras tantum non ipsam sortem æstimare voluisse, & regulariter unius inclusio alterius censeatur exclusio, *arg. l. 1. vers. quæ simul, ff. de reg. jur. l. 14. l. 15. l. 61. ff. de LL. Aretin. cons. 48. n. 1. & seqq. Berlich. d. conclus. 36 num. 46. Cothman. d. cons. 36. num. 332. volum. 1.*

Resolutio rationum dubitandi.

Prima † ratio dubitandi, simpliciter negando antecedens, seu potius propositionem minorem, refellitur, siquidem uti ex obligatione super certis speciebus numorum concepta species debentur, & qui idipsum, quod sibi debetur, petit, jus tantum suum exequitur, nec cuiquam injuriam infert, *l. injuriarum, 17. §. is qui, 1. ff. de injur. l. nullus, 55. l. factum, 155. §. 1. ibi: non videtur vim facere, qui suo jure utitur, & ordinaria actione experitur, ff. de reg. jur.* Ita pariter creditori invito pro pecunia in speciebus seu corporibus credita, utpote cujus substantia, juxta secundam decidendi rationem non in sola æstimatione, seu valore & charactere, sed simul etiam in bonitate materiæ, justoque ejusdem pondere consistit, etiam secundùm hæc tria functionem recipit, & proinde creditori alia cumprimis diversi ponderis, seu characteris moneta, maximè verò deterior, licet ejusdem sit æstimationis cum spe- 28

ciebus creditis, obtrudi nequit. *l. 2. §. mutui datio, 1. in fin.* [illegible] *invito creditore solvi non potest. ff. de reb. cred.* Unde consequens est, quod monetæ valor, seu æstimatio probam etiam materiam & pondus præsupponat, quæ in contrarium allegatis textibus non excluduntur, sed juncta & col ata cum iisdem, *l. 1. in princ. ff. de contrah. empt.* necessariò præsupponuntur, eò quòd creditoris plerumq; interfit, species probas utpote quæ ad quotidianum usum facilius expendi, ad negotiandum commodiùs exportari, aut in alios usus reservari possint, præcisè uti creditæ sunt recipere, *Iohan. Fab. in §. 1. num. 2. Inst. quib. mod. toll. oblig.*

2. *Resolution. Dubitandi ratio*

29 Ad secundam † dubitandi rationem respondetur, licet in allegatis legibus pecuniæ obligatio certam & uniformem ac perpetuam æstimationem habere dicatur; quod tamen id non absolutè, quasi pecuniæ valor prorsus, & in omne ævum uniformis sit, & nunquam mutetur, sed relatè intelligendum sit, respectu nimirum aliarum rerum, quibus non pecunia, sed potius per pecuniam eadem, seu omnes aliæ merces æstimantur, *d. l. 1. in pr. ibi: electa materia est, cujus publica ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subveniret. ff. de contrah. empt. & inprimis l. si ita fidejussorem, 24. ff. de fidejuss. & mandat. Aristot. lib. 5. Ethicor. cap. 5. Molin. de usur. & fruct. lib. quæst. 92. num. 694. vers. hinc de jure pecunia, &c.* Alioquin pecuniam & monetas contra primævam sui naturam cum magno Reipublicæ detrimento tam secundùm bonitatem intrinsecã, quàm extrinsecam subinde mutari ac variari, tam manifestum est, ut vel communi sensu etiam destitui videatur, qui idipsum negatum ivit; adeoque omnes penè æstimationes monetariæ inter Interpp. nostros controversiæ, ex mutatione bonitatis monetæ intrinsecæ & extrinsecæ exoriuntur, quá de re præter alios videri poterunt, *Andr. Kohl exercit. legal. cap. 18. & cap. 19. Ernest. Cothman. d. consil. 36 nu. 9. & seqq. Iohan. Fichard. cons. 28. n. 4. & seqq. vol. 1.*

3. *Resolut. dubit. ration.*

Tertia † dubitandi ratio simpliciter 30 negando refellitur & invertitur, siquidem debitore compulso ex obligatione super certis speciebus numorum concepta, species in obligationem deductas præcisè solvere, is nihilominus merum damnum non sentit, sed damnum & lucrum, pro eventuum varietate inter debitorem & creditorem æque communicatur, atque sic solutis speciebus in obligationem deductis nec plus nec minus quàm debetur, solutum esse censetur, nullaque inæqualitas aut injustitia committitur. Nam ut specierum creditarum valore aucto, creditor lucrum & debitor damnum sentit, ita vicissim valore specierum pecuniæ diminuto creditor damnum, debitor verò lucrum percipit, adeoque vicissitudinaria illa damni & lucri participatio; ex fortuita monetæ mutatione oriens, inter creditorem & debitorem, qui alias etiam credendo debitori benefecisse censetur, probè custoditur, *d. l. secundùm naturam, 10. ff. de Reg. Iur.*

4. *Resolut. dubit. ration.*

Quarta † dubitandi ratio diluitur, li- 31 cet clausula rebus sic stantibus omnibus stipulationibus & conventionibus tacitè inesse

inesse censeatur, quod tamen illud tum demum procedat, si de causa illa de novo emergente tempore dispositionis vel conventionis verisimiliter non fuerit cogitatum, sed illa inopinatò prorsus supervenerit, *argumento l. qui jure, 7. ff. de testam. militar. Roman. consil. 294. Alciat. Respons. 139. num. 4.* [*Marta Neapolitan. in tr. de clausul. part. 1. cap. 143. num. 4.*] alioquin si tempore dispositionis vel pactionis de causa illa, quæ futuro tempore accidit, verisimiliter cogitatũ fuit, (veluti hocce in casu obligatio super speciebus creditis, nullum alium in finem ita concipi solet, quàm ut subsecuta mutatione monetarum, sive secundum bonitatem intrinsecam sive extrinsecam, eâ mutatione non attentâ nihilominus eædem species restituantur) tum ob supervenientem mutationẽ, sive subsecutam novam causam obligatio seu dispositio non mutari potest, sed præcisè observanda est, *argumento d. l. 1. ff. de pact. junct. l. semper in stipulationibus, 34. ff. de Reg. Iur.* usque adeo, ut vel singula ejusdem verba attendi & aliquid operari oporteat, *Bl. in rubr. ff. de contrab. empt. q. 9. in pr. & cons. 213. n. 2. vol. 5.*

5. Resolut. ration. dubit.

32 Ad quintam † dubitandi rationem respondetur, quod obligatio super certis speciebus numorum concepta, nihilominus efficax sit, etsi species creditæ tempore solutionis non amplius extent.

1. Limitatio.

Tali namque casu & pro Limitatione prima hujusce conclusionis de numis in specie creditis, in specie etiam solvendis, quando species creditæ non amplius extant, seu quod perinde difficulter & non nisi magnis sumptibus conquiri possunt, *argumento l. in lege. 77.* ubi Javolenus non esse & non apparere inter sese æquiparat, *ff. de contrab. empt.* tum propter necessitatem defectus ejus vel difficillimæ cõquisitionis, alia pecunia in locum deficientium specierum pro dissolvenda obligatione surroganda est, & in alia monetæ specie usu recepta solutio fieri potest, eò quòd specie debita non extante, æstimatio in locum ejus surrogetur, *argumento l. non dubium, 14. §. ult. ff. de legat. 3. l. si servum, 91. §. fin. ff. de verb. oblig. l. si ex legat. 23. ff. eod. tit. Br. d. l. 2. §. mutui datio. nu. 21. & ibid. etiam Iason. num. 8. ff. de reb. credit. Myns. cent. 4. obs. 1. n. 4.* ita tamen ut solutio ista in alia moneta expediatur secundũ bonitatem intrinsecam numorum non extantium, qualis fuit tempore contractus, in dem Schrot vnd Korn/wie sie dargegeben vnd verschrieben worden / & præstita tanta æstimatione in moneta usuali, quãti moneta credita vetus non extans, seu bonitas ejusdem intrinseca, uti fuit tempore contractus per aliam monetam usualem tempore solutionis æstimari potest, *argumento l. fideicommissa, 11. §. si servo, 16. ff. de leg. 3. cap. olim. causam, 2. versic. postmodum, ext. de censib. Afflict. in cap. un. in verb. Monetæ, num. 10. quæ sint regal. 2. feud. 56. Panormit. in cap. quantò. 18. num. 120 ext. de jurejur.* [D. Reinkingk *in tr. de retract. consang. quæst. 16. num. 347. & seqq. usq; ad num. 355. ubi distinctè hanc rem enucleat. Iohan. Althus. lib. 2. Dicæolog. cap. 14. n. 51. Iohan. Wolfgang. Hiller. in resp. jur. de re monetar. vers.* Dann diesen vnd dergleichen Einwurffen / *in* *seqq. Iohan. Rudolph. Werner. in discurs. Acad. de mutat. monet. ejusq; solut. num. 39. vers. quid autem si in specie. Hercul. Marescot. var. resolut. lib. 1. c. 94. num. 10. Ioan. Chrysostom. Dornsp.*

in resp. jur. monet. quæst. 1 *num.* 14. *& trib. seqq. Andr. Fachin. consf.* 46. *incip. cum superiori tempore, num.* 6. *lib.* 2. *Frideric. Martinii in tract. de jure censf. cap.* 8. *num.* 49. *& cap.* 5. *n.* 119. *Ernest. Cothman. resp.* 16. *num.* 32. 33. 44. 45. *vol.* 1. *Hieronym. Gabriel, commun. conclus. lib.* 3. *tit. de solut. & liberat. cap.* 1. *num.* 16. *Iohan. Borchold. in explicat. cap. unic. num.* 62. *quæ sint regal. Modest. Pistor. consf.* 27. *nu.* 56. *vol.* 2.] *Gail.* 2. *observ.* 73. *num.* 7. *Berlich. part.* 2. *pract. concl.* 35. *num.* 80. *Iohan. Sichard. consf.* 47. *num.* 2. *vol.* 2. *Cothman. consf.* 34. *num.* 35. 44. *&* 45. *volum.* 3. [Sic alimenta debita in unâ specie, si illa de facili non reperiatur, præstari possunt in quantitate pecuniæ, resolvendo speciem in ipsam pecuniæ quantitatem, ceu in quadam facti specie resolutum fuisse testatur *Card. Seraphin. Olivar. decis.* 211. *n.* 1. *part.* 1. Etsi enim aliud pro alio invito creditori solvi non possit, *l. eum à quo, C. de sol. l.* 2. *§. mutui datio, & ibi Dd. ff. si cert. petat.* id tamen non procedit, ubi debitoris summa obversetur solvendi impotentia, cujus tanta vis & ratio est, ut deficiente, quam quis debet, pecuniâ numerata, creditor vel bona ejus in solutum accipere teneatur, *§. quod autem, auth. de fidejuss. auth. hoc nisi, C. de solut. & per Dd. allegatos à Iohan. Vincent. Honded. consf.* 18. *nu.* 25. *vol.* 1.]

6. *Resolut. ration. dubit.*

33 Ad sextam † dubitandi rationem respondetur, quod nullius rei tam eximius etiam usus sit, quem non inficiat & depravet quandoque abusus: quod vel omnibus Dei Omnipotentis donis nobis concessis commune est, qualis tamen abusus usum rei non vitiat, perinde uti Sol lutum illuminans, ab eo non inficitur, *secundùm Zasium in l. stipulatio, §. sed si mihi, ff. de verb. oblig. Gail. lib.* 1. *observ.* 88. *n.* 12. Alioquin obligationum super certis numorum speciebus contractarum tam vetus & eximius usus est, ut antiquitus floreni & thaleri usuales ipsimet etiam certæ numorum species fuerint, aliæ verò monetarũ species contra edicta monetaria publica & constitutiones Imperii per abusum hominum multiplicati sunt.

7. *Resolut. dubit. ration.*

Septima † & postrema dubitandi ratio refellitur, quod de illa à Dd. allegata consuetudine non constet, sed ea tanquàm facti existens probanda sit, *cap.* 1. *de Constitut. in sexto, junct. l. in bello,* 12. *§. facti autem,* 2. *ff. de captiv. & postlimin. revers. Ernest. Cothman. d. consf.* 36. *num.* 38. *vol.* 1. [*Bocer. de jure monet. cap.* 2. *num.* 111. *& seqq. ubi vide, Menoch. consf.* 258. *incip. etsi hâc de controversia, n.* 9. *lib.* 3] *Coler. de process. executiv. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 7. imò quòd ut plurimùm à mercatoribus & aliis moneta alia pro alia accipiatur, illud non ex consuetudine, sed ex mutuo consensu contrahentium & benevolentia creditorum ut plurimũ fieri solet, uti ipsemet *Carol. Molin. in d. tract. de usur. & fruct. quæst.* 92. *num.* 708. *vers. non obstat nonum, evidenter asserit, Covarruv. de veter. numism. collation. cap.* 7. *§. unic. concl.* 1. *Ernest. Cothman. d. consf.* 36. *num.* 36. *vol.* 1. [Sed & contrariam sententiam etiam de jure communi veriorem esse colligitur ex traditis D. Theodor. Reinkingk *de retract. consang. quæst.* 6. *num.* 336. *& seqq. vbi vide.*] 34

2. *Limitatio.*

Alioquin & pro limitatione Secunda, si in loco aliquo consuetudo extet, & probari possit, quod pro speciebus creditis in alia moneta currente, & usuali creditores solvere liceat, illa non minùs ac lex posterior priori derogans observanda & custo-

custodienda est, *l.32 l.33.l.34.& l.35.ff. de legib.junct.l.1.ff.de reg. jur. & l.sancimus, 27. C.de testament.Ernest Cothm.d.cons.36.n. 34. & 43.Covarruv.d. tract. de veter.numism. collation.cap.7.§.un.num.1.Andr.Kobl exercitat. legal.cap.18.limit.4.num.24.Rener.Budel.lib. 2.de re numar.cap.15.num.14.& seqq.* [*Frider. Martin. in tract. de jure cens. cap. 5. num. 127. ubi distinctè & perquam eleganter, Iohan.Baptist. Costa de facti scient. & ignorant.cent.1.dist. 63. num.39.& seqq.*]

3. Limitatio.

35 Atq; hinc † etiam pro limitatione Tertia regula hęc de solvendis speciebus creditis in eadem specie, qua creditæ sunt, etiam nõ procedit, si statuto speciali alicujus loci receptum sit, quod pro speciebus creditis, æstimationem earundem secundùm tempus contractus in qualibet alia moneta currente solvere liceat, eò quòd statutum & consuetudo inter sese æquiparentur, & non nisi ut expressum & tacitum inter sese differant, *cap. Sacrosancta, 51.& cap.Massana, 56. de electìon. Cravet.cons.251. num.3.*[*Costa d.sup. loc.*] *Hyppol. de Marsil.ad l.infans,num.19.ff.ad L. Cornel.de sicar.Veluti in decreto Consil ariorum Iudicii Electoralis Saxonici, sub dato Dresdæ 5. Iulii, Anno 1609.* cautum, & hactenus etiam receptum statuitur, licet in obligatione expressum sit, creditorem certum numorum numerum debitori in specie credidisse, quod tamen eosdem creditori in specie restituere non teneatur, nisi debitor simul promiserit, eosdem creditori etiam in specie restituere, qua de re videri potest, *Matth.Berlich. d. conclus.36.n. 28. 56.& seq.part.2.pract.conclus.*

4. Limitatio.

36 Quartò † hæc conclusio de solvendis numis creditis in specie, etiam limitatur, si Thaleri in specie numerati, & simul etiam taxati sint, insuper etiam inter debitorem & creditorem convenerit, ut debitor totidem Thaleros, vel in conventam eorundem æstimationem restituere debeat, tum enim in libera facultate debitoris est positum, an thaleros vel æstimationem eorundem ad tempus cõtractus relatam in moneta usuali reddere voluerit, *arg.l.plerumq;.10. §. ult. in medio, ff. de jur.dot.Moller. lib.1.semestr. cap.27. num.1. Coler.de process.execut.part.1.cap. 8. num. 24. & seqq.Hartman.Pistor.lib.3.quæst. 4. num. 1. Berlich,part.2.pract.conclus.conclus.36. n. 40. Iohan.Suhard.cons.30.num.1. & seqq.Ernest. Cothman.d.cons.36.num.328.& seqq.* [*Hier. Treutler. à* Kroschwitz *lib.2.cons.114.nu. 20. & seqq.ubi num.26.& seq.prejudicia refert, Frideric.Martin.in tract.de jure cens.cap.8.n.90.*] Quod idẽ etiam obtinere ajunt, si in instrumento obligationis scriptum fuerit, creditori solvi debere vel thaleros integrôs, eodem numero, vel in & sub eadem æstimatione, ut itidem commodum & incommodum augmenti & detrimenti valoris ad debitorem pertineat, & quod is pro arbitrio suo, vel species acceptas, vel earundem æstimationẽ ad tempus contractus relatam solvere possit, quam quæstionem in utramque partem latè disputat *Ernest. Cothman. d. cons.36. à num.212.usq; ad num.314.*

5. Limitatio.

Quintò † hæc sententia etiam limitatur, si Thaleris in specie creditis, taxatio seu valor adjectus fuerit, ut ex instrumẽto obligationis aliisq; circumstantiis appareat, taxationem illam seu æstimationem dispositionis non demonstrationis 37

causa adjectam esse, quo casu itidem æstimatio Thalerorum ad minimum in facultate solventis est, & præstito valore eorum ad tempus contractus obligatio à debitore dissolvi potest, *Berlich. d. conclus. 36. num. 32. & seqq. part. 2. concl. pract. Ernest. Cothman. d. cons. 36. num. 101 & inprimis num. 132. & seqq.* ubi præ aliis hanc quæstionem in utramque partem latissimè disputat: [de quâ etiam omninò videndus Jac. Alem. *in palæstr. cons. jur. Illustr quæst. pr. 8. fol. 822. & seqq. Quirin. Kubach. cent. 2. decad. 7. quæst. 7. pag. 491. vers. tertius casus est, ubi Senatus Halensis responsum ad hanc rem pertinens allegatur.*

QUAESTIO SECUNDA Ejusdemq́; Sectio Prima.

QUATENUS NUMI IN genere seu quantitate generica & collectiva, seu æstimatò tantum crediti censeantur? vernacula nostra, auff Wehrung Gülden oder Zahlthaler außstehen / & quatenus ex hac obligatione moneta alia pro alia, puta aurea pro argenteâ, minuta pro grossa & vicissim solvi possit vel minus.

SUMMARIA.

1 *Transitio ad secundam quæstionem primæ classis controversiarum monetariarum.*

2 *Obligatio numaria generica quænam sit?*

3 *Obligationis pecuniariæ genericæ hæc est cōmoditas, quod debitor creditori in qualibet proba moneta tempore solutionis currente, solvere possit?*

4 *Obligatio numaria generica tantū in nonnullis regnis & provinciis permissa, super certis verò speciebus seu pacititia etiam prohibita est.*

5 *Obligationis numariæ genericæ seu collectivæ exemplum est, si debitori certa pecuniæ summa in florenis credita sit.*

6 *Obligatio numaria generica etiam esse censetur, si in obligatione mentio florenorum Rhenensium proborum & usualium facta fuerit, nisi ex adjectis verbis obligationis aliisvè circumstantiis aliud, seu aureos Rhenenses in specie deberi, inferri possit.*

7 *Obligatio numaria generica seu collectiva etiam est, etsi florenorum Rhenensium cum adjecta etiam clausula in auro mentio facta sit, addita tamen insuper clausula æstimationis seu valoris Francofurtensis, nisi itidem statuto vel consuetudinē aliud receptum sit.*

8 *Obligatio super aureis Rhenensibus minoribus, veterum minorum aureorum species quales non amplius in usu sunt, infert.*

9 *Obligatio generica quoq; contracta esse censetur, si in instrumento obligationis thalerorum simpliciter mentio facta fuerit.*

10 *Obligatio numaria generica etiam est, etsi instrumento obligationis inserta fuerit Clausula Pagamenti Coloniensis, boni argenti & justi ponderis.*

11 *Thaleri vox obligationi cū adjectione Ioachimici, Saxonici, Hollandici, Hispanici vel Imperialis etiam inserta, obligationem numariam super certis speciebus infert.*

12 *Libra seu Marca & alia similes collectivæ voces pecuniæ etiam obligationem pecuniæ genericam denotant.*

13 *Libra tamen seu Marca auri, quandoque etiam certas pecuniæ species, & marca auri ut plurimùm 72. aureos designat.*

14 Ob-

14 *Obligatio pecuniæ generica etiam contracta censetur, si creditis speciebus certus valor assignatus & non simul cautum fuerit, quòd in eadem specie reddi debeant.*

15 *Valore speciebus creditis adjecto, obligatio ad reddendas easdem species, tum demum cõtracta intelligitur, si cautum fuerit, quod numi crediti in eodem valore & ad eundem numerum reddi debeant, alias minus.*

16 *Obligatio generica quoq; contrahitur, quando conventio ab expreßione alicujus generalis summæ incipit, eidemq; monetæ species in quibus creditum factum est, subjiciuntur, nisi iste specierum creditarum numerus ad factum debitoris, cui solutio incumbit, referatur; quo casu obligatio specierum*

17 *Ocontracta intelligitur.*
bligatio pecuniæ generica dissolvi potest, præstando quamlibet monetam probam, currentem & usualem tempore solutionis, secundùm justum & legitimum valorem illius etiam temporis.

18 *Differentia terminorum, quatenus pecunia vel in obligatione vel in facultate solvendi esse censeatur.*

19 *Clausula de solvenda pecunia credita, in moneta currente tempore solutionis obligationi inserta, pecunia debita vel inprimis etiam in qualibet moneta specie in aucto etiam valore præstari potest, modò mutatio monetæ justa & legitima fuerit.*

20 *Clausula de solvenda pecunia creditâ, secundùm valorem temporis solutionis, ad causam insolitæ & injustæ mutationis monetarum secundum valorem imposititium non accommodatur.*

21 *Clausula monetæ currentis obligationi simpliciter sine ulla ulteriori adjectione inserta, pro ratione relationis ejusdem ad factum creditoris vel debitoris, modò solutionẽ secundùm tempus contractus, modò secundum tempus solutionis faciendam infert, valore monetarum immutato.*

22 *Obligatio pecuniaria generica minor inprimis etiam præstando monetas minutas dissolvi potest, nisi creditoris interfit.*

23 *Massa aurea vel argentea ex obligatione debita non præcisè præstanda, sed pro ea pecunia aurea vel argentea proba solvi potest, non contra pro pecunia debita, massa aurea vel argentea.*

24 *Pecunia debitâ, in qualibet moneta tempore solutionis currente vel inprimis præstari potest; si obligationi clausula alternativa inserta sit, quod vel species acceptæ vel æstimatio earundem creditori reddi debeat.*

25 *Debito propter ambiguum nomen ejusdem quantitatem diversam designans dubio existente, & diversis diversique valoris ejusdem tamen nominis monetis in aliquo loco currentibus, quomodo interpretatio fieri debeat.*

26 *Monetis ejusdem quidem nominis sed diversæ æstimationis in loco contractus & loco solutionis currentibus, solutio secundùm monetam & valorem loci destinatæ solutionis fieri debet.*

27 *Pecunia debita in qualibet moneta tempore solutionis currente creditori præstari nequit, si ipsius verè intersit, aliam pecuniam pro oblata recipere.*

28 *Minutarum monetarum, quæ quinque crucigerorum precium non excedunt, nullus creditor ultra 25. florenos in majori etiam summa recipere tenetur.*

29 *Penningos in solutione summarum majuscularum creditor recipere non tenetur.*

30 *Interesse prætenso, si inter debitorem & creditorem conveniri nequeat, judex adeundus erit.*

31 Pe-

31 *Pecunia debita creditori in moneta currente tempore solutionis, secundùm valorem istius temporis praestari nequit, si mutatio monetae non duratura, sed interrupta & brevioris tantum temporis fuerit.*

32 *Debitor, qui creditori pecuniam debitam in aucto valore brevioris tantùm temporis solvit, eidē reductâ pecunia ad justū valorem, supplementū adhuc praestare tenetur.*

33 *Pecunia debita secundùm valorem temporis solutionis solvi nequit, si valor ejusdem injustè prorsus & immodicè auctus fuerit.*

34 *Pecunia à debitore in immodico & injusto valore, tempore summi abusus monetarum accepta; post reductionem monetarum ad longè minorem & justum valorem in tali reducto & longe minori valore non praestanda, sed pro ratione circumstantiarum lucri & damni perpessi ratio habenda est.*

1 POstquam † proximè praecedenti quęstione expositum est, quomodo solutio numorum debitorum facienda sit ad eam obligationem, quae super certis numorum speciebus concepta est, nunc ad secundam quęstionem principalem classis primae controversiarum accedendo consequens est tradere, quatenus obligatio numaria in genere seu quantitate generica, Wehrungs Weisse contrahatur, & quomodo solutio ad eam expedienda sit?

2 Obligatio † igitur numaria generis esse censetur, quae non super certa numorum seu monetae specie concepta est, sed in nomine quantitatis pecunię universali seu collectivo consistit, *argumento l. si is cui. 94. §. sin autem communes, 1. in fin. ibi: sive in pecunia non corpora cogitet, sed quantitatem, & l. Paulus. 101. §. 1. ubi etiam Br. & Dd. communiter. ff. de solut. & liberat.* Albert. Brun. *de augm. & dimmution. monet. praesuppos. 2. in praemissis n. 16. in fin.* ubi eleganter ait: aliquando v. & sextò non promittitur certa species pecuniae, sed promittitur pecunia sub certo nomine universali vel collectivo, quod in certa pecuniae specie non consistit, & quod applicatur ad quamvis speciem pecuniae &c. *Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 2. num. 5. & 7.* Carol. Molin. *de usur. & fruct. lib. q. 92. num. 705.* ibi: Nono, quia alias non esset differentia inter obligatum ad certam speciem monetae & obligatum ad certam quantitatem in genere de quavis moneta &c. *Matth. Berlich. practic. conclus. part. 2. conclus. 36. num. 13. vers. obligationem verò generis &c. Iacob. Menoch. consil. 49. n. 11. 12. & 13. vol. 1.* [Hujus distinctionis fundamentū commodissimè mihi peti & deduci posse videtur ab una quidem parte ex eo, quod triviale sit, quae in genere dicantur, ea ad omnes illius species extendi, *l. alienatum, 67. §. ult. l. hac verba, 19. de verb. signif. l. fin autem. §. sed & is, de rei vindicat. cum simil. lib. apud Pratej. lib. 2. regular. jur. tit. 2. cap. 2. vers. hinc dependet alia subregula.* Inde non mirum, in arbitrio esse debitoris, numos generaliter sub nomine quātitatis promissos, in qualibet specię usuali currente & proba exsolvere, *ut infra probabitur*, cū generalitas verborū obscuritatem pariat: *l. ita fidei. 40. in pr. ff. de jur. fisc. l. in tradendis, 7. ff. commun. prad. Cravet consil. 70. n. 20. Menoch. de praesumpt. lib. 6. praes. 1. num. 14.* & in obscuris, quod minimum est, sequamur, *l. semper in obscuris, 9. ff. de R. I. c. in obscuris, 30. ext. eod.* eventu ei imputato, cujus in potestate fuit, legem contractus apertius & specialius dicere, qualis est hoc loco credi-

creditor vel stipulator: *l. veteribus, ubi Dd. ff. de pact. Besold. part. 2. consil. 62. num. 8. cum aliis allegatis per me Wilhelm. Antonii in analect. de rescript. morator. conclus. 5. n. 117.* Ex altera verò parte inde deducitur, quod cum dubium non videtur, specialia verba magis afficere quam generalia: *l. 2. & 3. C. de servo pign. dat. manum. can. quanquam, dist. 23. cum simil. apud Pratej lib. 1. regular. jur. tit. 2. cap. 3.* utique & species certas monetæ in obligationem deductas in iisdem speciebus restitui par sit: *per tradita suo loco*, cum multum intersit inter genus & speciem, *ut probat Coras. ad l. mutuum damus. §. creditum, num. 1. & seq. ff. de reb. credit.* Species enim cum sit genus determinatum, id est, quiddam determinatius suo genere, idcircò est & perfectius, & formæ quandam rationem obtinet, dicente Barthol. Keckermanno *lib. 1. Systhem. logic. sect. 1. c. 4. can. 2. in comment. fol. 61.* Formam autem à lege vel homine præscriptam præcisè, specificè & ad unguem servandam, eoque haud per æquipollens adimplendam esse, constat ex traditis Ludolphi. Schrader. *in tract. de feud. part. 10. sect. 8. num. 60. Barscamp. in radice clausular. cap. 21. num. 31. Wilhelm. Antonii de rescript. morator. conclus. 49. num. 142. & seq.*]

3 Hujusmodi † obligationis monetariæ genericæ præ obligatione ad certam pecuniæ speciem vel pactitiam etiam, tanta æquitas & commoditas esse censetur, ut per eandem omnes fraudes monetariæ, cumprimis Numulariorum & Judæorum evitari posse videantur, & debitor non plus in alia ejusdem generis pecunia præstare teneatur, quàm accepit, & vicissim creditor non plus accipere seu exige-

4 re possit, quam credidit. Qua de † causa in multis benè constitutis Regnis, Provinciis & Rebuspublicis hæc sola obligatio numaria collectiva, seu generica permissa, obligatio verò numaria super certis numorũ speciebus, seu pactitia prorsus inhibita est, adeoque cuivis debitori pecuniam debitam in certis numorum speciebus, ad evitandum damnum permutationis pecuniarum apud Judæos & Numularios creditori in qualibet alia proba, & currente moneta tempore solutionis summam debitam ad valorem temporis contractus solvere licet, Geißtofler in seinem Müntzbedencken/ §. vnnd ist fast *in omnibus, &c. pag. mihi 30. Henric Petreus* in seinem Müntzbedencken/ *An. 1623. Spiræ edit. pag. mihi 193.* Hujusmodi † verò 5
quantitatis genericæ seu pecuniæ ad meram quantitatem debitæ primò exemplũ est, si debitori à creditore 100. floren. Francofurtenses, 27. seu 30. alborum, vel Hassiaci 26. alborum, vel Brabantici 20. Stupherorum Brabanticorum, aut totidem floreni Mediolanenses 32. solidorum Mediolanensium crediti fuerint, eò quòd floreni appellatione regulariter nõ certa monetæ species, sed certa pecuniæ quantitas, sub nomine collectivo, secundùm cujusq; Regionis & loci consuetudinem, nach eines jeden Orts angenommener Gewohnlicher Wehrung / intelligitur, *Mynf. cent. 1. obs. 65. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. præsupposit. 2. in præmiss. num. 10. in fin. Budel. de numar. lib. 2. c. 2. num. 7.* [*Iacob. Aleman. in palæstra consult. 8. partit. 10. pag. 437. & seqq.* ubi *pag. 444. & duob. seqq.* singularem facti speciem inter alia, wegen der Wörter: Gülden / proposuit, ad eamque responsum Præsidentis & Assessorum Judicii Appellationum Pragensis

N

gensis subjicit: das unter dem Nahmen/ Gülden/ gemeyne Reichsgülden / so sechzig Creutzer gelten / zuverstehen: *idem post alios firmat ibid. pag. 438. in princip. partit.* 10. & quod obligatus ad florenos vel libras, dicatur obligatus in genere, non in certa specie monetæ, expressum est à Marc. Anton. de Amat. *decis.* 161. *n.* 3. Eodem modo verba gute Gülden / de moneta argentea intelliguntur, werden auff Müntz / unnd nicht auff Gold gezogen *referente ex constit. provinc. Sax. p. 2. const. 29. vers.* also auch / *post alios Iacob. Aleman. in palæstr. consult.* 8. *quæst. princip.* 1. *partit.* 10. *pag.* 447. *vers. item verba*, gute Gülden / *Berlich. part. 2. concl. 37. n.* 11.]

6 Quod † etiam obtinet in florenis Rhenensibus, utpote quales instrumento obligationis simpliciter & absolutè, imò cum adjectione etiam boni, probi, & usuales floreni Rhenenses vernacula nostra, gute gangbare unnd gebe Rheinische Gülde / inserti non obligationem super certis monetæ speciebus, sed super florenis usualibus istius loci inferant, eò quòd olim inter floren. Rhenensem, & Aureum Rhenensem, quoad valorem nulla fuerit differentia, & hodie communi loquendi consuetudine flor. Rhenensis de floreno simplici & usuali istius tractus, & non certa monetæ specie accipiatur, *Constitut. Elector Saxon. d. part. 2. constit. 29. vers.* sonst man hierinnen einig/ *& vers. seq. Dan. Moller. d. const. 29. cent. 1. Virgil. Pingizer qq. Saxon. 40. num. 43. & seqq. Consultat. Saxon. tom. 1. part. 5. cas. 18. num. 1. & seqq. & tom. 3. part. 1. quæst. 7. num. 1. & seqq. Modestin. Pistor. cons. 27. num. 16. & 17. vol. 2.* [*Besold. in thesaur. pract. lit. G. num. 74. verb.* Gülden/ Rheinische Gülden/ etc. *in pr. pag.* 365. *Iacob. Aleman. in palæstra consult. 8. quæst. princip. 1. partit. 10. pag. 447. vers. quin verba* Rheinische Gülden *Bocer. de jure monet. cap. 2. num. 174. Wehner. observ. pract. lit. G. verb.* Goldgülden etc. *vers. hisce tamen non obstantibus pag. 247. & seq. Matth. Berlich. pract. conclus. part. 2. conclus. 37. num. 9. & seq. ubi tamen num. 14. 15. in aliquibus dissentire videtur.*] Ut maximè enim florenus Rhenensis olim certa monetæ species, aureus nimirum floreno Rhenensi usuali tum temporis recepto æquivalens extiterit, *Modestin. Pistor. d. cons. 27. num. 17. post princ. vol. 2.* Attamen hodie inter Aureum & florenum Rhenensem usualem, quoad valorē multum est discriminis, aureo adhucdum certa monetæ specie extante, ejusdemq; valore per hodiernum monetarum abusum in tantum adaucto, ut vel aliquot florenos Rhenenses conficiat, ac proinde obligatio super florenis Rhenensibus etiam bonis & probis concepta, hodie de Aureis Rhenensibus tanquam certa monetæ specie intelligi nequeat, nisi aliæ etiam circumstantiæ vel adjecta verba alium sensum & aureum Rhenensem in specie inferant, puta si instrumētum obligationis faciat mentionem florenorum Rhenensium probatorum & justi ponderis, gute vollwichtige Rheinische Gülden / *Myns. d. observ. 65. in fin. cent. 1.* [*subdens, ita decisum in Camerâ Imp. in causâ Iohannis de* Stotzingen / *contra Kunigundam de* Stotzingen / *& in causa Wolfgangi Theodorici de* Knoringen / *Commendatoris Ordinis Teutonicorum* an der Oß / etc.] *Iohan. Fichard. cons. 47. num. 5. in medio, & num. 6. vol. 2. Dan. Moller. ad d. Constitut. Electoral. part. 2. constit. 29. num. 2. vers. tamen*, vel proborum florenorum Rhenensium in auro & justi ponderis, gute Rheinische Gülden / in Gold und

schwer

schwer von Gewicht/ vel aureorum Rhenensium simpliciter, quibus casibus Aureus Rhenensis in specie justi ponderis, & probi valoris intelligitur, & talis creditori à debitore præstandus est, *Mynsing. cent. 5. observ. 83. num. 2. Modestin. Pistor. d. consil. 27. num. 3. & seqq. vol. 2. Nicolaus Reusner. decis. 13. num. 12. sub fin. lib. 4.* [*adde Besold. in thesaur. pract. lit. G. num. 74. verb.* Gülden/rc. *pag. 365. vers. limitatur, si verbis, & lit. M. n. 20. verb.* Marck/*pag. 540. vers. quemadmodum in simili appellatio aureorum, Aleman. in palæstr. d. consult. 8. quæst. princi. 1. part. 9. restrict. 1. pag. 449. & seqq. ubi vide omninò, sicut & Bocer. de jure monet. d. cap. 2. n. 174. vers. si tamen verbis, Wehner. observ. pract. d. verb.* Goldgülden/ *ibi: quod si quæratur de verbis, pag. 249. & seq. Volaterran. in tract. de mineralib. lib. 3. tit. 9. num. 64. Berlich. p. 2. conclus. 37. num. 12. 13.* Imò licet simpliciter florenorum Rhenensium absq; expressione auri in instrumento fiat mentio, si tamen per aliquot annos loco usurarum vel annuarum præstationum aurei Rhenenses in auro, & in specie sint soluti, tales floreni in auro intelligendi, & solutio à cætero in illis facienda est, *ut ex Mart. Garrad. Laudens. tradit Berlich. d. concl. 37. num. 17.*] Alioquin
7 † quando in obligatione florenorũ Rhenensium proborum aliquoties mentio facta est, quandoque cum clausula in auro, quandoque sine eâ, addita insuper clausula æstimationis seu valoris Francofurtensis, Franckfurter Wehrung/tum istiusmodi floreni, non de aureis Rhenensibus, sed de florenis Francofurtensibus usualibus 15. baziorum, seu 60. crucigerorum intelligendi sunt, qui casus in utramque partem discussus habetur, *Reformat. Francofurt. part. 2. tit. 24. §. 8. & consult. Saxon. tom. 3. part. 1. de contract. quæst. 7.* [*adde Wehner. obser. pract. d. verb.* Goldgülden/ *pag. 257. vers. huc pertinet nobilis illa decisio, & pag. seqq.*] nisi aliud peculiariter consuetudine sive statuto, seu dispositione receptũ sit, quod nempe floreni Rhenenses vel Wormatienses in auro de Aureis Rhenensibus in specie intelligi debeant, cùm in solutione monetarum consuetudinem loquendi inprimis etiam attendi oporteat, *l. numis, 75. ff. de legat. 3. l. si servus plurium, 50. ff. de leg. 1. l. semper in stipulationibus, 34. ff. de reg. jur.* veluti Gülden in Gold/ Wormbser Wehrung/ pro aureis in specie reputati sunt, *in Camera Imperial. in causa* D. Friderich Meyers Kinder Vormunder/ *contra* die Gemeyne zu Bernheim/ *& in causa* Curt Spölein *contra* Eßlingen/ *Symphorem. process. tom. 3. lit. a. in verbo Annui Reditus.* Item in Sachen Justinian von Hohenhausen/ Kläger/ contra Stättmeister vnd Raht zu Wormbs/ ubi prioris instantiæ sententia Francofurti publicata, in qua debitoribus injunctum erat, ad obligationem, in qua floreni Wormatienses in auro creditori promissi erant, aureos in specie solvere, *in Cam. Imper. 10 Novembr. Anno 1567.* confirmata est. [Adeoq; generaliter, quando aurei Rhenenses in Gold debentur, posse post obligationem in originali exhibitam, ejusq; agnitionem etiam mandatũ sine clausulâ in Camerâ peti, atq; in plerisq; causis processus decretos, imò & definitivè pronunciatum fuisse, *ex Tilman. de Benign. in specie tradit Wehner. dict. verb.* Goldgülden/*pag. 257. vers. quando aliqui debentur.* Et ideò ex Alciato *resp. 155. num. 1.* dicit Menoch. *consil. 258. nu. 10.* quod conventione facta, solutionem fieri debere

auri in auro, solutio nõ possit fieri in moneta, sed esse debeat in auro, cùm apud omnes sit vulgata consuetudo, quod mẽtione facta auri in auro, intelligantur ipsi aurei vel ducati in auro, nõ autem in monetâ, &c. Sed quid si in principio obligatinis mentio fiat floreni Rhenensis in auro, eines Rheinischen Goldgülden: postea verò simpliciter dicatur de floreno Rhenensi, von einem Rheinischen Gülden/ quomodo hæc verba sint accipienda, vide Henric. Kolman *in cons. monet. (quod inter consultat. constit. Saxon. tom. 3. part. 1. quæst. 7. extat,) incip.* Im Jahr vierzehenhundert vnd sechtzig *num. 1. & seq. per tot.*]

8 Quod si † verò instrumentum obligationis conceptum fuerit super florenis Rhenensibus minoribus ponderalibus, seu justi ponderis, von kleinen schweren Gülden / illud de Aureis Rhenensibus minoribus, quales olim cusi fuerunt, sed hodie in usu esse desierunt, accipiendum est, *Ioh. Fichard. vol. 1. cons. 41. incip.* Wol. gebohrner Graff */nu. 1. & 2. per tot.* [*Matth. Berlich. concl pract. 37. n. 18 part. 2.* De florenorum, Germanicè, Gülden / origine, etymo, usu, valore & similibus multa preclarè tradit Besold. *in thesaur. pract. lit. G. n. 74. vers. Florenus, & seqq. pag. 366. & seq. Anton. Hanffman. de re monet resolut. 5. sub allegat. lit. f. vers. florenorum sive Florentinorum.* De solidis patilia vide apud Aleman. *in palæstra consultat. 8. quæst. princip. 1. partit. 9. pag. 430. & seqq. Bertazol. de clausul. instrument. c. 30. gloss. 7. num. 30 & seqq. Gail. lib. 2. obs. 39. n. 1. & seqq. ibiq; Grav. in conclus. Volaterran. de mineralib. lib. 3. tit. 9. num. 16. 19. & seq. Berlich. part. 5. concl. 43. n. 30. & seq.*]

Secundus modus ineundæ obligationis pecuniariæ genericæ.

Deinde † obligatio pecuniæ generica 9 sub collectivo quantitatis nomine etiam confirmatur, si debitor in instrumento obligationis expressè confiteatur, sese creditori suo 500. Thaleros debere, seu sese totidem thaleros ab eodem mutuos accepisse. Quando enim vox Thalerorum non tam certam monetæ speciem, puta Thaleros Joachimicos, Saxonicos, Hollandicos vel Hispanicos, quàm certam pecuniæ quantitatem sub illo collectivo & generico nomine, puta nonnullis in locis thaleris 36. alibi 32. alibi 31. alborum, & in Brabantia 32. Stupherorum Brabanticorum designet, voce Thalerorum simpliciter sine ulla adjectione in instrumento expressa, debitor non ad certam monetæ speciem, sed ad certam pecuniæ quantitatem, sub illo collectivo nomine expressam, & in loco destinatæ solutionis currentem obligatus esse censetur, & instrumentum talis obligationis de thaleris usualibus & vulgarib. in illo loco receptis tantùm intelligitur, *Rener. Budel. de re nummar. lib. 2. cap. 2. num. 7. versic. Thalerus itaq;, ibi: si simpliciter thalerus efferatur, generis appellatione venit, & intelligitur, item eod. lib. 2. cap. 23. num. 13. 14. & 15. ubi tradit, vocibus* auffrichtige valvirte Thaler/ etiam Thaleros usuales, & non certas thalerorum species intelligi, eò quòd vox valvati paris significationis sit cum voce æstimati.

Quod † etiam procedit, si debitor sese obligaverit creditori suo ad solvendum 10. thaleros annui reditus pagamenti Coloniensis, boni argenti & justi ponderis, 10. Thaler Cöllnisch Pagament/ guts Silbers vnd schwehr genug von Gewicht. Ut maximè enim propter 10

illa

illa verba boni argenti justiq; ponderis certæ thalerorum species intelligi videantur, attamen cum verbum thalerorum simpliciter positum, exemplo floreni nomē certæ quantitatis genericæ collectivum sit, & non certam monetæ speciem designet, verba etiam Pagamenti Coloniensis quamlibet monetam probam, cumprimis minorem significant, gute gangbahre vnd genehme Müntz/ debitor hujusmodi non ad certam monetæ speciem præstandam, sed ad thaleros usuales in illo loco receptos obligatus est, ac proinde in quavis moneta proba currente & usuali thaleros istiusmodi debitos seu promissos solvere potest, *latè & eleganter Rener. Budel. de re numar. lib. 2. c. 25.* [Besold. *in thesaur. pract. lit. W. n. 25. verb.* Wehrung. ubi dicit, verba gangbahre Wehrung oder Müntz ad monetam & valorem ejus tempore contractus currentem referenda esse, *per l. cum quid, 3. ff. de R. C. similiaq; jura & Dd. ibi allegat.*]

11 Quod † si verò vox Thaleri in instrumento obligationis non simpliceter, sed cum adjectione quadam posita fuerit, puta thaleri Joachimici, Saxonici, Hollandici vel Hispanici, imò Thaleri Imperialis etiam efferatur, tum certa monetæ species in obligationem deducta esse censetur, & debitor ad pecuniæ quantitatem in genere obligatus non est, nec in qualibet moneta licet proba & currente solvere potest, sed species in obligationem deductas, & postremo casu Thaleros Imperiales in specie, vel tantam eorundem æstimationem, quanti valent tempore solutionis, præstare tenetur, *Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 2. num. 7. Virgil. Pingizer qq. Saxonicar. cap. 40. num. 1. n. 17. 21. & 41. cùm seqq. & hinc inde.* Dissentit Matth. Berlich. *part. 2. pract. conclus. conclus. 37. num. 22.* statuens thalerorum Imperialium appellatione simplici citra adjectionem Saxonici vel alterius characteris in obligatione comprehensa, etiam meram quantitatem pecuniæ in genere sub nomine collectivo & non certam monetæ speciem designari, debitumque illud in qualibet moneta usuali & currente solvi posse.

Tertius modus ineundæ obligationis pecuniariæ genericæ.

Tertio, † pecuniæ obligatio non ad certam speciem sed ad quantitatem in genere etiam contrahitur, quando instrumentum obligationis super quovis alio nomine collectivo non certam monetæ quantitatem denotante conceptum est, uti nonnullis in locis sunt libræ valentes 20. solidos, tam fortis quàm debilioris monetæ, Item Marcæ Lubecenses Pfund oder Marck gelder / & aliæ voces collectivæ, pecuniæ quantitatis genericæ consimiles, *Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 2. num. 7. Albert. Brun. de augment. & diminution. monet. præsupposition. 2. in præmiss. num. 10. §. aliqando verò & sextò, & seq. num. 13.* Alias † verò uti libra pondus 12. vel 16. etiam unciarum vel 32. semiunciarum seu lotonum denotat, ita pariter etiam Marca semilibrā seu pondus quandoque 6. vel 8. unciarum vel 12. seu 16. semiunciarum vulgò lotonum appellatarum, puta auri vel argenti, designat: veluti etiam in clausula comminatoria vel condemnatoria, privilegiorum, mandatorum vel decretorum Cæsareorum sub pœna aliquot marcarum auri / bey Straff etliches Marcklötiges Golds / aurum purum.

rum singularum marcarum 16. lotonum seu semiunciarum (quarum marcarum singulæ 72. aureos ut plurimum conficere censentur) designat. *Budel. de re num. tr. lib. 1. cap. 23. num. 14. & seqq. usq. ad fin.* ubi vocem lötig à verbo Germanico, glöden/ h.e. candescere derivatam autumat, eademque purissimum aurum & argentum significari putat. [Huc spectant tradita Besoldi *in thesaur. pract. lit. L. num. 52. verb.* lötigs Gold/ *& lit. M. n. 20. verb.* Marck/ *Iacob. Aleman. in palæstr. consultat. 8. quæst. princip. 1. partit. 7. pag. 445. & seq. & partit. 12. pag. 492. & seqq.* Wehner. *observat. pract. lit. G. verb.* Goldgülden / *pag. 239. & seq. cum simil. apud* Wilhelm. *Anton. de rescript. morat. conclus. 71. num. 24.*]

Quartus modus contrahendæ obligationis.

u4 Quartò † obligatio pecuniæ non ad certam monetæ speciem, sed ad quantitatem genericam etiam contracta censetur, si creditis speciebus, puta Ducatis, Aureis & Thaleris, certus valor adjiciatur, sine adjecta promissione, quod eædem species in eodem valore sibi reddi debeant, puta do tibi aureos centum ad duos florenos, vel promitto tibi mille Thaleros Imperiales singulos ad 24. grossos æstimatos, tum enim numi isti seu species non nisi sub certo valore nominatim assignato in obligationem deducti esse censentur, ac proinde debitor augmento & decremento numorũ non obstante, creditori tantam in numis creditis tenetur præstare æstimationem, quanti tempore conventionis seu dispositionis æstimati sunt, plures solvendo aureos vel thaleros, si valor iste percreverit, pauciores verò, si valor eorundem accreverit, eò quod res æstimatò traditæ, regulariter periculo seu commodo & incommodo debitoris sint, *l. pen. §. mancipia. 3. ff. solut. matrimon. l. æstimatis, 50. ff. eod. l. cum dotem, 71. ff. de jur. dot. Covarruv. de veter numism. coll. at. cap. 7. §. un. num. 5. Tyraquell. de retract. consang. §. 1. gloss. 18. n. 26. & num. 28. Brun. de augment. & diminuto monet. præsuppos. 2. Limitat. 8. n. 6. Petr. Greg. Tholosan. Syntagm. jur. univers. lib. 36. cap. 2. n. 27. Andr. Kohl exercitat. leg. cap. 19. Budel. de re numar. lib. 2. c. 5. per tot. Matth. Berlich. pract. conclus. part. 2. conclus. 36. num. 31. & seqq. Cravett. consil. 887. num. 2. vol. 5. Grammat. consil. 12. num. 44. & 49. lib. 1. Cothmann. consil. 34. num. 232. & seqq. vol. 1. ubi multis argumentis hanc opinionem confirmat, & contraria dissolvit.* [*& consil. 49. n. 19. vol. 4. Ioh. Georg. Besold. inter cons. filii sui Christoph. part. 2. cons. 63. n. 24. & seq.*] *Diss. Martin. Garrad. Laudens. de monet. n. 28. sub fin. cum aliis ibi allegatis Dd.* qui statuunt istiusmodi valoris adjectione hoc tantum effici, ut numus in eodem valore, quo fuit expressus & non pluris vel minoris reddatur. Quorum tamen sententiæ locus esse potest, si prætereà adjectum fuerit, quod ad eundem numerum numorũ solutio fieri debeat, *Budel. de re numar. lib. 2. c. 7. Andr. Kohl d. exercitat. legal. cap. 19. num. 22. Berlich. part. 2. practic. conclus. concl. 36. n. 36. ubi tamen quodammodo distinguit.* Alioquin quando certæ species numorum ad certam æstimationem crediti sunt, nec nominatim adjectum est, quod solutio in speciebus creditis ad eundem numerum & ad eandem æstimationem fieri debeat, sed hoc tantum, ut in similib⁹ speciebus solutio fiat, puta do tibi 500. thaleros ad 24. grossos, quos in thaleris etiam mihi reddes, tum iidem

itidem thaleri isti æstimatò crediti esse censentur, & debitor mihi tantam æstimationem in thaleris reddere, quanti tempore contractus fuerunt æstimati, commodo & incommodo decrementi incrementiq; ad ipsum debitorem pertinente, *Brun. de augm. & diminut. monet. præsuppos. 3. limit. 8. num. 5. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 8. Berlich. d. conclusion. 36. num. 35. Cothmann. d. consil. 34. num. 205. & 206. vol. 1.*

Quintus modus contrahendæ obligationis pecuniariæ genericæ.

16 Quintò † obligatio generis pecuniæ, seu summæ collectivæ, & non certæ speciei monetæ est, quando dispositio seu conventio ab expressione alicujus summæ generalis incipit, eidemque postea certæ monetæ species, in qua numeratio facta est, subjicitur, puta credo tibi 100. floren. Francofurtenses in aliquot Aureis Rhenensibus, vel promitto tibi 200. floren. in tot thaleris Imperialibus: tum enim præcisè certæ species reddi non debent, sed aucto vel diminuto valore specierum creditarum, solutio in qualibet usuali, & currente moneta ad summam, seu æstimationem initio expressam, puta 100. vel 200. floren. fieri potest, *Angel. in l. si quis stipulatus, 57. ff. de solut. & liberat. l. fin. C. de vet. numism. potest. lib. 11. Bald. in c. quantò, num. 9. ext. de jurejur. Br. in l. Paulus. 101. nu. 10. ff. de solut. & liberat. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 7. Berlich. part. 2. pract. conclus. concl. 36. num. 33. vers. sed etiam si obligatio incipiat, &c. Cothman. d. cons. 34. num. 100. & seqq. vol. 1. Andr. Kobl. d. exercitat. leg. 19. num. 23. & seqq. inprimis num. 27. §. ast cum ad solutionem numerus nummorum, &c.* ubi in præcedentibus variis relatis Interpp. opinionibus, tandem hanc notabilem hujusmodi obligationis genericæ limitationem subjicit, si obligatio ab expressione generalis summæ incipiat, eidemque certa numorum species subjecta sit, eorundemq; numerus non ad factum creditoris, sed ad factum debitoris, eidemq; incumbentem solutionem referatur, quòd tum obligatio specierum esse censeatur, & totidem nummi solvendi sint, quot crediti sunt, sive valor eorundem creverit, sive decreverit.

De modo dissolvendæ obligationis genericæ.

Cæterùm † pecuniæ non in certâ specie, sed in genere debitæ solutionem quod attinet, illa in quavis moneta proba & justa currente & usuali, secundùm justum & legitimum valorem temporis solutionis expediri potest, [*Mynsing. cent. 4. observ. 15. ubi ad fin. subjicit, hanc doctrinam Dominos in Camerâ, in causâ appellationis Philippi Comitis de Hanaw / contra Iacobum Comitem de Zweybrück / Anno 1555. secutos esse, Iohan. Guid. Volaterran. in tract. de miner. al. lib. 3. tit. 9. num. 56. D. Theodor. Reinkingk de retract. consang. quæst. 6. n. 362. & seq. Marc. Anton. de Amat. decis. 162. num. 2. Iohan. Georg. Besold. inter Consil. Christoph. Besold. part. 2. cons. 63. num. 22. & seq. Iacob. Aleman. in palæstra consult. 8. quæst. princ. 1. partit. 18. pag. 521. vers. circa hac observandum, Matth. Berlich. conclus. pract. part. 2. concl. 37. num. 26. & seqq. ubi tamen quoad Electoratū Saxoniæ contrarium obtinere probat.*] Siquidem summâ sive quantitate ex obligatione debita ad nullam pecuniæ speciem restrictâ, obligatio ista ad æstimationem initio factam, mutatis etiam monetis eadem manet, & proinde summa debita citra respectum bonitatis 17

tatis intrinsecę vel extrinsecæ in qualibet moneta, quæ tempore solutionis in usu est, solvi potest: adeoque quod extrinsecus valor numorum interea mutatus addiderit vel dempserit, id totum lucro vel damno debitoris cedit, & ab eo vel percipitur, vel suppleri oportet, eò quòd in quibuslibet rebus, quādo extra commissam moram de æstimatione earundem agitur, præsens tempus, nempe solutionis spectatur, *l. si ita esset legatum*, 7. *l. cum certum*, 9. *l. Titia amica*, 35. *ff. de aur. & arg. l. si Kalendis*, 11. *ff. de re judic. l. fundum*, 28. *ibi: præsens æstimatio ff. de novat. & delegat. & l. hominem*, 37. *in princ. ff. mandat. junct. l. quæ extrinsecus*, 65. *ff. de verb. oblig. &* §. 1. *Instit. quib. mod. toll. oblig.* §. *præterea si quis*, 33. *Instit. de act. & l. numis*, 75. *ff. de leg.* 3. *& per plures alias decidendi rationes, quæst.* 1. *class. secund. enumerandas, Angel. in l. ult. C. de veter. numism. potest. lib.* 11. *Castrens. in l. Paulus*, 101. *num.* 3. *ff. de solut. & liberat. Budel. de re numar. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 1. *ubi latè & eleganter, Andr. Kohl exercit. legal. c.* 18. *num.* 20. *& seqq. & exercit.* 19. *num.* 29. *Curt. jun. cons.* 24. *num.* 6. *vers. accedit ad confirmationem, Menoch. cons.* 49. *num.* 14. *vers. vel ex eo, & num.* 22. *vol.* 1. *Cothm. cons.* 34. *num.* 89. *& seqq. vol.* 1. *Albert. Brun. de augment. & dimin. monet. particul. sive declarat.* 6. *num.* 3. *vers. ubi autem intervenisset*, &c. ubi licet *preced. nu.* 1. *&* 2. tradidisset, in specierum obligatione, monetæ bonitate extrinseca intra tempus contractus & solutionis mutatâ, tempus obligationis seu contractus attendi, attamen *d. vers. ubi autem intevenisset*, &c. obligationem genericam seu imaginariam excipit, statuens, si pecuniæ valor impositicius intra tempus contractus & solutionis fuerit mutatus, & pecunia in genere, puta libræ vel floreni debeantur, quod solutio secundùm valorem temporis solutionis expedienda sit.

In hujusmodi † enim generis obligatione, imò etiam aliis quandoq; numorum obligationibus, ante omnia attendendum est, quod pecunia solvenda, vel sit in obligatione, vel in facultate solvendi, quorum prius creditorem coarctat & constringit quadantenus, alterum verò eorundem liberiorem reddit. *Anton. Fab. de var. num. debitor. solution. cap.* 2. *pag. mihi* 34. *&* 35. *item c.* 5. *pag. mihi* 96. *&* 97. Ita ad obligationem, in quam certa pecunia deducta est, ea etiam talis, qualis credita seu promissa est, præstanda, & in eadem æstimanda tempus etiam obligationis seu dispositionis spectatur, ut nimirum creditor summam debitá, qualis & quanta in obligationem deducta est, seu secundum bonitatem intrinsecam & extrinsecam, qualis fuit tempore contractus, tempore solutionis etiam consequatur. In facultate verò solvendi valor seu æstimatio pecuniæ esse dicitur, qualis in qualibet alia pecunia currente & usuali tempore solutionis secundum valorem istius temporis præstari potest, *Brun. de augm. & dimin. monet. præsupposit.* 2. *declar.* 5. *nu.* 5. *arg. l. si quis stipulatus*, 57. *ff. de solut. & liberation. Budel. de re numar. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 37. 18

Quod † tantò magis procedit, & pecunia in genere debita in genere debita in quavis proba & usuali moneta tempore solutionis currente solvi potest, si instrumento obligationis adjecta fuerit clausula de solvenda pecunia credita in moneta currente tempore solutionis, in gemeiner Landlaufftiger Münze / wie sie zur Zeit der Bezahlung golten / oder gäng 19

vnd

vnd gebe sein wird/ puta si debitor confiteatur, sese suo creditori debere 100. thaleros Imper. singulos ad 28. grossos æstimatos, solvendos in moneta currente tempore solutionis, vel etiam in obligationis instrumento contineatur, quod debitor acceperit 400. floren. in 300. Thaler-Imp. ad 24. grossos æstimatis, solvendos in moneta currente tempore solutionis. Quibus casibus debitori liberum est, & sese ab obligatione illa eximere potest, solvendo illo 100. Thaleros singulos ad 28. grossos æstimatos, & in universum 280. grossos continentes, in qualibet usuali & recepta moneta, vel in thaleris etiam Impp. etsi valor eorundem ad aliquot grossos auctus fuerit modo totidem thaleros in valore secundum tempus solutionis præstet, quot prædictam grossorum summā nimirum 2800. grossos conficiunt. *Brun. in d. l. Paulus. 101. ff. de solution. & liberation. Brun. de augment. & diminution. monet. limitat. 8. num 9. Budel. de renumar. lib. 2. cap. 12. & cap. 13.* [*D. Theodor.* Reinkingk *in tract. de retract. consanguinit. q. 6. n. 358.*] Quod tamen cum hoc moderamine accipiendū est, si valor monetę tempore solutionis currens justè & legitimè mutatus fuerit, cùm quælibet locutio in vero & proprio significatu sit accipienda, nec includat legibus publicis adversantia, *l. quicquid adstringendæ, 99. ff. de verb. obligat. junct. l. Non dubium, 5. versic. nullum enim pactum, C. de legib. Surd. consil. 182. n. 3. & seqq.*

20 Alioquin † si intra tempus contractus & solutionis moneta prorsus injustè & immodicè secundùm bonitatem extrinsecam aucta vel diminuta fuerit, talisque ejusdem valor illegitimus inconstans, & non perpetuus sit, tum clausula illa de solvendis numis debitis secundùm valorem temporis solutionis nihil operatur, nec ad illam inopinatam & injustam monetæ mutationem extenditur, cùm nemo suum jactare præsumatur, *l. cum de indebito, 25. ff. de prob.* nec verba contrahentium ad istiusmodi insolitos casus, & exorbitantes monetarum depravationes porrigantur, *arg. l. quod vero contra, 14. ff. de legib. Calcan. cons. 15. n. 15. Purpurat. cons. 522. Surd. cons. 406. num. 3. & cons. 454. num. 17.*

21 Ita † pariter clausulâ illâ (monetæ currentis) simpliciter sine ulla ulteriori adjectione instrumento obligationis insertâ, puta si debitor confiteatur, sese à creditore suo mutuos accepisse 100. floren. in currente & usuali moneta, in gemeiner landläuffiger Müntze / tum dispiciendū erit, utrum verba illa ad factum numerationis, seu ad creditorem, an ad solutionē debitori incumbentē magis referantur. Priori casu & clausula illa (monetæ currentis) ad factū numerationis pecuniæ, seu ad creditorē, & ad factū obligationis relata, debitum istud etiam facta relatione ad æstimationem temporis contractus exsolvendum erit, & contrahentes de tali etiam solutione expedienda, secundùm valorem temporis contractus cogitasse censentur, *arg. l. Rutilia Polla, 69. ff. de contrah. empt. junct. l. uxorem, 41. §. testamenti, 4. ff. de legat. 3. Iohan. Aquil. de potest. monet. theorem. 1. Martin. Garrat. Laudens. de monet. num. 27. Brun. de augment. & diminut. monet. præsuppos. 2. declarat. 9.* Posteriori verò casu, si clausula (monetæ currentis) simpliciter posita, ad solutionē debitori incumbentem referatur, tum terminus solvendi in futurum tempus extensivus, &

solutio in moneta currente tempore solutionis ad æstimationem etiam ejusdem temporis explicari potest, *Budel. lib. 2. de re numar. cap. 14. num. 12. Menoch. cons. 49. n. 45. & seqq. vol. 1.*

22 Quin etiam † obligationem generis, ad nullam pecuniæ speciem restrictam, à debitore in quavis monetæ specie, ad tempus solutionis æstimatæ dissolvi posse, nonnulli Dd. nostrorum in tantum verum esse arbitrantur, ut creditori etiã invito monetam minutam obtrudi posse existiment, eò quòd minuta etiam pecunia publicè percussa, & approbata, etiam proba pecunia sit, qualis à nemine in solvendo recusari potest, *l. 1. C. de veter. numism. potestat. lib. 11. Arius Pinell. ad rubric. part. 1. cap. 3. num. 16. & 17. C. de rescind. vendit. Soaretz. recept. sent. in verb. moneta, Curt. jun. cons. 24. num. 5. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 16. num. 9. & seqq.* ubi tamen hanc sententiam cum hac moderatione accipiendam arbitratur, si creditoris nihil intersit, & solutio pro rebus minutis facienda sit, uti 1. in limitatione latiùs proponetur.

23 Cujusmodi † ad obligationem generis facultas solvendæ cujuslibet pecuniæ usualis & currentis tempore solutionis, à nonnullis eousque etiam extenditur, ut si vel massa etiam auri vel argenti in obligationem deducta sit, seu ex eadem debeatur, nihilominus debitori liceat pro massa illa aurea vel argentea, pecuniam auream vel argenteam usualem & signatam, respectivè verò argento vel ære propter sumptus monetales quodammodo contaminatam exsolvere, tum per *l. certum, 9. & l. cum aurum, 19. §. proinde, 1. ff. de aur. & argent. legat.* tum quod pecunia omnia ad æqualitatẽ reducantur, omnesque res per eam æstimentur, *l. si ita, 42. ff. de fidejuss. & mandator. Arius Pinell. ad rubric. l. 2. C. de rescind. vend. part. 1. cap. 3. num. 9. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 17. num. 2.* nisi creditoris magis intersit massam seu pondus auri vel argenti habere, quàm pecuniam, quo casu ipsi impensæ reducendæ pecuniæ solutæ ad massam, simul præstari, & omninò indemnis servari debet, *arg. d. l. Paulus, 101. & ibi Bartol. ff. de solut. & liberat. Panormitan. in d. cap. quantò, ext. de jurejur.* E contrario verò pro pecunia debitâ, invito creditori massa aurea vel argentea solvi non potest, *arg. d. l. 2. §. mutui datio, 1. & ibi etiam Decius num. 2. Alciat. num. 25. Puteigella nu. 7. Ripa num. 12. ff. de reb. cred.* [*Iacob. Aleman. in palæstra consultat. 8. quæst. princip. 1. pag. 389. & seq. vers. hinc insurgit, ubi ex Pinello notat, contrariam Bartoli opinionem non esse in usu & observantiâ*] tum verò etiam, quod merces per pecuniam solum, non verò per merces vicissim pecunia æstimetur, *d. l. si ita, 42. ff. de fidejussor. & mandat. & l. 1. in princ. ff. de contrah. empt. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 17. num. 3. 4. & 5.*

Atque † hæc sententia de permissa debitori solvendi facultate libera, in qualibet usuali moneta, tempore solutionis currente & approbatâ, ipsi tantò magis competit, si nominatim inter debitorem & creditorem convenit, ut vel Thaleros, vel species acceptas, vel æstimationem earundem reddat, quo casu debitori liberum est, æstimationẽ debitam in monetæ speciebus, tempore solutionis currentibus ad valorem etiam istius temporis præstare, etsi valor specierum creditarum intra tempus solutionis, justè tamen accreverit, *l. plerunq., 10. §. ult. in medio, ff.* 24

dio, ff. de jur. dot. Coler. de process. executiv. part. 1. c. 8. n. 34. & seqq. Hartm. Pist. lib. 3. quæst. 4. n. 1. Iohan. Fichard. cons. 30. num. 1. & seqq. vol. 1.

25 Quod † si verò nomen pecuniæ obligationi insertum, dubium sit, & duæ pluresvè ejusdem nominis monetæ seu pecuniæ summæ, & nomina collectiva in aliquo loco vigeant & concurrant, veluti Mediolani & Paphiæ Ducati usuales, & Ducati aurei, in Hassia thaleri usuales 36. & 31. alborum, in Misnia floreni 20, & 21. grossorum, & Francofurti floren. 30. & 27. alborum currunt & recepti sunt, & in instrumento obligationis expressum nō sit, de quibus Ducatis, Thaleris usualibus, aut florenis ejusdem quidem nominis contrahentes senserint, tum & ante omnia, si de mente contrahentium ex speciali pactione seu aliunde constet, ea omninò servanda est, *l. contractus, 23. ibi: nam hoc servabitur, quod in initio convenit, ff. de reg. jur. junct. l. semper in stipulationibus, 34. in princ. ff. eod. Martin. Garrat. Laudens. de monet. num. 13. Cothman. cons. 34. num. 50. volum. 1.* [quia in decidēdis quæstionibus monetariis, inprimis tenor & forma obligationis, sic ut & mens ipsa contrahentium est spectanda & attendenda, *Boër. quæst. 327. num. 3. & num. 10. vers. & ideò debet, Menoch. cons. 258. num. 1. & seq. lib. 3.* & voluntatis forma monetat opus: *ut ex glossâ scitè inquit Paul. de Citadin. in tract. de jure patronat. part. 3. caus. 1. acquir. sub n. 53.*] Sin verò de mente cōtrahentium seu speciali pactione non constet, qualitas personarum, & mos regionis consideratur, & ex eo, quod verisimile, & pecuniæ diversi nominis qualitas seu quantitas in obligationem deducta dijudicatur, *arg. l. cum servus, 39. §. scio, 6. ff. de leg. 1. l. nummis, 75. ff. de legat. 3. d. l. semper in stipulationibus, 34. ibi: si non appareat, quid actum est, erit consequens, ut id sequamur, quod in regione, in qua actum est, frequentatur, & ibi Dd. communiter, ff. de reg. jur. c. inspicimus, 45. ubi Dyn. & Canonistæ de R.I. in 6. Ioh. Aquil. de potestat. & utilit. monet. part. 2. theorem. 10. in princ. Brun. de augment. & diminut. monet. præsupposit. 2. in præmiss. num. 12. versic. propter quod ex mente Bartoli, & num. 14. prope fin. Francisc. Curt. de monet. num. 29.* [*Iohan. Guid. Volaterran. in tract. de mineralib. lib. 3. tit. 9. num. 56.* Quò pertinet, quod monetâ diversi valoris occurrente, de usitatiori partes egisse videantur, *l. si servus plurium, 50. §. fin. ff. de legat. 1. Iacob. Aleman. in palæstr. consulat. 8. quæst. princ. 1. partit. 18. pag. 522. vers. & si moneta.*] Quod si verò nec de mente contrahentium, nec de consuetudine regionis constare possit, qualis moneta ejusdem nominis & diversæ æstimationis in obligationem deducta sit, tunc dispiciendum erit, utrum de sorte seu capitali, uti vulgus appellat, aliquot annuæ præstationes factæ, seu usuræ solutæ sint, & tunc sors talis esse seu deberi censetur, quales sunt præstitæ pensiones annuæ, *l. cum de in rem verso, 6. ff. de usur. & fructib. Angel. Ias. & Dd. in l. si certu annis, 28. Cod. de pact. Brun. de augment. & diminut. monet. præsupposit. 2. declarat. 1. nu. 6 vers. & si de valore, Cothman. cons. 34. n. 47. vol. 1.*

Quod si denique nec de mente contrahentium, nec de qualitate & consuetudine regionis, nec etiam ex solutione pensionum in hoc dubio casu de quantitate & qualitate monetæ ejusdem nominis & diversæ æstimationis constare possit, tum id sequimur, quod minimum est, & pro reo seu debitore, ut minorē summam seu pecuniæ speciem solvat, fit interpre-

terpretatio, *l. si ita. 12. l. cum 41. §. quotiens 1. in fin. ff. de verbor. obligat. d. l. semper in stipulationibus, 34. in fin. ff. de Regul. Iur. cap. in obscuris, 30. de Reg. Iur. in sexto. Brun. de augm. & diminut monet. præsuppos. 2. n. 12. & 15. Berlich. part. 2. practicab. conclus. concl. 37. num. 37. Ioh. Fichard. consil. 28. n. 5. versic. his iterum cessantibus, vol. 1. Cothman. d. consil. 34. n. 49. vol. 5.* [Sic & sub legato monetæ in dubio minima moneta intelligitur, *l. numus indistinctè legatus, receptum est, ut exiguiores legati videantur, 75. ff. de legat. 3. Nav. in remission. ad eand. leg. num. 1. Iacob. Aleman. in palæst. consult. 8. quæst. princ. 1. partit. 18. pag. 519. vers. sicut & sub legato.*] Quod idem etiam obtinet, si pecunia debita & in obligationem deducta, de diversis speciebus seu summis quidem intelligi possit, una tamen moneta magis usitata sit, quam alia, tum enim iterū pactio contrahentium attendi debet, eademque verò deficiente, consuetudo loci seu subsecuta pensionis solutio, & denique hisce etiam deficientibus, idipsum, quod minimum, & debitori solutu facilius est, sequimur, *argumento l. semper in stipulationibus, 34. ff. de Regul. Iur. latè & eleganter Brun. de augm. & diminut. monet. d. præsuppos. 2. in præmiss. num. 16. & seqq.* veluti alias etiam quando diversæ species seu quantitates pecuniæ in loco aliquo frequentantur, nec constare poterit, de quanam contrahentes senserint, conditio melior est debitoris, & ipsi electio conceditur, in quanam specie seu quantitate solvere velit, *Angel. in l. fin. C. de veter. numism. potest lib. 11. Francisc. Curt. in tract. de monet. n. 29. versic. duodecimò quæro &c. & ad d. l. cum quid, 3. ff. de reb. credit. Andr. Kohl exercitat. legal. cap. 18. num. 22. in fin.* [*Ioh. Guid. Volaterr. in tract. de mineral. lib. 3. tit. 9. n. 62.*]

Quod si † verò inter monetas ejusdem nominis & diversæ æstimationis propter diversitatem loci contractus & destinatæ solutionis diversitas existat, & in loco contractus & solutionis unius quidem nominis moneta sed diversæ æstimationis vigeat, tum statutum & consuetudo loci destinatæ solutionis attenditur, & secundum illum solutio à debitore expedienda est, *l. contraxisse, 21. & ibi Zas. & Dd. ff. de oblig. & act. l. heres absens, 19. §. ultim. & ibi: Bald. Angel. Albert. & alii ff. de judic. l. vinum. 22. vers. si convenisset, ut certo loco redderetur, quanti eo loco esset, & ibi: Dd. ff. de reb. credit. Ioh Andr. in cap. in obscuris. de reg. jur. in sexto, Budel. de renumar. lib. 2. c. 21. n. 6. & seqq. Nicol. Everhard. consil. 78. vol. 2.* 26

Cæterùm † prædicta conclusio de solvendis numis, æstimatione tantùm seu in genere creditis in moneta usuali seu currente tempore solutionis, secundùm etiam valorem istiusmodi temporis aliquot modis limitatur. 27

1. Limitatio.

Et Primò quidem si creditori intersit, pecuniam aliam pro oblata accipere. Ut maximè enim legitima & proba pecunia qualiscunque etiam ad obligationem in genere seu ad æstimationem soluta, vel à debitore oblata regulariter recusari nequeat, *l. 1. C. de veter. numismat. potest. lib. 11.* attamē si creditor ex redditione alterius monetæ, quam credidit, damnum aliquod sensurus sit, atque ita revera ipsius intersit, tum oblatam aliam pecuniam recusare, & aliam creditæ pecuniæ congruam exigere potest, *l. debitorem, 99. ff. de solut. & liber. Coler. de process. exec. p. 1. c. 10. n. 7. & seqq. Zanger. de except. part. 3. cap. 1. n 164.*

Treutler. vol. 1. disp. 20. th. 12. lit. A. & vol. 2. disp. 29. th. 2. lit. C. [*Wehner, observat. pract. lit. G. verb.* Goldgülden / *pag. 257. ibi: id tamen non procedit, si aliter expressè pactũ, vel creditor damnum passurus esset. Anton. Sola ad consut. antiq. Sabaud. tit. de pact. int. empt. & vend. decreti ex frequent. pr. part. gl. un. nu. 71. & seq. Menoch. cons. 258. n. 6. lib. 3.*] Cujusmodi interesse creditoris esse potest, si ipsi pro credita moneta aurea debitor solvere velit argenteã, vel pro pecunia credita aurea vel argentea obtrudi velit pecuniam nigram, ære contaminatam, vel etiam pro pecunia grossa minutam cumprimis verò minutissimam. Quando enim hujusmodi solutione creditor gravaretur; utpote qui recepta pecunia credita in eadem qualitate, qua credidit, eandem ad usus suos puta negotiationes, solutionem æris alieni commodius convertere & expendere, pecunia item pura pro ære contaminata facilius asservari, in alia loca minori cum molestia & periculo trãsferri, imò facilius etiam quam minuta pecunia numerari & ponderari possit, creditori talem oblatam pecuniã deteriorem repudiare, & meliorem, uti credita est, exigere permissum est, *d. l. debitorem, 99. ff. de solut. & liberat. Iohan. Fab. in §. 1. n. 2. instit. quib. mod. toll. obligat. Brun. de augm. & diminut. monet. præsupposit. 2. in præmiss. num. 2. & 3. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 16. num. 13. & seqq. usq; ad fin. Zanger. de except. part. 3. cap. 1. n. 166. & seqq. Cothm. consil. 34. n. 41. & 42. vol. 1.* Quin interdum creditoris etiam interest, vel ejusdem etiam speciei in qua crediti sunt, numos à debitore oblatos non solvi aut recipere, puta si debitor à creditore fortassis acceperit Thaleros imperiales antiquiores seu Saxonicos ligæ melioris, & creditor debitori solvere voluerit meros Thaleros Hollandicos, quales in liga & pondere nonnihil defecerunt à thaleris Imperialibus cæteris cum primis Saxonicis, tum etiam ob ejusmodi interesse tales Thaleri Hollandici aliquanto debiliores thaleris creditis Saxonicis seu veris Imperialibus, etiam à creditore recusari possunt, *Budel. de re numar. lib. 2. cap. 16. num. 22.*

28 De solutione † verò minutæ pecuniæ, cujus resolutio ad pristinam materiam propter majorem admixtionem æris aliquanto difficilior est, in Constitut. Imp. proditum reperitur, quod numorũ minorum, qui 75. cruzigerorũ precium non excedunt, in summa etiam majore nemo ultra 25. floren. recipere teneatur. *Ordin. Monetar. Ferdinand. I. Imper. de anno 1559. §.* die jtzo gemeldt, ibi: Doch was vnter den 5. Creutzern / soll niemand verbunden sein / solcher Müntz über 25. fl. in Bezahlung vnd vor Wehrschafft anzunehmen / *quod idem in Recess. Imp. Ratisbonensi de anno 1576. §.* Insonderheit wollen wir hierbeneben vnser / rc. *ubi sub pœna confiscationis istiusmodi minutæ monetæ repetitum est. Petr. Denais. de jure Camer. in verb. monetarium edictum num. 45.* [Concordat deß Niedersächsischen Kreyses Müntz / Edict. 30. Jan. anno 1568. §. Ferner vnd dieweil / in verbis: dieweil die in der Reichßmüntz Ordnung bestimpte Müntzen / biß zu den 5. Creutzern in allen Bezahlungen / wie auch die Summen sich erstrecken / sollen genommen werden: Also wird vor billich erachtet / daß gleicher Gestalt / die in diesem Bedencken specificirte sorten biß vff den Silbergroschen vnd einfachẽ Schilling inclusivè, von niemand in Bezahlung

lung zu nehmen geweigert werden sollen: Es wehre dann/ daß die Verschreibungen außtrücklich auff Goldgülden / oder gantze Thaler weren gerichtet: auff den Fall blieb es billich bey dem Buchstaben der verschreibungen/ die geringere Sorten aber / so vnter den Silbergroschen oder Schillingē / vnd in der Reichs Ordnung zugelassen sein / soll niemand über 25. Gülden/ den gülden zu 21. Silbergroschen oder 24. Schilling Lübecks gerechnet in Bezahlung anzunehmē schuldig sein.]

29 De Penningiis † autem & Helleris seu obulis in Constit. Imp. cautum est, quod eosdem in dissolutione majuscularum summarum nemo recipere teneatur, *d. Ordinat. monetar. de anno* 1559. §. Es soll auch niemand in einiger grossen Bezahlung wenig oder viel Pfenning wider seinen Willen zu nehmen nicht schuldig sein. *Zanger, d. tract. de exception. part. 3. cap. 1. num. 165. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 16. n. 20. Petr. Denais. de jur. Camer. lit. M. in verb. monetarium edictum, n. 3. & n. 7.* [Confer ad hanc partem *Virgil. Pingizer. quæst. Sax.* 40. *num.* 20. *& seqq. Besold. in thesaur. pract. lit. T. n. 8. verb.* Thaler / *vers. verba*, 30. harte Thaler / *pag.* 775. *& seq. Iacob. Aleman. in palæstr. consult. 8. quæst. princip. 7. pag. 818. & seqq. Wehner. obs. pract. lit. G. verb.* grobe Reichs Müntz / *pag.* 268. *& verb.* Goldgülden / *pag.* 257. *vers. ubi & hoc statutum, quod clausula, Herman. Lather. in tract. de censu, lib. 3. cap. 10. num. 80. & seqq. Bocer. de jure monet. cap. 2. n. 79. & seqq. D.* Reinkingk *de retract. consang. quæst. 6. n. 365. & seq.*]

30 Quod si † verò de prætenso hujusmodi interesse creditoris, intra ipsum & debitorem conveniri nequeat, Judex adeundus erit, qui omnia pro discretione & arbitrio suo ex æquo & bono moderabitur, & tam creditoris, quàm debitoris rigorem superstitiosum submovebit, ita ut neque onerosus creditor, neque delicatus aut contumax debitor prorsus audiantur, sed æquitatis ratio ante omnia habeatur, *arg. l. si servos, 25. in fin. ff. de pignerat. act. junct. l. placuit, 8. C. de judic. gloss. 1. inc. ut præterita, 45. ext. de elect. ad verb. expensa necessaria, Budel. de re numar. lib. 2. cap. 16. nu. 23. & 24.*

2. *Limitatio.*

Secundò † prædicta conclusio de solvendis numis debitis, ad obligationem generis in moneta currente, & usuali secundùm valorem temporis solutionis etiam limitatur, si mutatio valoris monetæ non perpetua, sed interrupta, seu modici tantum temporis, & inconstans fuerit, tum enim variatio istiusmodi modici temporis tanquam incerta non attenditur, sed solutio in moneta currente & usuali, secundùm valorem communem, & edictum monetarium perpetuū, *argum. l. 1. ff. de contrah. empt. & l. numis, 3. ff. de in lit. jurand.* seu tali edicto monetario perpetuo deficiente, secundùm tempus contractus facienda est, *argum. l. pretia rerum, 63. §. ult. ibi: non ex momentis temporum, nec ex ea, quæ rarò accidat paritate, pretia constituantur, ff. ad L. Falcid. l. Paulus, 101. ff. de solution. & liberat. Panormit. in cap. quantò, 18. col. penult. extr. de jurejurand. Covarruv. de veter. numism. Collat. cap. 7. §. 1. num. 4. vers. sexta conclusio, Molin. in d. tract. de usur. & fruct. quæst. 93. num. 718. vers. facit quod variatio, & quæst. 100. num. 777. Anton. Gabriel. sub tit. de solut. conclus. 2. num. 19. Brun. de augment. & dimin. monet. partit. 14. Laudens. de monet. n. 19.* [*Iohan. Guid. Volaterran. in tract. de mineralib. lib. 3. tit.* 31

3.tit.9.num.83.Besold.part.2.consf.60.nu.22. consf.61.num.25.& seqq.& consf.62.num.20.& seqq. Etenim pro nummo, sive für ein Wehrung haberi illa æstimatio nequit, quæ perpetuo haut existat, *Besold.d.consil.61.num.22.* cum Wehrung dicatur ex eo, quod monetæ perpetuam æstimationem habere debeat, referente itidem *Besold. in thesaur.pract.lit.W.nu.25.verb.* Wehrung / *ad fin.& iterum part.4.consil.194.num.22.* ubi dicit: Nuhn seind solche Wort / gute gangbare Wehrung / 2c. in allweg von gerechter Müntz vnnd Werth / ubi inprimis secundùm *l.1.ff.de contrah.empt.* perpetua æstimatio adesse debet, für gute / nicht aber von dero etlich Jahren vorgewesener Temporalmüntz / damit man beständig kein Guth kauffen / noch auch Gülden vor Gülden außleyhen / oder sicherlich Schulden bezahlen können / zuvermercken.]

32 Quod usque adeò † verum est, ut si spes sit, pecuniam de proximo seu brevi ad pristinum suum valorem reductum iri, & creditori inprimis reservanti jus suum à debitore solutio in moneta brevi diminuenda fiat, debitor ex omni parte non liberetur, sed supplementum insuper, quod creditori secundum valorem monetę perpetuum deficit, eidem adhuc supplere teneatur, *argum.l.divortio,7,§.interdum,15.ff.solut.matrim.Brun.in l.1.§.1.ff.si quis testam.lib. esse juss. Bald. in l.2 de peric.& commod.rei vendit.Brun.de augment. & dimin. monet.præsuppofit.2.declarat.14.num.2.*

3. *Limitatio.*

33 Tertio † ad obligationem in genere etiam pecunia usualis, secundùm valorem tempore solutionis creditori solvi seu reddi nequit, si monetæ valor seu bonitas extrinseca prorsus injustè ex lucro & avaritia Principis seu Domini juris monetalis creverit, seu auctus fuerit, puta si Aureus Rhenensis tempore contractus valuisset duobus florenis, tempore solutionis verò propter abusum monetarum, & corruptionem earundem florenis sex, tum etiam propter injustum illud augmentum Aurei Rhenensis ad sex florenos, qui tempore contractus duobus tantùm florenis usualibus æstimatus fuit, creditor aureos vel argenteos in tam inæquali & iniquo valore, respectu temporis contractus recipere non tenetur: tum quod in contractibus & conventionibus ratione damni & lucri, inter creditorem & debitorem rationabilem æqualitatem servari, nec alterutrum eorum nimium lædi, seu contractus claudicare oporteat, *arg l.si pater puellæ,12.C.de inoffic.testam. l.1.ff.de rescind. vendit. l. Iulianus, 13.§.si quis à pupillo,19.ff.de act.empt. & vend. junct.l.majoribus,3.in fin.C.commun. utriusq, judic.* tum verò etiam quòd mutatio monetæ de modica usuali & consueta, qualem boni & justi Principes admittere solent, non verò de subitanea illa immodica, insolita & injusta monetarũ mutatione tempore solutionis, qualis valori eorundem tempore contractus prorsus nõ congruit, intelligenda sit, *argum.l. quid verò,14 l.15.l.16.ff.de legib.* Nec Princeps per subitaneam illam mutationem veteres contractus irritasse, sed in tali singulari & insolita mutatione, respectum ad monetam tempore contractus non exclusisse, aut creditoris juri tantoperè non præjudicasse censeatur, *argum.l.1.§.merito, &c. §.etsi quis à principe,16.ff.ne quid in loc.publ. vel in fin.fiat,l.nec avus,4. C.de emancipat. liberor. cap.ex tuarum,5.ext.de author. & usu pallii,*

veluti

veluti etiam ex natura correlativorum à Principe subitò propter certū aliquod lucrum diminuta moneta a debitore nō in invalido, injusto & diminuto, sed justo & consueto nihilominus solvi potest, *Iason.in l.quod te mihi,num.16.ff.de reb.credit. Laudens. de monet.num.13.& num.14.per tot. Iohan. Aquil. de monetar.potest.part.2 concl.2. Budel.de re numar.lib.2.cap.17.n.7.& 8.And. Kobl.exercitat.legal.19.limit.6.num.34. Berlich.pract. conclusion. part.2. conclus.36.n.29. Menoch. consil.49.num.38.vol.1.ubi cum Carol. Molin.* vel inprimis hanc raram & insolitam mutationem à contractibus excludendam esse autumat. *Olrad.cons.250. incipit.factum tale, Cothm d.cons.34.num.82. vol. 1.* Et secundum hasce limitationes etiam in facultate Juridica Academiæ Giessenæ (in qua alias & regulariter circa reddendam pecuniam ad æstimationem seu in quantitate generica creditam valor numorum tempore solutionis currens observatus fuit) inprimis ad finem anni 1622. & seq. anno 1623. aliquoties responsum fuit, quod nimirum creditor sortem, inprimis ex veteri aliquo contractu sibi debitam, in quam pecunia grossa & proba in exiguo tum temporis valore deducta fuerit, & à debitore partim in numis minus probis & brevi reprobandis, partim in probis, sed in maximo seu immodico valore sibi oblatam justè recusaverit, & debitor hodierno monetarum abusu & edictis monetariis temporalibus & ad inhibendum tantum ulterius incrementum valoris monetarum emissis non obstantibus, solutionem in proba & justa moneta vel secundùm valorem justi & perpetui edicti monetarii, aut in defectum ejus secundum valorem temporis contractus facere teneatur, vernacula nostra, daß der Glaubiger/ daß bevorab von einem alten Contract herrührenden Capital / so damals an guten harten Müntzsorten / in damaligen geringen valor außgelegt vnd dargeschossen worden / vnd vom Schuldener theils in vntüchtigen abfälligen geringē Müntzen / theils in guten Sorten / aber doch in vbermässigem ersteygerten valor, jhme dem Glaubiger angebotten / anzunehmen sich billich Verwegert / vnd er der Schuldener / der jetzo eingerissenen schädlichen Mißbrauch im Müntzwesen / vnd darüber außgegangener vnbeständiger auch particular vnd interims Müntzordnungen / so nur allein zu verhütung grösserer ersteigerung der Müntzsorten angesehen / ohnerachtet / an gutē tüchtigen gangbahrer vnnd mehrentheils harter Müntzsorten / der Reichs Ordnung gemeß / vnnd weder nach einem Rechtmässigem beständigē Müntz edict, oder in mangel solcher Müntzordnung nach der Zeit deß Contracts / das Capital abzustatten / vñ solcher gestalt die Bezahlung zuthū schuldig seye.

34 Ita † pariter & vicissim propter paritatem rationis, quod contractus claudicare non debeant, *argm. l.1. de rescindend. vendit, & l. Iulianus, 13. §. si quis à pupillo, 29. ff. de action. empt. & vendit.* & quod debitor & creditor correlativa sint, & proinde quod de uno statutū reperitur, idipsum in altero quoque statutum esse intelligatur, *l.fin.C. de indict. viduit.tollend. Bl.in l.fin. num.23. ibiq. Alberic.de Rosate num. 13. Cun. num. 14.& n. 22. C. de edict. Div.Hadr.toll. Menoch.de adipsc. possess. remed. 4.num.53. & & n, 108.* [*Cardin Tusch. pract. concl.tom.2. lit.C. conclus.1055.num.10.cum similib. apud Wilhelm.*

Wilhelm. Anton. de rescript. morat. conclus. 58. *nu.* 32.] cum facultati Juridicæ Gissenæ anno 1623. facti species ex inferiori Saxonia offerretur, ubi debitor consulens anno 1621. quo tempore immodica ista & incerta æstimatio monetarum in circulo illo adhuc viguit, 20000. Thalerorum usualium, in- 4000. Thalerorũ Imper. singulis eorundem ad- 5. Thaleros usuales æstimatis, mutuos accepisset, quos, monetarum valore in Inferiori Saxonia in tantum diminuto, & ad pristinum valorem redacto, ut inter Thalerum Imperialem & usualem, quoad æstimationem eo in loco an. 1623. nihil amplius interfuisset, istiusmodi viginti millia thalerorum usualium in quatuor millibus thalerorum Imperialium accepta, in 20000. thalerorum Imp. restituere impetretur, atq; ea ratione reipsa longè ultra duplum, imò ad quadruplum etiam læsus esset, 2. Februarii, anni 1623. consulenti respondit, nisi ipsemet tempore contractus istiusmodi viginti millia thaler. usualium redimendo fortassis antiquas obligationes, aut consimile quid negotiando in vim thalerorum usualium veterum expendisset, atque mutuando illam pecuniam civitatem creditricem à consimili veterum monetarum obligationum luendarum, vel amittendarum commodo exclusisset & impedivisset, quod consulens iste loco acceptorum 200000. thalerorum usualium, in totidem Thaleris Imper. aliòve simili probæ monetæ genere in tanta diminutione æstimationis monetarum civitati creditrici non reddere teneatur, sed istiusmodi immodicæ læsionis ratio perpensis probè omnibus circumstantiis, cumprimis immodici damni & lucri, ex æquo & bono à judice habenda, & omnia ad æqualem quandam & justam quantitatem accuratè attento facto debitoris circa acceptam pecuniam, & pro ratione privilegiorum civitatis, ejusdemq; Xenodochiorum, in quorum utilitatem & sustentationem pauperum, istiusmodi pecunia antiquitus erogata simul prætendebatur, reducenda, omniaq; prius exactè deducenda & examinanda sint.

SECTIO SECUNDA Secundæ Quæstionis, de numis in genere, seu summa collectiva creditis.

UTRUM VIDELICET DEbitor, qui summam collectivam seu quantitatẽ genericã, puta per certum numerũ florenorum, seu thalerorum usualium, in probis & justis monetis, justoq; & legitimo earundem valore accepit, tempore immodici valoris monetarum earundemq; summi abusus, in tali injusto & nimio valore summam debitam creditori suo reddere, an verò creditor eandem oblatã juste recusare, vel etiam si ignoranter seu errore talem pecuniam improbam seu injusti valoris, à debitore suo accepit, post reductionem monetarum ad justum valorem defectus, supplementum ab eodem adhuc petere possit?

P Sum-

SUMMARIA.

1 *Monetæ valor secundùm tempus solutionis non attenditur, si valor grossæ monetæ speciesve, propter depravatas minutas monetas auctus fuerit.*

2 *Monetis grossis, propter depravatas multiplicatas minores monetas in valore adauctis, eæ reipsa & in effectu non auctæ, sed in pristino valore adhuc consistere censentur.*

3 *Debitor creditori suo pro accepta justa & proba moneta, monetam deterioratam vel debilitatam solvere nequit.*

4 *Debitor creditori, in diminuta & debilitata moneta solvens, eidem defectum intrinsecæ bonitatis, secundùm tempus cõtractus supplere tenetur.*

5 *Debitor qui probam monetam in justo valore accepit, creditori suo etiam probam monetam in injusto & immodico valore solvere nequit.*

6 *Monetarum grossarum auctus valor, in dubio illicitus esse, & ex debilitatione & multiplicatione minutarum monetarum provenisse censetur.*

7 *Debitor creditori pro accepta proba pecunia, debilitatam vel probam in injusto & immodico valore solvens, pro accepto beneficio damnum infert, quod omni jure est prohibitum.*

8 *Commoda quem sequuntur, eundem etiam sequi debent incommoda.*

9 *Beneficium accipiens ad gratitudinem obligatur jure naturæ, & quod sibi vult fieri, alteri etiam facere debet.*

10 *Creditor propter interesse, & magnum detrimentum suum pecuniam debilitatam, aut probam quidem, sed immodico valore à debitore suo, cui probam & justi valoris pecuniam credidit, recipere non tenetur.*

11 *Pecuniæ probæ & depravatæ, quoad damna & lucra inter se collatio.*

12 *Fraus rei numariæ Anno 1610. & seq. tam evidens fuit, ut ab omnibus animadverti, & manibus quasi palpari potuerit.*

13 *Numos mutuò acceptos creditori in eadem quantitate, qualitate & bonitate, qua crediti sunt, à debitore reddi oportet.*

14 *Fraus & turpis cauponatio monetaria per debilitatas monetas, aut probas etiam in immodico & injusto valore, aliquot evidentibus exemplis declaratur.*

15 *Numis debilitatis aut probis etiam, sed in immodico & injusto valore solutis, creditores imò Fundatores etiam beneficiorum cum Stipendiariis & Alimentariis, non solùm pensiones, sed etiam maximam sortis seu beneficii partem amittunt, ubi exemplo declaratur.*

16 *Numos debilitatos aut probos etiam, sed in injusto & immodico valore solvi jure communi & Constitutionibus Imperii omninò est prohibitum.*

17 *Legæ Imperiali seu pedi monetarum argenteorum numi Annis præteritis scilicet 1621. 622. & 623. currentes non fuerunt conformes.*

18 *Monetæ etiam multiplicis, & non approbatæ formæ seu characteris in Constitutionibus Imperii sunt prohibitæ.*

19 *Monetarum grossarum probarum conversio in deteriores & minutiores, earumq́; multiplicatio omninò est prohibita.*

20 *Solutio facta contra expressas leges & Constitutiones Imperii ipso jure nulla est.*

21 *Moneta grossa propter debilitatas & multiplicatas minores monetas in valore aucta, tum demum efficaciter solvi potest, si debilitatio ista & valoris auctio non nimia, sed modica, & vix sensibilis sit.*

22 *Monetam probam à debitore oblatam, creditor*

ditor etiam sub pœna recipere tenetur, nisi ipsius intersit.

23 Thalero imperiali ad quinq; florenos æstimato, vel quinq; florenis grossorum minorum & debilitatorum, hodie non tantum mercis comparari potest, atq; olim sesqui floreno grossorum meliorum, seu thalero Imperiali, ubi sesquifloreno æstimabatur.

24 Grossorum præteritis annis usitatorum debilitatorum vix tres unum veterem grossum & vix 72. unum florenum veterem 18. grossorum conficiebant.

25 Plus petens quam solvi debetur, pœnam incurrit, & usurariam pravitatem committit.

26 Floreni, thaleri usuales, libra & similes summæ collectivæ tanquam incorporales sine bonitate intrinseca juxta valorem tantùm considerantur, si numi ita collecti debitæ substantiæ quantitatis & qualitatis sint.

27 Pecuniæ tria substantialia sunt requisita, ut nimirum proba sit materia, debiti ponderis & justi valoris.

28 Debitor creditori pro acceptis thaleris usualibus vel florenis in proba justaque valoris moneta, postea creditori summam debitam in monetis deterioratis, vel probis etiam in injusto & immodico valore solvere nequit, sed defectum intrinsecæ bonitatis ad tempus contractus supplere tenetur.

29 Floreni & thaleri usuales suam etiam habent intrinsecam bonitatem, ratione nimirum numorum cumprimis veterum grossorum, semibaciorum, crucigerorum & numorum ex quibus conficiuntur.

30 Edicta monetaria particularia nonnullorũ circulorum seu particularium Statuum Imperii, quatenus consistant?

31 Edicta monetaria particularia Statuum Imperii, præterito tempore circa summum monetarũ abusum provisionalia tantum & temporanea fuerunt, nec edictis monetariis Imperii perpetuis quicquã derogant.

32 Tolerantia & permissio approbationem non operatur.

33 Contractus claudicare non oportet, sed in iisdem par debitoris & creditoris debet esse conditio.

34 Debitor, qui tempore abusus monetarum summam florenorum vel thalerorum usualium in monetis deterioratis seu probis, sed in maximo & immodico valore accepit, tempore abrogati abusus rei monetariæ & monetis probis ad justum valorem reductis, non in diminuto illo & reducto valore, sed in valore immodico secundum tempus contractus solvere potest.

35 Pacto etiam speciali effici nequit, ut debitor qui tempore abusus monetarum florenos leves in debilitatis nimiúq; valoris monetis accepit, tempore abrogati abusus monetarum fortes & bonos florenos, in probis justiq; valoris monetis præstet.

36 Creditor, qui tempore abusus monetarum pro florenis probis & fortibus, florenos leves accepit, an eosdem uti accepit, creditoribus suis invitis obtrudere, aut abrogato abusu monetarum à debitore suo supplementum defectus repetere posit? num. 37. & seqq.

38 Remedium L. 2. de rescind. vendition. regulariter in actibus liberatoriis locũ non habet.

39 Læso in solvendo succurritur, quando errore facti, vel juris etiam dubii integrum debitum non recepit.

40 Læso in solvendo etiam succurritur, si is facto debitoris circumventus sit, quo minus integrum debitum consecutus fuerit.

41 Læso per solutionem etiam subvenitur, si is in solvendo enormissime ultra dimidium læsus fuerit.

42 Restitutio in integrum ex enormissima læsione in

ne in nulla dispositione, quam arcta & generalis etiam sit, exclusa esse censetur.

43 *Creditor in solutione pecuniæ, quoad intrinsecam vel extrinsecam bonitatē læsus supplementum defectus adhuc consequi potest, si initio adversus talem solutionem protestatus fuerit, pecuniamq; cum reservatione receperit.*

44 *Solvens rem debitam deterioratam aut nummos reprobos non liberatur ab obligatione.*

45 *Pecunia brevi reprobanda habetur pro reprobata, nec verum pecuniæ usum præstare potest.*

46 *Pecuniam viliorem postea diminutam solvens, creditori supplementum defectus intrinseca bonitatis relatæ ad tempus cōtractus, præstare tenetur.*

47 *Statuta & edicta monetaria Statuum Imperii non oportet reddi elusoria.*

48 *Monetarium edictum universale Romani Imperii Statibus ejusdem immutare non licet.*

49 *Statutum roborans solutionem, eamq; retractari prohibens, restitutionem in integrum non excludit.*

1 PRæterea † coronidis loco conclusio etiam in specie limitatur; & monetæ valor tempore solutionis currens non attenditur, quando valor grossæ monetæ speciei ve non authoritate superioris alio ve permisso modo, debita ve proportione, sed propter invectum majorem numerum minoris monetæ ejusdemque depravatæ & nimium ære contaminatæ, quod circa hunc casum in dubio etiam præsumitur, adauctus est, tum enim obligatio pecuniæ genericæ etiam non super certis speciebus monetarum, sed super florenis, thaleris, marcis, aliave pecuniæ quantitate generica seu imaginaria, uti vulgò loquuntur, contracta per pecuniæ currentis species majores, non in injusto illo & adaucto valore, propter depravatam & multiplicatam minorem pecuniam dissolvi potest, sed justæ & probæ monetatā species in justo etiam, legitimo & perpetuo valore creditori pro dissolvenda obligatione seu luendo pignore præstandæ sunt, cum deterioratis & debilitatis minoribus monetis, per quas majores æstimantur, *de quo vide pulchrè adferentem Ioh. Guid. Volaterran. in tract. de mineralib. lib. 5. tit. 9. num. 61.* easdem majores etiam, quoad valorem necessariò augeri oporteat. *Carol. Molin. de usur. & fruct. lib. quæst. 91. num. 704. Philipp. Corn. consil. 279. & consil. 187. in fin.*

Quinimo † propter debilitationem 2 minorum monetarū aucto valore grossarum monetarum, is reipsa & in effectu auctus nō videtur, quantum enim majores monetæ, puta ducati, aurei vel thaleri Imperiales seu regii aucti sunt in valore seu numero minorum monetarum, puta denariorum, alborum, cruciatorum vel penningorum, tantò eædem minores monetæ debilitatæ sunt in materia & pondere, licet in veteri manserint æstimatione, ideoque in quantum minores novi nummi quoad bonitatem intrinsecam decrescunt & multiplicantur, in tantum grossas monetas in bonitate intrinseca conservatas, quoad valorem seu bonitatem extrinsecam crescere oportet, respectu verò antiquarum minutularum monetarum meliorum, majores monetæ in eadem ęstimatione & valore imposititio in effectu conservantur, veluti in hunc usq; diem thalerus Imperialis non pluris

pluris quam 24. grossis veteribus, quales ante 30. annos secundùm Constitutiones Imperii cudebantur, æstimari potest; quorum grossorum veterū quilibet cum, ante quinque & sex annos usitatorum & currentium grossorum contra constitutiones Imperii deterioratorum & multiplicatorum, quoad bonitatem intrinsecam, quandoque triplo, quadruplo, imò tandem etiā quintuplo, sextuplo exuperaverit, non mirum fuit thaleri Imperialis valorem impositium propter deterioratas & multiplicatas minores monetas adauctum, & pro ratione debilitationis monetarum minorum quandoq; duobus, tribus, quatuor, quinque vel sex etiam florenis æstimatum fuisse.

3 Qua † de causa nihil magis iniquum esse videtur, quàm ex injusto & immodico valore impositio grossæ monetæ, qualis ex prohibita debilitatione, depravatione & multiplicatione minutarum monetarum provenit, respectu verò verò veterum minutarum monetarū, tempore contractus usitatarum, secundùm æstimationem super florenis vel thaleris usualibus obligatio forte inita est, lucrū quærere, & exinde à summa debita contra creditorem suum, qui multoties debitori suo credendo pecuniam, tempore necessitatis benefecit; legitimam defalcationem velle afferere, ac proinde creditori, qui debitori suo pecuniam probam & justam, in justo etiam & legitimo valore credidit, contra voluntatem suam nec tempore abusus monetarum currente debilitata & multiplicata minori moneta, nec etiam in grosâ non debilitatâ pecuniâ, secundùm tum temporis injustam & immodicum valorem ex prohibita debilitatione & multiplicatione minutæ pecuniæ provenientem, solutio obtrudi potest, sed debitori, qui probam & justam pecuniam in justo & legitimo valore accepit, talis etiam justa & legitima solutio in probâ & justâ pecuniâ, justoq; & legitimo valore injungenda est, *Anton. Faber de variis numor. debitor. solut. cap. 6. Carol. Molin. de usur. & fructib. quæst. 92. num. 707. vers. hæc enim est vera, Cardin. Tuschus commun. conclus. 349. num. 14. Bald. consil. 499. in fin. Rubeus cons. 17. nu. 7. Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 2. num. 27. & inprimis num. 33. & 34. Hiller. quæst. monetar. tertia Spira in 8tavo, Anno 1623. edita, ejusdemq; Additionator ad illam quæst. pag. mihi 98. §. sententia ergo ab Hillero defensa, &c.* Quorum sententiam interea etiā approbarunt *Author responsi monetarii singularis super hac quæstion. Noriberga*, bey Simon Halbmeyern/ *Anno 1623. item Author trium Responsorum Monetariorum Augusta Vindelicorum*, durch Andream Apergern/ *Anno 1623. & inprimis etiam Besold. Respons. monetar. 1. Francofurti*, bey Johan Friderich Weyssen/ *Anno 1624. editis.*

Rationes decidendi.

Primò † enim debitore creditori solutionem facere intendenti, in debilitata, seu tam in pondere, quàm in materia diminutâ, minimumq; ære contaminata minuta pecunia ab omnibus penè Interpp. communiter receptâ regulâ constat, quod moneta in bonitate intrinseca intra tempus contractus, & faciendæ solutionis diminutâ, solutio vel antiqua moneta, vel de nova moneta ad æstimationem tamen antiquæ facienda sit, adeoque debitor creditori æstimationem defectus novæ monetæ, respectu veteris 4

quoad intrinsecam bonitatem supplere teneatur, *argum. l. 1. in princ. ff. de contrahend. empt. & l. 1. C. de veter. numism. potestat. lib. 11. junct. l. id quod nostrum, 12. ff. de reg. jur. Bartol. in l. cum quod, 3. ff. de reb. credit. Nicol. Boër. decision. 327. Mynsing. cent. 4. observ. 1. Andr. Gail. 2. observ. 73. num. 7. Iohan. Borch. ad cap. unic. quæ sint regal. num. 62. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 10. num. 18. & seqq. Natta tom. 2. cons. 302. n. 1. Cothman. vol. 1. cons. 34. nu. 59. Modestin. Pistor. cons. 27. num. 40. vol. 2. Cravet. consil. 47. incip. magnificus, num. 6. part. 1. Besold. cons. 59. num. 42. part. 2. Iohan. Chrysostom. Dornsperg in resp. jur. de trib. quæst. monet. quæst. 1. num. 40. & seqq.* Quod ipsum etiam per rationes dubitandi & decidendi *infra quæst. 2. class. 2. latius deducetur.* Unde necessariò consequens est, quod secundùm hanc indubitatam, & communiter receptam juris nostri theoricam, nullus debitor suo creditori summam debitam in moneta proba & justa, justoq; & legitimo valore acceptam in pecunia minutâ contra Constitutiones Imperii tantoperè debilitatâ, nimiumque ære contaminatâ solvere possit: Sed defectum bonitatis intrinsecæ depravatæ pecuniæ ad æstimationem justæ & probæ, secundum tempus contractus supplere teneatur.

§ 2. *Ratio decidendi.*

5 Deinde † etiam pari ratione justæ & probæ monetæ grossæ, licet in pristina suâ intrinseca bonitate perstiterint, nulli tamen debitori solvi possunt, nisi in valore justo & legitimo, quod si verò valor impositítius istiusmodi grossarum monetarum immodicus fuerit, & ex prohibita debilitatione minorum monetarum, per quas majores æstimantur, provenerit, tum justus & modicus valor istiusmodi solvendarum grossarum monetarum iterum secundùm tempus contractus attenditur, *argum. l. Rutilia Polla. 69. ff. de contr. empt. Purpurat. in l. cum quid, 3. num. 169. & seqq. ff. de reb. credit. Brun. de augm. & diminut. monet. limit. 8. num. 6. vers. Tertiò quæro. circ. fin. Tessaur. decision. 174. n. 6. versic. ratio est. Carol. Molin. de usur. & fruct. n. 686. versic. ad secundum. Anton. Faber de var. numor. debitor. solut. cap. 11. versic. sed & in eo, item cap. 16. versic. tertia quod aureorum valor &c. & c. 22. versic. quæ cum ita. Surd. cons. 392. num. 15. versic. Ast verò. & consil. 438. num. 6. & 7. Sola de pact. int. empt. & vendit. composit. num. 77.*

Quod † nonnulli usque adeò verum 6
esse arbitrantur, ut aucto valore impositítio grossarum monetarum, illud ipsum non permisso modo & authoritate superiorum, penes quos circa monetas statuendi potestas est, sed modis illicitis & ex prohibita debilitatione & multiplicatione minorum monetarum factum esse censeatur, eò quòd minores monetæ indies magis magisque ærosiores & viliores reddi soleant, *Anton. Tessaur. de augm. & diminut. monet. part. 1. num. 27. in fin. Anton. Faber in tract. de variis numor. debitor. solut. c. 1. in fin. vers. quoniam non solet, Surd. cons. 361. num. 8. & consil. 406. num. 6. item cons. 438. hinc inde. Cephal. cons. 37. n. 10. Gratus consil. 12. nu. 53. & consil. 13. n. 39. ubi hanc præsumptionem ex communiter accidentibus elicit, & solita pro probatis multoties haberi asserit. Cravet. consil. 47. incip. Magnificus Dominus Carolus. num. 6. part. 1. Menoch. cons. 49. n. 3. vol. 1. Autor addition. ad q. 3. monetar. Iohan. Wolfgang: Hilleri Spira anno 1623. in 8. excus. pag. 86. vers. in tertio casu. Besold. cons. 58. num. 12. part. 2. & ead. part. 2. consil. 59. num. 43. & seq.*

Et

Ex quibus iterum cõsequitur, quod nulli creditori invito vel majores etiam & justæ monetæ, quoad bonitatem intrinsecam, in injusto & immodico valore ex prohibita debilitatione minoris pecuniæ proveniente solvi possint; sed valor justus & proportionatus vel secundum perpetuum & justum edictum monetarium, seu eodem deficiente, secundum tempus contractus respiciendus sit.

3. Ratio decidendi.

7 Tertio † pro confirmanda etiam hâc opinione faciunt indubitata hæc in jure divino, naturali & civili fundata axiomata: quod alteri per alterum iniqua conditio non inferri, *l. non debet, 74. ff. de Reg. Iur.* nemo cum alterius damno locupletari, *l. jure naturæ. 206. ff. de Reg. Iur. l. quotiens, 16. in fin. ff. de jur. dot. cap. non debet, 22. & cap. locupletari, 48. de Reg. Iur. in sexto.* afflicto afflictio major non addi, *l. Tam dementis, 28. C. de Episcop. audient. l. jure succursum, 6. ff. de jur. dot.* multominus quis duplici onere gravari, *l. Titia 34. §. qui invita, 5. ibi: non est enim verisimile &c. ff. de leg. 2.* nullique fraus & dolus suus prodesse, *l. 1. ff. de dot: except. l. verum. 63. §. Hoc quoque. 7. ff. pro soc. cap. ex insinuatione, 50. in fin. ext. de appellat. l. dubium, 5. C. de repud. l. si legatarius, 25. C. de legat.* sed potius nocere debeat, *l. is qui. 9. ff. quæ in fraud. creditor. l. 1 in fin. ff. si quis aliq. testar. prohib. l. procurator, 11. ff. de dol. mal. & met. except. l. hoc edicto. 2. ff. quod quisque jur. in alter. l. sed et si res. 7. §. prætor ait. 11. ff. de publician. in rem action.* cumprimis verò benefactori officium, quod alteri præstitit, damnosum esse non debeat: *l. Paulus, 8. ff. de stipulat. prætor, l. si servus, 61. §. quò verò. 5. versic. multo tamen æquius esse, ff. de furt. l. cum quædam, 26 in fin. C. de administrat. tutor.* At verò debitor, qui pro accepta justa & proba pecunia, in justo etiam & modico valore, creditori suo postea vel improbam & debilitatam pecuniam, seu probam quidem sed in injusto & immodico valore obtrudere intendit; sine omni dubio eidem creditori suo iniquam conditionem infert, cum damno ejusdem locupletari, eidem propter depravatam pecuniam caritate rerum jam satis afflicto ulteriorem afflictionem addere, adeoque pro accepto beneficio, creditori suo onus & gravamen imponere, ex calliditate verò sua commodum sentire nititur. Ergò nullus debitor istiusmodi improbæ pecuniæ vel justæ etiam sed in immodico valore solutione sese ab obligatione liberare potest.

4. Ratio decidendi.

Atque † idipsum pro quarta deciden- 8
di ratione tantò magis, quoniam ulterius jure naturali & civili cautum est, quod commodum semper ad eum spectare debeat; qui sentit incommodum, *l. secundum naturam, 10. ff. de Reg. Iur. cap. qui sentit. 55. de Reg. Iur. in sexto* usque adeò ut is etiam qui de damno vitando certat, semper favorabilior sit eo, qui de lucro captando certat, *l. nemo prædo, 126. §. cum de lucro, 2. ff. de reg. jur.* & damnum vitare volentis conditio melior est, quàm de lucro certantis, *arg. l. nõ debet, 41. §. in re, 1. ff. de Reg. iur. l. Proculus, ff. de damn. infect. l. si is, cui, §. fin. ff. de furt. l. fin. C. de codicill. cum simil. apud Cravet. cons. 120. nu. 2. cons. 858. n. 8. D. Vult. cons. Marp. 18. n. 75. vol. 3. Pantzschman. quæst. pract. part. 2. quæst. 21. num. 158.* & quod in favorem alicujus introductũ est, in ipsius odium seu læsionem detorqueri non debet, *l. quod favore, 6. C. de legib. l. penult. C. de transact.*

transact. l. intra dies, 7. de re judicat. Nicol. Reusner. decis. 4. *num.* 18. *part.* 3. Unde iterum consequitur, quod nulli creditori, qui probam & justam pecuniam in modico & justo valore expendit, cum damno & jactura rei suæ familiaris pecuniæ improbæ, vel probæ in injusto & immodico valore contra voluntatem suam obtrudi possit.

5. Ratio decidendi.

9 Pro quo † in vim quintæ decidendi rationis ulterius facit, quod nemini officium seu beneficium suum debeat esse damnosum, & nemo cum suo detrimento benignè facere cogatur, *l.* 1. §. *de eo opere,* 3. *& seq.* 4. *item* §. *idem ajunt,* 11. *ff. de aqu. & aq. pluv. arcend.* & juxta illud Pauli 1. *ad Corinth.* 2. *vers.* 1. 2. 3. *& seqq.* ubi nos aliis ita commodare jubet, ne nobismetipsis sit afflictio, *junct.* §. *ult. ibi: & ex ea humanioribus quidem dominis damnum inferri, sevioribus autem dominis lucrum accedere, Instit. de donation.* Nam secundùm versiculum veterem:

Alpibus ille perit, qui se plus diligit ullum.

Sed dictante natura quilibet ad remunerandum & referendum gratias pro acceptis beneficiis invitatur, *l. sed etsi,* 25. §. *consuluit,* 11. *ff. de petit. hæred. l. etiam si,* §. 1. *ff. de manumiss. vindict.* Wilhelm. *Antonii de rescr. morator. conclus.* 31. *num.* 38. *ubi pro more suo plures Dd. allegat.* adeoque nemo ab altero exoptare debet, quod ipsemet præstiturus non esset, *l. penult. ubi Dd. C. de solut. l. si & rem,* 22. *ibiq; gloss. in verb. desideret, ff. de petit. heredit. Pruckman. cons.* 21. *num.* 30. *volum.* 1. & juxta illud Christi *Matth. cap.* 7. *vers.* 12. *Lucæ* 6. *vers.* 31. prout vultis, ut faciant vobis homines, vos facite aliis similiter, & vulgatos versiculos:

Quod tibi vis fieri, mihi fac, quod non tibi, noli,
Sic potes in terris vivere jure poli.

quos cum similibus refert Wilhelm. *Antonii de rescript. morator. conclus.* 52. *num.* 3. Qua de causa nihil iniquius esse potest, quàm si debitor, cui creditor mutuando pecuniam gratificatus est, & beneficium præstitit, pro credita proba pecunia in modico & justo valore, improbam pecuniá, seu probam quidem, sed immodicæ & injustæ æstimationis obtrudere, atque ita pro accepto beneficio, onus & incommodum, quod alius adversus semetipsum improbaret, inferre voluerit.

6. Ratio decidendi.

Sextò † pro confirmanda hac sententia etiam facit, *l. debitorem, seu secundùm alios rectiùs, creditorem,* 99. *ff. de solut. & liberat.* in qua JCtus Paulus respondet, creditorem non esse cogendum, numos in alia forma accipere, si ex ea re damnum aliquod passurus sit. At verò creditori à debitore suo, pro accepta proba & justa moneta, pecunia injusta & improba, aut proba etiam, sed in injusto & immodico valore solutá, istiusmodi solutione magnum creditori à debitore damnum inferri, vel sole etiam meridiano clariùs & longè evidentissimum est, usque adeò, ut utilius fuisset, interea pecuniam probam expensam in cista otiosá retinuisse, quàm in pensiones collocasse, & pro pensionibus & sorte, postea tam depravatam pecuniam, aut probam in tam injusto & immodico valore recepisse: contra illud *Matth.* 25. *v.* 15. *& seqq.* ubi servi duo, quorum alter duo talenta acceperat, alter quinque, itidem duo hic quinque lucratus erat, à Christo Servatore nostro servi boni & fideles pronunciantur, & super 10

per

per multa constituuntur, tertius verò servus, qui unum tantum talentum acceperat, atq; eo ipso nihil lucratus erat, sed in terram foderat & absconderat, servus malus & piger pronunciatur, & ab ipso omne, quod habuit, aufertur. Cujusmodi sanè lucrum, servi isti fideles pro expensa proba & non depravata pecunia domini sui, si debilitatam & ære contaminosam pecuniam, aut probam etiam in immodico & injusto valore recepissent, nulla ratione acquirere potuissent.

11 Nam † aliis commoditatibus receptæ, probæ, justæ & non depravatæ pecuniæ, qualis credita est, jam prætermissis, & aliquibus tantùm enumeratis, à debitore proba pecunia recepta longè tutius asservari, & in alios usus converti, vel aliò transportari, & longè facilius expendi potest, quàm si creditor debilitatam & ære nimium contaminatam pecuniam recipiat, quàm propter periculum reprobationis nec asservare, nec in alios usus, puta confectionem vasorum, negotiationem aliasvè res licitas convertere, nec ad exteros, qui pecuniæ valorem, non ex percutientis edictis monetariis, sed ex intrinseca ejusdem bonitate æstimant, transportare, adeoque nec domi, nec alibi, tam facilè atque probam pecuniam expendere potest. Quod si verò creditor istiusmodi à debitore suo probam quidem pecuniam, sed in injusto & immodico valore receperit, attamen non tantùm quantùm credidit, recipit, sed loco veræ & legitimæ æstimationis pecuniæ creditæ imaginariam quandam injustam & mutabilem æstimationem, quæ propter summam injustitiam stabilis esse nequit, & qualis in intrinseca bonitate pecuniæ non continetur, consequitur; perinde est, ac si quis à debitore certorum modiorum frumenti vel Ohmarum vini, utrumq; quidem in debita & justa mensura, attamen frumentum paleis & pulvere mistum, vinum autem aquâ dilutum & utrumque ad tertiam vel dimidiam partem ita depravatam reciperet, atque sic in tertia vel dimidia portione sui debiti, à debitore frumenti vel vini deciperetur: atq; ista ratione magis in quantitate pulveris aquæ & cupri, quàm in quãtitate frumenti, vini, auri vel argenti ditesceret, juxta sarcasmum [illegible] in tanta clade bellica & corrup[illegible] pecuniæ Germanos oppressos adhuc deridentium, quod nimirum divites sint in florenorum numero, in auri verò & argenti quantitate omnium pauperrimi.

Cujusmodi † monetarum circa ann. 12
1620. 621. 622. & 623. currentium nimio ære contaminatarum & debilitatarum probarum verò monetarum propter injustam earundem & immodicam æstimationem abusus, adeoque fraus rei nummariæ tam evidens erat, ut non oculis solum cerni sed manibus etiam palpari potuerit, adeoque ab omnibus alias imperitis habitis rusticis & quibuslibet operariis animadversus fuerit, utpote qui propter suspectam Dominorum percutientium, proh dolor, fidem novas monetas pro mercibus & operis plane recusarent, veteres solũ & indubitatò bonas exigerent, invertẽdo usum pecuniæ propter summũ ejusdem abusum & depravationem, merces & operas suas non pecunia, secundùm quam alias propter certum ejusdem & perpetuum valorem omnes res æstimari debebant, *l. fiita*, 42. *in fin.*

transact. l. intra dies, 7. de re judicat. Nicol. Reusner. decis. 4. *num.* 18. *part.* 3. Unde iterum consequitur, quod nulli creditori, qui probam & justam pecuniam in modico & justo valore expendit, cum damno & jactura rei suæ familiaris pecuniæ improbæ, vel probæ in injusto & immodico valore contra voluntatem suam obtrudi possit.

5. Ratio decidendi.

9 Pro quo † in vim quintæ decidendi rationis ulterius facit, quod nemini officium seu beneficium suum debeat esse damnosum, & nemo cum suo detrimento benignè facere cogatur, *l.* 1. §. *de eo opere,* 3. *& seq.* 4. *item* §. *idem ajunt,* 11. *ff. de aqu. & aq. pluv. arcend.* & juxta illud Pauli 1. *ad Corinth.* 2. *vers.* 1. 2. 3. *& seqq.* ubi nos aliis ita commodare jubet, ne nobismetipsis sit afflictio, *junct.* §. *ult. ibi: & ex ea humanioribus quidem dominis damnum inferri, sævioribus autem dominis lucrum accedere, Instit. de donation.* Nam secundùm versiculum veterem:

Alpibus ille perit, qui se plus diligit ullum.

Sed dictante natura quilibet ad remunerandum & referendum gratias pro acceptis beneficiis invitatur, *l. sed etsi,* 25. §. *consuluit,* 11 *ff. de petit. hæred. l. etiam is,* §. 1. *ff. de manumiss. vindict. Wilhelm. Antonii de rescr. morator. conclus.* 31. *num.* 38. *ubi pro more suo plures Dd. allegat.* adeoque nemo ab altero exoptare debet, quod ipsemet præstiturus non esset, *l. penult. ubi Dd. C. de solut. l. si & rem,* 22. *ibiq; gloss. in verb. desideret, ff. de petit. heredit. Pruckman. consil.* 21. *num.* 30. *volum.* 1. & juxta illud Christi *Matth. cap.* 7. *vers.* 12. *Lucæ* 6. *vers.* 31. prout vultis, ut faciant vobis homines, vos facite aliis similiter, & vulgatos versiculos:

Quod tibi vis fieri, mihi fac, quod non tibi, noli,
Sic potes in terris vivere jure poli.

quos cum similibus refert Wilhelm. Antonii de rescript. morator. conclus. 52. *num.* 3. Qua de causa nihil iniquius esse potest, quàm si debitor, cui creditor mutuando pecuniam gratificatus est, & beneficium præstitit, pro credita proba pecunia in modico & justo valore, improbam pecuniã, seu probam quidem, sed immodicæ & injustæ æstimationis obtrudere, atque ita pro accepto beneficio, onus & incommodum, quod alius adversus semetipsum improbaret, inferre voluerit.

6. Ratio decidendi.

Sextò † pro confirmanda hac sententia etiam facit, *l. debitorem, seu secundùm alios rectiùs, creditorem,* 99. *ff. de solut. & liberat.* in 10
qua JCtus Paulus respondet, creditorem non esse cogendum, numos in alia forma accipere, si ex ea re damnum aliquod passurus sit. At verò creditori à debitore suo, pro accepta proba & justa moneta, pecunia injusta & improba, aut proba etiam, sed in injusto & immodico valore solutã, istiusmodi solutione magnum creditori à debitore damnum inferri, vel sole etiam meridiano clariùs & longè evidentissimum est, usque adeò, ut utilius fuisset, interea pecuniam probam expensam in cista otiosã retinuisse, quàm in pensiones collocasse, & pro pensionibus & sorte, postea tam depravatam pecuniam, aut probam in tam injusto & immodico valore recepisse: contra illud *Matth.* 25. *v.* 15. *& seqq.* ubi servi duo, quorum alter duo talenta acceperat, alter quinque, itidem duo hic quinque lucratus erat, à Christo Servatore nostro servi boni & fideles pronunciantur, & super

per

per multa constituuntur, tertius verò servus, qui unum tantum talentum acceperat, atq; eo ipso nihil lucratus erat, sed in terram foderat & absconderat, servus malus & piger pronunciatur, & ab ipso omne, quod habuit, aufertur. Cujusmodi sanè lucrum, servi isti fideles pro expensa proba & non depravata pecunia domini sui, si debilitatam & ære contaminosam pecuniam, aut probam etiam in immodico & injusto valore recepissent, nulla ratione acquirere potuissent.

11 Nam † aliis commoditatibus receptæ, probæ, justæ & non depravatæ pecuniæ, qualis credita est, jam prætermissis, & aliquibus tantùm enumeratis, à debitore proba pecunia recepta longè tutius asservari, & in alios usus converti, vel aliò transportari, & longè facilius expendi potest, quàm si creditor debilitatam & ære nimium contaminatam pecuniam recipiat, quàm propter periculum reprobationis nec asservare, nec in alios usus, puta confectionem vasorum, negotiationem aliasvé res licitas convertere, nec ad exteros, qui pecuniæ valorem, non ex percutientis edictis monetariis, sed ex intrinseca ejusdem bonitate æstimant, transportare, adeoque nec domi, nec alibi, tam facilè atque probam pecuniam expendere potest. Quod si verò creditor istiusmodi à debitore suo probam quidem pecuniam, sed in injusto & immodico valore receperit, attamen non tantùm quantum credidit, recipit, sed loco veræ & legitimæ æstimationis pecuniæ creditæ imaginariam quandam injustam & mutabilem æstimationem, quæ propter summam injustitiam stabilis esse nequit, & qualis in intrinseca bonitate pecuniæ non continetur, consequitur; perinde est, ac si quis à debitore certorum modiorum frumenti vel Ohmarum vini, utrumq; quidem in debita & justa mensura, attamen frumentum paleis & pulvere mistum, vinum autem aquâ dilutum & utrumque ad tertiam vel dimidiam partem ita depravatam reciperet, atque sic in tertia vel dimidia portione sui debiti, à debitore frumenti vel vini deciperetur: atq; ista ratione magis in quantitate pulveris aquæ & cupri, quàm in quãtitate frumenti, vini, auri vel argenti ditesceret, juxta sarcasmum [illegible] in tanta clade bellica & corru[illegible] pecuniæ Germanos oppressos adhuc deridentium, quod nimirum divites sint in florenorum numero, in auri verò & argenti quantitate omnium pauperrimi.

Cujusmodi † monetarum circa ann. 12
1620. 621. 622. & 623. currentium nimio ære contaminatarum & debilitatarum probarum verò monetarum propter injustam earundem & immodicam æstimationem abusus, adeoque fraus rei numariæ tam evidens erat, ut non oculis solum cerni sed manibus etiam palpari potuerit, adeoque ab omnibus alias imperitis habitis rusticis & quibuslibet operariis animadversus fuerit, utpote qui propter suspectam Dominorum percutientium, proh dolor, fidem novas monetas pro mercibus & operis planè recusarent, veteres solũ & indubitatò bonas exigerent, invertẽdo usum pecuniæ propter summũ ejusdem abusum & depravationem, merces & operas suas non pecunia, secundùm quam alias propter certum ejusdem & perpetuum valorem omnes res æstimari debebant, *l. si ita, 42. in fin.*

Q

fin. ff. de fidejussor. Dn. Theodor. Reinkingk *de retract. consanguinit. quaest. 6. n. 250. & seq.* adjiciens ex Baldo, quod habens pecuniam, habeat omnem rem, quam habere cupit, vulgò dicitur: man kan dafür haben / was sein Hertz begehret / sed contra pecuniam mercibus & operis suis aestimabant, nec amplius super pecuniae quantitate generica, puta thaleris florenis aut simili pecuniae collectivae nomine, sed super certis tantum pecuniae speciebus, quas probas esse sciebant, contrahebant, aut verò merces suas non amplius pecunia vendebant, sed aliis potius mercibus permutabant. Ex quibus omnibus satis liquet, nullum creditorem propter summum damnum & interesse summum jure compelli posse, pro credita pecunia proba & justa in justo etiam & stabili valore, postea pecuniam aere contaminatam & depravatam vel probam etiam in injusto & immodico valore recipere.

7. *Ratio decidendi.*

13 Septima † decidendi ratio ex natura & proprietate contractus mutui desumitur, quòd nimirum numis alicui creditis, eosdem à debitore in eadem quantitate, seu tantundem, quantū datum est, *l. 2. in pr. ibi: sed idem genus, & l. cum quid, 3. ibi: rem, quae ex eodem genere sit, reddere, ff. de reb. cred.* sed ultra quantitatem in eadem etiam qualitate & bonitate reddi oporteat, *§. 1. vers. & quoniam, ibi: ejusdem naturae & qualitatis, Instit. quib. mod. re contrah. oblig. l. cum quid, 3. ibi: & eadem bonitate, ff. de reb. credit. l. 1. ibi: modo ut debiti ponderis sint, & speciei probae, C. de veter. numism. potest. lib. 11. item Novell. 4. de fidejuss cap. quod autem, 3. vers. etenim non erit justum dantem quidem aurum, recipere autem aurum non valentem, &c. Carol. Molin. de usur. & fructib. quaest. 92. num. 701. Köppen. decis. 2. num. 4. Bocer. de regalib. cap. 2. num. 229.* adeoque nulli creditori invito aliud pro alio solvi potest, *l. mutuū damus, 2. §. mutui datio, 1. in fin. ff. de reb. credit. l. hactenus, 11. §. 1. ff. de constit. pecun. l. si se non, 4. §. fin. ff. de re judic. l. eum à quo, 16. & l. manifesti, 17. C. de solut.* Cumprimis verò si idipsum, quod solvitur, accepto sit deterius, quod eatenus solutum non censetur, *l. 1. §. si res, 16. ff. deposit. l. sed mihi, 3. § si reddita, 1. ff. commod. Guid. Papa decis. 493. Anton. Faber de var. numor. debit. solut. cap. 5. pag. mihi, 111.* At verò creditori solutione pręstita in pecunia aere nimium contaminata & depravata, vel in proba pecunia, sed in injusto & immodico valore, is à debitore, nec tantundem quantum credidit, nec in eâdem qualitate & bonitate, sed minus & deterius, quam credidit, consequitur, quod sequentibus exemplis manifestū evadit.

Posito † enim creditorem quendam 14 ad instantiam & petitionem sui debitoris eidem antehâc, cùm aurei adhuc duobus florenis aestimabantur 1,2000. florenorum Francofurtensium in quantitate generica credidisse, atque sic 6000. aureorum tempore contractus expendisse, quos cum tempore contractus solus non habuisset, ab alio quodam amico suo adhuc millia aureorum, sed in specie, cùm eosdem aliter consequi nō posset, in gratiam sui debitoris, uti multoties usuvenit, mutuatum fuisse. Debitore autem anno 1620. 622. & 623. probarum monetarū, & inprimis aureorum etiam maximū valorem animadvertente, & quod in tali seu tanto valore uno aureo tum temporis sex florenos aestimato, tantundem in flore-

florenis solvere possit, quantum tempore contractus, ubi aureus duobus tantum florenis æstimabatur, tribus aureis in florenis solvere poterat, ruminante & diligenter perpendente procurandi commodi sui causa summam debitam nimirum 12000. florenorum Francofurtensium, iterum in aureis, sed in dicto immodico valore singulos ad 6. florenos Francofurtenses æstimatos creditori suo offerre, eodemq; pro creditis 12000. florenorum, 2000. tantùm aureorum antiquorum, quorum tamen sex millia à creditore suo tempore mutui acceperat solvere nititur, eò quòd floreni solum nō certa numorū species in obligationem deducta fuerit. Qua debitoris intentione admissâ creditor iste beneficus pro summa 12000. florenorum in creditis sex millibus aureorum in maximo illo valore bis millenos tantum aureos consequeretur, quos omnes suo creditori, à quo in gratiam debitoris tempore contractus 2000. aureos, sed in specie mutuos acceperat, reddere teneretur, sua verò quatuor millia aureorum, tempore contractus debitori pro 8000. florenorum exposita, prorsus amitteret, atq; ita non ad duplum solùm, sed ad triplum etiam defraudaretur; & debitor ejusmodi 8000 florenorum, seu 4000. aureorum, cum jactura creditoris sui, qui ipsi gratificatus erat, locupletaretur, quâ cauponatione monetaria nulla iniquior vel turpior excogitari vel proferri posset, pro qua ulterius declaranda, & quorumvis oculis exponenda, nonnullis etiā exemplum de retractu conventionali proponitur; posito enim quendam ante viginti circiter annos ædes suas 1500. florenis Francofurtensibus, sed cum pacto de retrovendendo vendidisse, & pretium illud tum temporis, ubi aureus sesqui floreno Francofurtensi adhuc æstimabatur, in mille aureis accepisse. Cujusmodi venditor, si Anno 1622. ubi aureus nonnullis in locis 6. florenis Francofurtensibus æstimabatur, ædes suas offerendo fortassis 250. aureos, ad 6. florenos æstimatos ab emptore repeteret, & audiendus esset, utique emptor is pro expenso pretio mille aureorum, quartam tantum partem seu 250. aureos tantum consequeretur, atque ita ad quadruplum usq; læderetur, & contra factum & culpam suam ob abusum & fraudes monetarias 750. aureos amitteret; quòd æquitati naturali & civili prorsus repugnat, *l. nam hoc natura, 14. ff. de condict. indeb. l. non debet, 74. ff. de reg. jur. Anton. Faber de variis numor. debitor. solut. cap. 22. in med. & hinc inde Purpurat. ad l. cum quid, 3. ff. de reb. cred. Additionat. ad q. tertiam monetar. Hilleri Spiræ, Anno 1623. typis mandatam. pag mihi, 92. Gratus consf. 17. circ fin. Surd. consf. 368. nu. 18. & consf. 406. n. 10.*

Octava decidendi ratio.

Octavò † sententia hæc, de non admittenda solutione per pecuniam improbam vel probam etiam, sed in injusto & immodico valore, exinde etiam confirmatur, quòd inter sortem & pensiones annuas æquabilem oporteat esse proportionem, habito respectu initialis obligationis, adeoque census & pensiones annuas ad qualitatem & naturam capitalis conformari oporteat, *arg. l. Rutilia Polla, 69. ff. de contrah. empt. junct.* Nov. 7. *de non alien. & permut. reb. Ecclesiast. cap. quia verò Leonis, 5. vers. si verò alicujus, & gloss. ibid. in* 15

verb. computari, item Ordinat. Politic. Caroli V. Imper. de Anno 1548. *sub tit.* von Wucherlichen Contracten / *Andr. Gail. lib. 2. observ.* 5. *num.* 10. *&* 11. *& observ.* 7. *num.* 15. *item observat.* 9. *num.* 1. *Anton. Faber de var. numor. debitor solut. cap.* 19 §. *idem Molineus tradit, & cap.* 23 *post med. vers. nec ad rem, Gaeden. cons.* 77. *n.* 6. Wilhelm. Antonii *de rescript. morator. conclus.* 63. *num.* 121. ubi ex Petraeo inquit, quod usurae & pensiones sint ipsius, de quo penduntur, sortis quasi partus, indeque pecunia, in quâ pensio solvitur, debeat esse ejusdem naturae, materiae, proprietatis & qualitatis, cujus est sors. At permisso debitori, qui à suo creditore multoties etiam fundatore aut administratore beneficii alicujus, probam & justam pecuniam, in justo etiam & modico valore accepit, eidem sortem & pensiones in moderna depravata pecunia, aut proba quidem pecunia, sed in immodico & injusto valore solvere, inter sortem & pensiones nulla prorsus erit proportio, adeoque creditor talis tandem opibus & alimentis suis sine ullo facto suo per solam monetae deteriorationem & abusum defraudari poterit, quod itidem sequenti exemplo declaratur: Pone enim fundatorem alimentorum, seu beneficii alicujus pro duodecim Orphanis antehac annuum reditum 1200. florenorum usualium pro 24000. florenorũ emisse, & insuper disposuisse, ut cuivis Orphanotropho seu stipendiario annuatim 100. floreni usuales à constituto Oeconomo & Administratore beneficii in alimentum conferentur, quales etiam tempore constitutionis beneficii illius & subsequentibus annis beneficiariis istis, pro victu & amictu sufficiebant. Quod si verò istiusmodi 1200. floreni annuorum redituum, Oeconomo in depravata aut in proba moneta, sed in immodico & injusto valore Oeconomo solverentur, is vix tertiam partem annuorum redituum in effectu consequeretur, eaque ratione vix quatuor Orphanis seu Stipendiariis alimenta annua exhibere posset, *Anton. Faber de var. numer. debitor solut. c.* 22. *prope fin. Additionat. ad quaest. monetar. Hilleri pag. mihi* 90. Ex quo iterum elucet, quod nulli creditorum istiusmodi solutio in depravata pecunia, aut in bona quidem, sed in injusto valore contra jura obtrudi possit

9. *Ratio decidendi.*

16 Postemò † pro confirmatione hujus sententiae etiam facit hoc, quod non solùm nullus creditor recipere teneatur, aut debeat monetam improbam, seu injustam & reprobatam, *l. eleganter*, 24. §. *qui reprobos*, 1. *ff. de pignerat. action. l.* 1. *C. de veter. numism. potest. lib.* 11. *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 20. *num.* 11. *Besold. in thesaur. pract. lit. M. num.* 60. *verb.* Müntz / *pag.* 570. *sub vers. hac imaginis impressio*, Decian. *in tractat. crimin. lib.* 7. *cap.* 28. *num.* 19. ubi scribit, eum, qui falsam fabricat, vel habet monetam, non dici monetam habere: eò quòd falsa moneta non sit moneta, neq; falsus denarius, denarius. Eccur n. nomẽ mereretur, quod ipsâ re sese nomine indignum ostenderet? *l. si idem*, 7. *C. de codic. Everhard. in top. loc. ab Etymolog. nu.* 12. *Wilhelm. Antonii de rescript. morator. conclus.* 59. *num.* 39. Sed etiam probam in majori & injusta aestimatione, eò quòd major & injusta monetarum aestimatio & expositio contra definitum modum in Constitionibus Imperii sub poena confiscationis

nis numorum ita expensorum inhibita sit: *Ordinat. Monetar. Ferdinandi I. Imperat. de an.* 1559. §. Ferner dieweil etliche Stände / im Reich & §. *seq.* welche aber diß vbertretten / *item in* §. welche aber dieses vbertretten / vnd solche Abgesetzte frembde / *rc. Recess. Imper. de anno* 1576. §. vnnd auß sondern vernünfftigen Bedencken / *ad fin. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 7. num.* 159. *Denais. de jur. Camer. lit. M. in verb. monetarium edictum. nu.* 10. & 45. *Harprecht. ad* §. *item Lex Cornelia de falsis num.* 61 *inst. de public. Iudic.* At verò An. 1620. 621. & duobus seqq. de novo percussæ monetæ, pleræq; cumprimis minores improbæ & Constitutionibus Imperii edictisq; monetariis Imperialibus nō sunt conformes, probæ verò & superstites monetæ veteres & majores propter deteriorationē istarū minutarum monetarum injustæ prorsus fuerunt æstimationis.

17 Primo † enim in constitutionibus Imperii & edictis monetariis tam majoribus quam minoribus certus pes & liga bonitatis intrinsecæ, quantum videlicet auri vel argenti in sese continere debeant, præfixus est, quam transgredi Statibus monetalibus sub pæna amissionis privilegii monetalis & 50. librarum auri & monetariis aliisque privatis sub pæna capitali est inhibitum, *Ordinat. monetar. Ferdinand. I. Imperat. de anno* 1559. §. da aber jemand. & §. *seq.* dergleichen / da ein *rc. Recess. Imp. de anno* 1594. §. wir Ordnen wollen vnd gebieten auch / *rc. item constitut. criminal. Carol. V. Imper. artic.* 111. Quod verò aliis monetarum speciebus tam aureis quam argenteis jam præteritis ex marca Coloniense sedecim lotones argenti & cupri in sese continente 14. lotonum & 4. granorū argenti puri octo thaleri Imperiales confici debeant, expressè dispositum est *in Recess. Imp. de anno* 1566. §. demnach haben wir vns mit jhnen & §. nach dem dann die Thaler / *rc.* Item ex marca Coloniense octo lotonum argenti puri tantum $108\frac{1}{2}$ grossi Imperiales, *Ordinat. monetar. de anno* 1559. §. erstlich ein Reichßgroschen / ac itidem ex marca Caloniense 8. lotonum argenti puri $155\frac{1}{2}$ semibacii Imperiales vulgò halben Batzen / oder zween Creutzer / *d. Ordinat. monetar. de anno* 1559. §. zum sechßten dreyssig Stück / item ex marca Coloniense sex lotonum argenti puri $240\frac{1}{2}$ cruciati *d. Ordin. monet. de an.* 1559. §. zum siebenden Sechtzig Stück / nec nō ex marca Coloniense argenti puri 4. lotonum & 9. granorum 636. penningii Rhenēses Bavarii & Suevici *d. Ord. monet. de an.* 1559. §. Reinische / Beyerische vnd Schwäbische. Quas saluberrimas Imperii Romani constitutiones ante non multos annos non attentas sed longè plures & deteriores species cumprimis grossos cruciatos & penningos confectos fuisse, proh dolor, tam manifestum fuit, ut nulla prorsus ratione negari sed vel manibus etiam palpari potuerit.

Deinde † ante aliquot annos de novo 18
percussarum monetarum solutio, præter depravationem earundem tantò magis Constitutionibus Imperii & edictis monetariis Imperialibus repugnat, quoniam tot & tam varii characteres earundem existebant, ut vix agnosci aut memoria retinere quiebat, à quonam statu monetali, aut in quo Imperii Romani circulo percussæ fuerint: qualium novæ

formæ, & in Recessibus Imperii non approbatarum monetarum, sub pæna indignationis Cæsareæ & 50. marcarum auri, imò aliis etiam pænis vetita & inhibita est percussio, *Ordinat. Monet. Ferdinandi I. Imperator. de anno* 1559. §. Hierauff setzen / ordnen vnnd wollen wir. *Item Recessu. Imper. de anno* 1566. §. in weiter Berahtschlagung. *item in* §. vnd damit jtzgemelte Recht / *item* §. *seq.* auff den Fall *item* §. vnd dieweil deren. §. wir setzen vnd wollen weiter. *&* §. wir ordnen vnnd wollen auch / *item in Recess. Imper. de Anno* 1570. §. Wir setzen / ordnen vnnd gebieten / rc. *Sixtin. de Regalib. lib. 2. cap. 7. num. 144. Petr. Denais. de jure Cameral. lit. M. in verb. monetarium edict. n. 6. & n. 32. Iacob. Aleman. in palæstra consult. 8. quæst. princip. 1 partit. 18. pag. 521. in princip.*

19 Præcipuè † verò & pro tertio monetarum majorum probarum in minores conversio, earundem multiplicatio, & exinde superstitum adhuc probarũ majorum monetarum adaucta æstimatio, omni jure illicita & prohibita est, *Recess. Deputator. Francofurtens. de anno* 1571. §. vnd dieweil viel Lande mit bösen Pfenningen rc. ibi: dardurch auch Vhrsach gegeben wird / zu wucherlicher Steygerung anderer grober Sorten. *Et in Recess. Imper. de anno* 1603. §. Insonderheit aber wollen wir / ibi: Nach dem mehr als Landkündig / daß durch das vnmässig Müntzen der geringen Sorten / als halben Batzen vnnd Pfenning / die Steygerung der groben Sorten / zum allermeisten verursacht wird. *Dd. in l. cum quid, 3. ff. de reb. credit. Ren. Budel. de re numar. lib. 2. capit. 2. num. 34. 35. & 36.*

20 Ex † quibus omnibus liquido constat, quod istiusmodi depravatæ & contra legam Imperialem cõflatæ cumprimis minores monetæ, exindeque majorum adhuc probarum monetarum subsecuta, injusta, incerta, instabilis & incõstans æstimatio verum & legitimum solutionis effectum præstare nequeant. Actus enim contra prohibitionem legis vel statuti gestus ipso jure nullus est, *l. non dubium, 5. C. de LL. Gail. lib. 2. de pac. public. cap. 12. n. 7.* Actus enim nullus & illegitimus nullum juris effectum producit, *cap. fin. ext. de feriis, l. si duo patroni, 13. §. idem Iulianus, 2. ff. de jurejurand. l. Titia textores, 36. ff. de leg. 1. Gail. de Arrest. Imper. cap. 11. num. 14. Sichard. cons. 9. de contract. num. 2. D. Hermann. Vultej. consilior, Marpurgens. vol. 3. consil. 19. num. 161. Pruckman. consil. 39. n. 107. vol. 1.*

Rationes dubitandi earumque Resolutio.

Verum prædictæ decisioni, quod nimirum ad dissolvendam etiam obligationem pecuniæ genericam super florenis aut thaleris usualibus contractam, monetas depravatas cumprimis minores, nec majores etiam probas, sed in injusto immodico & inconstante valore solvere non liceat, nonnulla dissentientium argumenta obstare videntur: quorum potissima breviter diluenda sunt.

1. Ratio dubitandi.

Primò † enim, uti in sequenti quæstione prima secundæ classis latius ostendetur, conclusio illa, de solvendis numis secundùm bonitatẽ extrinsecam mutatis secundũ valorem temporis solutionis, etiam ampliatur & procedere censetur, etsi valor grossarum monetarum accreverit, propter deteriorationem minutioris monetæ magis ærosæ & intrinsecus vilioris & debilioris redditæ. 21

Anton.

Anton. Faber de variis numor. debitor. solution. cap.6. Rener. Budel. de re numar. lib.1.c.1.n.25. & 36. Andr. Kobl exercit. legal. cap.19. num.12. Cravett. consil. 47. num.6. vol.1. Unde consequi videtur, quod non solum minorem depravatam & debiliorem monetam, sed etiam majorem monetam, exinde secundùm bonitatem extrinsecam seu in valore adauctam, cum effectu & citra juris prohibitionem solvere liceat. Verum prætermisso jam, quod quàm plurimi Dd. solutionem omnem secundum temporis contractus bonitatem intrinsecam & extrinsecam expediendam simpliciter statuant, ex prædictis etiā authoribus responderi potest, quod ampliatio hæc de permissa solutione in minoribus monetis aut majorib. etiam in aucto valore, secundū tempus solutionis tum demum procedat, si monetæ minores nec sensibiliter debilitatę, nec majores propterea immodicè in æstimatione auctæ fuerint, adeoque modica illa mutatio, non solum authoritate eorū, penes quos super monetas statuendi potestas est, sed etiam justa, probabili & licita causa facta, & excessus ille modicus tantū nec admodum sensibilis sit, *arg. l. si quis, 9. ff. de dol. mal. & l. scio illud, 4. ff. de in integr. restit.* Quòd si verò monetarum minutarum debilitatio & depravatio & exinde majorum monetarum aucta æstimatio, magna, evidens, sensibilis admodum & injusta fuerit, tum secundum præmissas rationes, & quod istiusmodi pecunia vel propter defectum bonitatis intrinsecę vel propter nimium excessum bonitatis extrinsecæ, requisita probæ & justæ pecuniæ non obtineat, nulli creditori invito, talis pecunia debilitata aut secundum extrinsecam bonitatem nimium aucta obtrudi potest. Et ad hanc restrictionem etiam inclinare videtur *Additionat. ad quæst 3. Hilleri pag. 87. §. autem in hisce terminis, &c.*

2. Ratio dubitandi.

Deinde † à dissentientibus Dd. adversus prædictam decisionem etiam hoc obtenditur, quod nemo monetam publicè percussam ac valentem sibique pro debito à debitore oblatam sub gravi etiam pæna recusare possit, eò quòd creditoris nihil intersit, sive pecuniam creditam sive aliam paris tamen æstimationis cum credita recipere, *argumento l.1. & l. ult. C. de veter. numism. potestat. Decian. in tr. criminal. lib.7. cap.28. num.8.9. & 10. Sixtin. de regal. lib.7. n.134. Harpprecht. ad §. item lex Cornelia, de falsis, num. 62. instit. de public. judic.* At verò recentiores de novo percussæ monetæ licet debilitatæ sint, æquè tamen publice valent, & in commerciis expenduntur, atque veteres, quales forsan sunt creditæ, parique modo ex istis depravatis minoribus in certa summa floreni conficiuntur atque ex veteribus numis seu grossis & semibaciis seu cruciatis. Ergo nullus creditor solutionem in debilitatis & ære contaminatis monetis vel etiam in veteribus probis quidem sed in majore æstimatione puta thalero Imperiali uti Anno 1621. 622. & 623. ad 5. florenos sibi oblatam, amplius recusare seu repudiare poterit. Verùm tam ad minorem quàm majorē propositionem hujus argumentationis breviter responderi potest, & primò ad majorem, quod illa tum demum procedat, & creditor recusando pecuniam publicè percussam & valentem pænam incurrat, si illud ipsum dolosè & sine ulla causa faceret, nec ipsius 22

ipsius quicquam intersit, pecuniam novam pro veteri accipere. Alioquin ad minorem etiam respondendo, quando creditoris interest, & justam causam habet, cur pecuniam à debitore oblatam, alias quidem currentem ac valentem recuset, tunc illud ipsum ei omninò est licitum.

23 At † verò creditoris, qui probam & justam pecuniam in justo etiam & modico valore credidit, multum interesse recipere pecuniam itidem probam, & in modico justoque valore præter ea, quæ supra in rationibus decidendi latiùs sunt tradita, vel ex hoc solo satis superq; constat, quòd anno 1622. pro thalero Imperiali, qui fortassis tempore contractus 25. baciis seu uno floreno & decem baciis, uti & hodie æstimabatur, anno 1621. 1622. propter depravatas & multiplicatas minores monetas 75. baciis seu quinq; florenis, atque ita triplo plus quam tempore contractus ęstimabatur, non plures libræ piscium, carnium, butiri, imò non tantum etiam frumenti, vini, ligni, panni, serici alteriusvè mercis atque tempore contractus comparari possit, atque sic in effectu depravatis quinque florenis negotiando non tantum effici potuit, atque ante. 12. annos uno floreno & decem baciis, uti tunc temporis thalerus Imperialis æstimabatur. Quale magnum incommodum non ex penuria aut caritate rerum, sed potissimum ex multiplicata & depravata minori moneta, injustaque majoris monetæ æstimatione provenit, cum pro ratione crescẽtis vel decrescentis valoris pecuniæ, pretia quoque rerum crescere vel decrescere oporteat, *l. pro imminutione, 2. C. de veter. numismat. potest. Anton. Faber de variis numor. debitor, solution. cap. 1. post. mod. versic. Ast finge, & in compendio. totius tract at. repetit. conclus.* 18. *Covarruv. de veter. numismat. collation. cap. 7. n. 1. Carol. Molin. de usur. & fructib. quæst. 92. n. 918.*

Quinimo † Anno 1621. 1622. & 1623. 24
percussorum grossorum depravatio tam manifesta fuit, ut privati eosdem nõ amplius pro grossis, sed pro cruciatis seu quatuor numis receperint, atque ita non amplius 18. grossi florenum Francofurtensem 27. alborum, sed 72. grossi depravati conficiebant, & sic ad constituendum thalerum Imperialem tum temporis quinque florenis æstimatum, non 24. grossis uti ante 10. annos, sed 360. debilitati requirantur grossi, quo rei monetariæ abusu vix major & injustior unquam audiri aut excogitari potuit.

3. *Ratio dubitandi.*

Verum † pro tertia dubitandi ratione 25
ulterius regeritur, quod nullus creditor ulterius quid à debitore suo exigere possit, quam in obligatione continetur, usq; adeo ut is qui plus petit, quam ipsi debetur, in pænam plus petentium condemnandus veniat, *§. si quis agens,* 33. *& seqq. Instit. de Action. §. temporales,* 10. *versic. alioqui instit. de except. cap. 1. ext. de plus petit. Zanger. de exception. part. 2. c. 11. per tot:* imò usurariam etiam pravitatem circa pecunias committere censetur, *Can. plerique, 3. cic. med. & can. usura, ult. caus. 14. quæst. 3.*

At verò † in obligatione pecuniæ generica super florenis libris vel thaleris usualibus contracta, sola ęstimatio numorum in obligatione est, nec ad dissolvendam obligationem certas pecuniæ species à debitore creditor exigere, sed debitor sese à tali obligatione liberare potest, 26

test, si creditori suo, quaslibet pecuniæ species tempore solutionis currentes, & in cõsueto etiam valore præstet, eò quod thaleri usuales & floreni modò tales sint, in quacunque etiam moneta talem summam collectivam conficientes, iidemq; tanquam pecunia seu quantitas imaginaria proprie intrinsecam bonitatẽ non habeant, *argumento l. ubi autem non apparet, 75. ff. de verb. obligat. Angel. ad l. ult. C. de veter. numism. potest. Rener. Budel. de re numar. lib 2. cap 13. Andr. Kohl exercit. at. legal. cap. 10. num. 20. & seqq.* uti ad initium hujus quæstionis latius ostensum est. Ergo nullus debitor florenum seu thalerum usualem in antehac currente moneta minori quidẽm depravata sed currente tamen, aut in majori proba sed in majori & immodica æstimatione solvens à creditore suo repelli poterit. Sed ad minorem seu assumptionem hujus argumenti respondetur, licet in obligatione generis sola æstimatio in obligatione esse videatur, & floreni, thaleri usuales libræ, aliæq; summæ collectivæ tanquam res incorporales sine bonitate intrinseca juxta valorem tantùm considerentur, attamen illud ipsum cum hoc moderamine, si nimirũ pecunia in solutione creditori oblata, sua legitima & debita requisita habeat, & exinde creditor damnum non patiatur, accipiendum est.

27 Ut verò † pecunia proba & legitima censeatur, & creditori invito à debitore obtrudi possit, eandem hæc tria requisita obtinere oportet, ut nimirum 1. probam & justam materiam, 2. debitum & definitum pondus, 3. nec non justum & legitimum valorem, materiei & ponderi correspondentem obtineat, adeoq; debitæ bonitatis intrinsecæ & extrinsecæ sit. *d. l. 1. in princ. ff. de contr. emption. l. 1. C. de veter. numism. potest. lib. 11. Novell. Leonis philosoph. 52. in fin. Marsil. in l. qui falsam, ff. ad L. Cornel. de fals. l. 1. C. de ponderator, lib. 10. cap. quanto. 18. ext. de jurejur. Coler. de process. executiv. part. 1. c. 10. n. 8.*

Quando † igitur thaleris vel florenis usualibus in ista depravata aut in proba etiam majori, sed in injusto & immodico valore ex multiplicatione & debilitatione minoris pecuniç exurgente solutis, creditori & intrinseca bonitas pecuniæ credita certò deficiat, atque ex tali solutione magnum damnum patitur, debitorisque pro accepto beneficio, creditori tam iniquam conditionem illaturus solvendo pecuniam vel depravatam vel probam sed injustę æstimationis, cum insigni damno creditoris non audiendus nec absolvendus erit, eundem solum numerum florenorum seu thalerorum reddendo. *Surd. decis. 406. num. 10. Anton. Fab. de var. numor. debitor. solut. c. 11. §. Ad tertiam. vers. sed in eo, & versic. Ego verò, in fin. Tessaur. de augm. & diminut. monet. part. 1 num. 28. & num. 52. circa fin.* Sed istiusmodi debitor creditori defectum etiam intrinsecæ bonitatis pecuniæ creditæ ad tempus contractus supplere tenebitur uti *seq. quæst. 2. class. 2.* latius docebitur. 28

Quod † vel ex eo etiam satis liquere potest, quoniam obligationibus super genericæ quantitatis pecunia contractis tales clausulæ ut plurimum addi consueverunt, floreni 15. baciorum vel 60. cruciatorum, item thaleri 24. grossorum, qualibus baciis, cruciferis & grossis veteribus secundum edictum monetarium Ferdinandi I. Imperator de annis 1559. 29

conflatis, cum isti depravati grossi semibacii & cruciferi nullatenus respondeant, sed istius generis grossus ne quidem veterem cruciferum, quandoq; etiam vix veterem numum, quoad bonitatem intrinsecam adæquet, utique creditori ad antiquam obligationẽ super florenis quidẽ, sed ex minori pecunia tum temporis currente, justa & bona, æstimatis contractam, moderni floreni longè leviores & debiliores ex antehac depravatis minoribus monetis æstimati, nullatenus solvi poterunt, sed bonitas florenorum debitorum ex tali antiqua obligatione propter summam & notabilem minutarum monetarũ ante aliquot annos depravationem, ex bonitate intrinseca, specierum, ex quibus tempore contractus florenus conficiebatur, simul metiendus, & quod illi in depravatis antehac currentibus monetis cumprimis minoribus deest, supplendum fuerit. *Carol. Molinaeus de usur. & fruct. nu.* 749. ubi tradit, licet pecunia in genere abstracto debeatur, nihilominus juxta communem sententiam attendi & exigi bonitatem intrinsecam secundum tempus contractus, *Anton. Faber de var. nummor. debitor. solution. cap.* 12. *circ. med. & cap.* 21. *in med. vers. & ejus est ratio. Socin. cons.* 321. *vol.* 3. *Alciat. consil.* 155. *in fin. Surd. consil.* 22[illegible] *nu.* 15. *cons.* 368. *in fin. & consil.* 406 *num.* 7. & 8. *Additionat. ad quaest.* 3. *monetar. Hilleri*, §. *Deinde etsi florenus, pag. mihi.* 98. *& seq.*

4. Ratio dubitandi.

30 Quarto † solutio debitorum vel antiquorum etiam ad obligationes genericas super florenis vel thaleris usualibus contractas, per monetas minores debilitatas, vel majores etiam probas sed in maximo & immodico valore, hinc etiam sustineri posse videtur, quoniam antehac passim à principibus aliisq; Imperii Statibus particularia edicta monetaria emanârunt, in quibus non solum istiusmodi minoribus debilitatis monetis, sed etiam majoribus veteribus & probis adhuc valor longe major, quam in ordinationibus & Recessibus Imperialib⁹ præfinitus est, qualia monetaria edicta recentiora propter vim & naturam legum, non solum antiquioribus edictis monetariis derogare videntur, *argumento l. fin. de constitut. princip. l.* 1. *in pr. ff. ad L. Aquil. cap. fin. ext. ut lite pend. & cap. fin. de rescript. in sexto. Bald. in l.* 1. *ff. de constit. princip.* sed eadem etiam valida & non elusoria seu cõtemptui esse oportet, *l. si praetor,* 75. *ff. de judic. l. ult. ff. ne quid in loc. publ. Menoch. lib.* 2. *arbitrar. judic. cas.* 377. *num.* 17.

1. Solutio.

Verum † hujusmodi objectio facilè 32 rursus refellitur, quod nimirum ejusmodi particularibus principum & nonnullorum Statuum Imperii edictis monetariis, antiquiora Imperialia & universalia edicta monetaria, in quibus monetis magna deliberatione certoque consilio, probèque perpensis omnibus circumstantiis, certa liga seu pes certusque valor præstitutus est, prorsus sublata vel antiquata non sint, sed iisdem vigor suus adhuc constet, & secundum ea judicandum sit, tum quod nullus inferiór superioris cumprimis totius Imperii legem suo arbitratu corrigere vel abrogare possit, *arg. l. fin. ff. de Iurisdiction. Covarruv. tom.* 1. *de matrim. part.* 2. *cap.* 6. *in princ. num.* 21. *junct.* §. were es auch Sach / & §. *seq.* Wo aber jemand / *Ordinat. Monetar. Ferdinand. I. Imperat. de*

rat. de anno 1559. ubi statuitur, quod nulla ordinatio vel privilegium illi ordinationi repugnans sive antecesserit sive secutum sit, valere debeat contra eam, tum verò etiam, quod in tanto hodiernarum monetarum abusu per istiusmodi edicta monetaria principum & statuum Imperii particularium, ulteriori monetarum depravationi, quoad mutationē earundem bonitatis tam intrinsecæ quàm extrinsecæ seu augmenti valoris occursum, & ad contractus tantùm quotidianos super victualibus potissimum seu super victu & amictu, salariis militū, famulorum & operariorum aliaq; negotia momentanea, quæ indies celebrantur, & in quibus propter exiguum temporis tractum, istiusmodi controversia de mutata bonitate monetarum intrinseca vel extrinseca non tam facile incidere potest, necessitate ita urgente usque ad pleniorem rei monetariæ abusus abrogationē accommodata, non verò ad præteritos contractus & negotia graviora porrecta sunt, vernacula nostra, uff tägliche vorfallende current Gelder und geringe nicht grosse schulde gerichtet sein / *argumento l. leges & constitutiones*, 7. *C. de legib. l. divæ memoriæ*, 65. *in fin. C. de Decurion. lib.* 10. *Coler. de process. executiv. part.* 1. *c.* 10. *num.* 102. *& seqq. Gail.* 2. *obs.* 9. *num.* 3. *in princ. Anton. Faber. de var. num. debitor. solution. cap.* 4. *post. med.* ibi: sed legem regiam futuris tantum aut præsentibus, non etiam præteritis negotiis formam dare. Quinetiam in recentioribus istiusmodi edictis monetariis iisdemque particularibus, minores debilitatæ monetæ & exinde secuta majorum probarum monetarum immodica æstimatio non approbata, sed tolerata tantum est,

Ejusmodi † tolerantia & permissio approbationē non inducit, & quod ignoscitur seu permittitur, non statim sine vitio vel legitimū & honestum esse potest, *argumento l. & si quis*, 14. §. *divus*. 14. *ff. de relig. & sumpt. funer. l.* 2. *C. de donat. int. vir. & uxor. can. Nervi.* 2. *distinct.* 13. *consulere quoq; hâc de re licet Additionat. ad quæst.* 3. *monetar. Hilleri §. neq; huc quis replicet, pag.* 94. *& seq. Besold. consil.* 59. *num.* 26. *& seqq. ubi eleganter disserit.* 32

5. *Ratio dubitandi.*

Quintò † huic opinioni etiam refragari videtur hoc, quod debitor & creditor correlata sint, eosdemq; quoad participationem commodorum & incommodorum mutationis monetarum paris conditionis esse, & contractus inter ipsos initos claudicare non oporteat, *argum. l.* 1. *ff. de rescind. vendit. l. Iulianus*, 13. §. *si quis pupillo*, 29. *ff. de action. empt. & vendit. junct. l. fin. C. de indict. viduit. toll. & l. secundum naturam*, 10. *ff. de Reg. Iur.* At verò creditor, qui calamitoso illo & periculoso belli & maximi abusus monetarum tempore pecuniam suam, accepta obligatione generica, super florenis vel thaleris usualibus, debitori suo in monetis annis præteritis currentibus depravatis aut maximi etiam valoris, puta thalerum Imperialem ad quinque, thalerum regium ad sex, & aureum fortassis ad septem florenos in magna summa aliquot forte millium florenorum credidit, is inquam hoc tempore reductis monetis, ad justum & minorem valorem suum, non patietur sibi solvi summam debitam in monetis quidem probis, sed in valore isto immodico secundum tempus contractus, sed debitorem suum compellet, secundum hujus 33

temporis publicata edicta monetaria in monetis probis & diminuto valore, secundũ tempus solutionis sibi summam debitam reddere, prætendendo fortassis, quod summam huic debitori creditam ab aliis debitoribus suis ad antiquas obligationes in favorem hujus debitoris exegerit, & in isto immodico tum tẽporis valore vigente, recipere coactus fuerit, hic novus debitor etiam illa pecunia credita antiquas obligationes redemerit, pecuniam istam valoris quidem immodici æque ac si pecuniam probam in modico & justo valore mutuam accepisset, in commodum & usus suos meliores converterit, ac proinde talis debitor, cum damno creditoris sui locupletari non debeat. *l. Nam hoc natura, 14. ff. de cond. indebit.* Ergo pari ratione istiusmodi conditio, quod nimirum in d. monetarum abusu debitor pecuniam debitam ex antiquis obligationibus, secundùm edictũ monetarium justum & perpetuum, vel eo deficiente secundùm tempus contractus solvere debeat, cum quoad creditorem in recipiendo pecuniam creditam in maximo & immodico valore secundum tempus contractus iniqua videatur, etiam debitori inferri nequit, *argumento l. non debet. 74. ff. de Reg. Iur. junct. rubric. & tot. tit. ff. quod quisq. jur. in alter. statuer. eod. etiam utat.*

34 Respondetur † autem, licet quandoque in contractibus etiam stricti juris ex credita pecunia commodorum & incommodorum inter debitorem & creditorem pro ratione tamen & quantitate læsionis immodicæ ultra dimidium cumprimis aliis contractibus etiam & cessionibus interpositis & perpensis probè omnibus circumstantiis, ex æquitate ratio haberi soleat, uti etiam ad finẽ primæ sectionis hujus quæstionis dictum est, quandoq; etiam in incerto & subinde mutato monetarum valore, mediç etiam æstimationis, quæ nec maxima nec minima etiam sit, à judice ratio habeatur. *Anton. Faber de var. numor. debitor. solut. c. 6. in fin.* quod tamen hocce in casu tantoq; monetarum abusu & depravatione par ratio creditoris cum debitore esse debeat, usque adeo, ut si futuro tempore (uti propter salutem reipublicæ factum) monetæ depravatæ & debilitatæ reprobentur, probæ verò ad pristinum & justum valorem reducantur, atque sic in extrinseco valore decreverint, quòd debitor, qui tempore contractus & abusus monetarum easdem vel depravatas vel probas quidem, sed in maximo & injusto valore accepit, creditori suo meliores & prorsus non deterioratas monetas & in valore tempore solutionis currente longè minore propter edicta monetaria justa & factam reductionem reddere non teneatur, sed respectivè augmentum intrinsecæ bonitatis & respectivè decrementum valoris imposititi, monetarum tempore solutionis currentium, deducere possit. *Carol. Molina, de usur. & fruct. num. 707. versic. hæc enim est vera, &c. Anton. Fab. de var. numor. debitor. solut. cap. 6. §. non igitur cogendus, Cardinalis Tusch. comm. conclusion. lit. M. conclus. 349. n. 14. Bald. consil. 499. in fin. Rubeus consil. 17. num 2. Addition. ad. quæst. 3. Hilleri pag 99. vers. ex qua decisione casus conversus, &c. ubi ait:* Ad quod sane multi hoc tempore non attendunt, existimantes, si moneta iterum publica authoritate ad minorem vel priorem reduceretur æstima-

æstimationem, quod nihilominus debitores illorum tenebuntur florenos secundùm futurum valorem solvere, cùm tamen ad alium obligati non sint, quam hisce temporibus thalerum, quem videlicet ad 5. vel 6. florenos acceperunt. Et secundùm hanc sententiam in terminis debitæ pecuniæ genericæ quantitatis seu imaginariæ, ubi intra tempus cõtractus, & solutionis pecunia insigniter seu injustè mutata fuit, in Camera Imperiali judicatum fuisse, allegando varia præjudicia attestantur, *Andr. Knich. in comm. de Saxon. non provoc. privileg. cap. 5 num. 395. item Hiller. in quæst. monet. 3. Spiræ, Anno 1623. typis mandata, §. hanc sententiam tanquam veriorem &c. pag. mihi 61. & 62. & Additionat. ad eandem, §. Cameram quoq; Imperialem, pag. mihi* 101. & 102. Recentiora verò præjudicia in antehac maximo & immodico monetarum abusu, in Camera Imperiali omnibus Spiræ praxeos ergo versantibus penè nota sunt.

35 Quinetiam † vel speciali etiam pacto effici non posse, ut debitor, qui à creditore suo tempore abusus monetarũ summam genericam, puta thalerorum usualium, vel florenorum, in minoribus deterioratis, vel in majoribus, & grossis monetis, sed in injusto & immodico valore accepit, creditori post abrogationẽ minorum debilitatarum monetarum, & reductionem grossarum, seu probarum adhuc monetarum, ad longè minorem & justam valorem summam acceptam, in minori isto & justo valore reddere teneatur, *proximè sequenti quæst. 3. sect. 2. hujus class. 1.* prolatis dubitandi & decidendi rationibus latius ostensum est.

6. Ratio dubitandi.

Sextò & postremò † de facienda solutione creditori, qui debitor suo antehac fortes florenos in proba justique valoris moneta credidit, in florenis etiam levibus monetæ debilitatæ, seu injusti & nimii valoris tempore solutionis currentibus, nonnulli etiam hinc evincere nituntur, quòd tempore summi abusus monetarum, cùm monetæ minutæ admodum debilitatæ, grossæ verò & probæ propterea ad maximum & immodicum redactæ essent, quamplurimi creditores nõ sponte solùm, sed multoties etiam inviti ad decreta Judicũ, secundùm istiusmodi monetaria edicta recentiora, monetas novas non solùm debilitatas, sed etiam veteres probas in valore longè maximo & immodico, ad antiquas etiã & veteres obligationes super fortibus & justis florenis seu thaleris usualibus contractas receperint, obligationes etiam cum confessione solutionum, mit Ubergebung der Verschreibungen oder Quittungen uber die Bezahlung / debitoribus suis reddiderint, qualibus creditoribus sane iniquissima conditio inferretur, si ipsis pari ratione non permitteretur, suis vicissim creditoribus ad antiquas & veteres obligationes pecuniam acceptam debilitatam aut probam majorem, sed in immodico & majori valore, secundùm edicta monetaria, particularia & temporalia, tempore abusus monetarum emissa iterum solvere, vel iisdem sublatis & monetis ad pristinum & justum valorem bonitati earum intrinsecæ correspondentem reductis à debitoribus suis defectum intrinsecæ bonitatis, quantum monetæ solutę monetis creditis deterio- 36

res sunt, à debitoribus suis repetere, cùm nihil magis naturale sit, quàm quemlibet eodem jure frui, quod alteri dixit, vel dici passus est, *arg. rubr. & tot. tit. quod quisque jur.* Verum breviter responderi potest, quod creditores, qui sibi pecuniam ad antiquas etiam obligationes debitam in monetarum abusu non contractas, secundùm recentiora & particularia edicta monetaria, in valore longè maximo & injusto, aut in monetis etiam minoribus debilitatis solvi sibi passi sint, & in decretis Judicum inferiorum acquieverunt, illud ipsum suæ facilitati & levitati imputare teneantur, quales uti recipiendo talem solutionem, reddendoque obligationem, seu debitorem quietando verbis, seu ipsomet facto, juri suo liberè renunciarunt, *l. penult. C. de pact.* ita istiusmodi facto suo aliis creditoribus vigilantioribus præjudicare non potuerunt, *argum. rubr. & tot. tit. res int. alios acta vel judic. aliis non nocere.* Et alias etiam non exemplis, sed legibus judicandum, *l. nemo, 11. C. de sentent. & interlocut. Demosthen. in Oration. cont. Aristocratem*, ubi ait: Impudens Oratio est, dicere sic factum esse, non enim, si quid contra leges factum est, id imitari licet, *Basil. Monner. de matrim. part. 1. cap. 4. num. 3.*

37 Quinetiam † multoties ex aliquibus causis contingere potest, ut etiam creditor, qui debitori suo ad factam istiusmodi solutionem, in numis debilitatis & deterioratis, aut in probis quidem, sed in immodico valore tempore abusus monetarum instrumentum obligationis, vel cum apocha etiam, sed debiti soluti professione restituat, nihilominus propter nimis fraudulentam & imperfectam solutionem, totum debitum, seu quod ipsi adhuc deest, consequi possit.

Primò † enim licet *l. 2. C. de rescind. vendit.* propter favorem liberationis regulariter in actibus liberatoriis & solutionibus locum non inveniat, eò quòd favore debitorum solutio omnem tollat obligationem, *princ. & ibi Dd. communiter, Institut. quib. mod. tollat. oblig.* & vox solutionis ad omnem liberationem quocunque modo factam, spectata magis ipsamet liberatione & substantia obligationis, quàm solutorum numorũ qualitate pertineat, *l. solutionis, 54. ff. de solut. & liberat. l. liberationis, 47. l. solutionis, 176. ff. de verb. signif.* usque adeò, ut vel per solam apocham seu confessionem solutionis vulgò quietationẽ appellatam, quod per eam debitor quietus & securus reddatur, solutio firmiter probetur, *Mascard. de probation. concl. 1325. num. 6. vol. 3. Wehner. observ. pract. lit. Q. verb.* Quittanz *pag. 154.* inprimis verò post retentionem ejus per 30. dies à debitore is prorsus liberatus, & negotium transactũ esse censeatur, *l. un. & ibi Dd. C. de error. calcul. Afflict. in d. l. solutionis, 54. ff. de solut. & liberat. Wesenbec. consil. 3. n. 6. & consil. 47. n. 42. Corn. consil. 166. n. 4. lib. 1.* 38

Attamen † hoc ipsum fallit, & læso succurritur, quando præter læsionem in solutione causa aliqua intervenerit, quò minùs creditor integrum debitum consequi potuerit, puta si debitor errore facti, vel juris etiam dubii, qualis error intricati juris errori facti comparatur, & exemplo ejus etiam excusat, *arg. cum dilectus, 8. ext. de consuetud. Felin. in cap. 11. ext. de re jud. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. cent. 6. cas. 543. num. 20. Peregrin. de fideicommiss. artic. 49. nu. 120. Wesenbec. in parat. ff. de jur. & fact. ignor. num. 4.* 39

num.4.in fin.Capycius decis. 69.*nu.*39. *Wilhelm. Antonii de rescript.morator.conclus.*26. *num.*23. integrum debitum non receperit, tum enim creditori, qui per talem errorem minus debito accepit, succurrendum, & suggerente æquitate restituendus est, *argum.l.*2. *C.de error. calcul.l.*2. *& ibi Bartol.ff. de Consil. l.* 1. *& l.error, ff. de jur. & fact.ignor.l.error,*70.*C.eod.tit.junct.l.*1.*in fin. ff.ex quib.caus.major.in integr.restit.* Pinell. *ad l.*2.*C. de rescind. vendit. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 5. *&* 6. ubi *in fin.* subjicit, ob hujusmodi errorem, quamlibet etiam læsionem emendari posse, etsi dimidium non excesserit, & ideò jure receptum est, verba quietationis quamvis generalia, extendi non debere ad casum, qui iniquitatem in se contineat, *post Cravet. Besold.in thesaur.pract. lit.* Q *num.*3.*verb.* Quittung/*ad fin.*

40 Deinde † creditori etiam succurrendum, & justam restitutionis causam præbet, si is calliditate & malitia debitoris, puta callida ejusdem persuasione, fuga ejusdem aut receptione in locum, unde debitum ab ipso facilè exigi non potuit, aliavé consimili & fraudulenta simulatione & circumventione, integrum debitum non receperit, tunc enim creditor iste restitutionem in integrum impetrare, & redditione instrumenti obligationis non obstante, nihilominus à debitore integrum debitum adhuc consequi potest, *argum. cap.ex literis,*4.*ext. de restitut. in integr. & l.Divus,*9.*ff.eod.tit.junct. l. fin. & ibidem etiam Alexand. & Iason ff. de condict. ob turp. caus.l.penult. & ibi etiam Bald. C. de condict.ob turp.caus.Boër.decis.*215.*num.* 8. *Capit. decis.*95.*Arius Pinell.ad d.l.*2.*C.de rescind. vendit.part.*1.*cap.*4.*nu.*7. *Sfortias Oddus in tract. de restitut.in integr.part.*1.*quæst,* 12. *artic.* 1. *& art.*2.ubi tradit, hanc restitutionem procedere, sive dolus adversarii in committendo sive in omittendo constiterit.

Tertiò † creditori, qui integrum debitum à debitore suo nō accepit, & eundem liberavit, etiam succurritur, & in integrum iterum restituitur, quando per liberationem illam enormissimè, seu ultra dimidium læsus est. Talem enim enormissimam læsionem ultra dimidium omnia jura aversantur, & remediū adversus eam non excludunt, *l. in contractibus,*3. *ubi etiam Dd. C. ex quib. caus. major. in integr. restitut.* Siquidem ubi enormissima læsio subest, ibi etiam dolus adversarii re ipsa saltem intervenisse præsumitur, ad quam restitutioni semper locus est, *l. si superstite,* 5. *C. de dolo mal.l.* 2. *C. de præd. minor.l.*1. *C.si advers.vendit.Andr.Gail.lib.*2.*observ.*147. *nu.* 8.9.*&* 10.*Dauth.ad cap.quamvis,*2.*de pact.in* 6.*num.* 92. *Pinell. ad l.*2. *C. de rescind. vendit. part.*3. *cap.*1. *num.* 7. *&* 8. *Mascard. de probat. vol.*1.*conclus.*532.*nu.*25. 31. *& seqq. Reminald. jun.cons.*593.*num.*9. *lib.*5. *Mauritius in tract. de restit.in integr.cap.*123.*Ripa cons.*4. *num.* 8. *Paul.Castrens.cons.*196.*col.*3.*lib.*2. *Bolognet. cons.*44.*col.*4.*Nevizan.cons.*22.*à num.*18.*usque ad num.fin.Decian.cons.*39.*n.*14.*vol.*1. 41

Cujusmodi † restitutio in integrum, 42
cumprimis propter dolum adversarii, seu enormissimam læsionem, unde dolus præsumptus resultat, in jure nostro tam favorabilis est, ut asserentibus Dd. nostris, nulla lege vel statuto tolli possit, eò quòd læsio enormis in quacunque dispositione, vel jurata etiam renunciatione excepta intelligatur, *l.si libertus ita,*30. *ff.de oper.libertor.l.creditor,*60.§.*Lucius,*4.*ff.mandat.l.si cum ea,*3.*C.de dot.promiss.*nec non etiam quod in naturali æquitate sit fundata,

ta,

ta, *Bald. in addition. ad Speculator. tit. de restit. col. fin. vers. item illud, &c.* & jura naturalia nullo jure civili vel statuto abrogari possint, *l. sed naturalia, 11. ubi Dd. communiter, Instit. de Iur. Nat. Gent. & Civil. Ias. in l. 1. ff. de jurisdict. omn. jud. Hippolyt. de Marsiliis in practic. crimin. §. opportunè, num. 58. & 59. Socin. sen. cons. 279. cap. 10. col. fin. lib. 2. Nevizan. consil. 17. num. 7. lib. 1.* usque adeò, ut remedium restitutionis tanquam extraordinarium, alias in concursu ab ordinario remedio excludendum, in hujusmodi tamen casibus, eo quod remedio ordinario pinguius sit, nihilominus competat, *Abb. Panorm. in cap. cum dilecti, num. 5. ext. de empt. & vend. Gail. de pignorat. cap. 21. num. 9. & de Arrest. Imper. cap. 5. num. 5. Menoch. recuperand. possess. remed. 17. num. 12. & seqq. Riminald. Iun. cons. 655. num. 66. lib. 6.*

43 Quartò † creditor à debitore non sufficienter & legitimè solvente, pecunia illa etiam accepta, reliquum nihilominus adhuc repetere potest, si, inquam, creditor adversus istam solutionem imperfectam protestatus fuerit, & sibi jus suum de reliquo adhuc petendo reservaverit, tum enim ista solutione imperfecta in numis fortassis deterioratis, aut probis quidem, sed in immodico valore, non obstante creditor supplementum defectus numorum solutorum, secundùm intrinsecam bonitatem adhuc petere seu condicere potest; siquidē protestatio cōservat jura protestantis, & consensum ejus ab actu removet, *l. si quis in principio, 22. ff. de legat. 3. l. etsi quis, 14. §. plerique, 8. ff. de religios. & sumpt. funer. l. Nesennius, 34. ff. de negot. cap. cum M. Ferrariensis, 9. extr. de constitut. cap. solicitudinem, 54. ubi gloss. in fin. ext. de appellat. Innocent. in cap. quaestioni, ext. eod. tit. Coler. part. 2. decis. 289. num. 1. Bursat. cons. 31. n. 30. & cons. 49. num. 19.* adeoque reservatio in jure reservato prodest ei, cui reservatur in omnibus & per omnia, *d. l. etsi quis, 14. § plerique, 8. ff. de religios. & sumpt. fun. l. 3. §. 1. ff. quib. mod. pign. & hypoth. solvat. cap. cum venerabilis, 6. ext. de exception. Paris. cons. 5. num. 29. & 41. part. 1. Schrader. cons. 3. num. 57. vol. 1. Bartholom. Kellenbentz in tract. de renunciat. success. quaest. 18. num. 3. Muscul. de success. convent. & anom. class. 1. membr. 2. conclus. 7. lit. b num. 294.* Quod tantò magis procedere, si creditor talem debilitatam, seu immodici & injusti valoris pecuniam à debitore oblatam prorsus recusaverit, & debitor eam postea deposuerit & obsignaverit, qualis imperfecta & illegitima depositio invalida est, & vim solutionis non obtinet, uti ad finem hujus quaestionis latius ostenditur.

Quinimò † istiusmodi creditor, cui à debitore suo pro accepta proba justique valoris pecunia, ad veterem obligationem, tempore summi abusus monetarū, pecunia improba, aut proba quidem, sed nimii & injusti valoris contra expressas Constitutiones Imperii, in quibus monetis suus perpetuus valor & liga immutabilis praestituta est, soluta fuit, vel ipsomet etiam jure tutus, & solutio ista vitio nullitatis subjacere videtur, eò quòd is, qui rem deteriorem solvit, licet debitam, non magis liberetur, quàm si nihil solveret, *l. 3. §. 1. ff. commod. l. 1. §. si res deposita, 16. ff. deposit. l. qui sibi, 33. §. qui Stichum, 6. ff. de solut. & liberat. l. Iulianus, 9. §. sed si quis, 3. ff. ad exhibend. Guid. Pap. decis. 493. Anton. Faber de var. numor. debit. solut. cap. 5. pag. mihi 111.* & in specie debitor numos reprobos solvens prorsus non liberatur, *l. eleganter. 24. §. qui* 44

reprobos,

reprobos, 1. ibi: quia reproba pecunia non liberat solventem, &c. ubi etiam gloss. & Dd. communiter, ff. de pignerat. act. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. declarat. sive particul. 2. n. 2. Jacob. Aleman in palæstra consultat. 8. quæst. pr. 1. pag. 382. vers. & reproba pecunia, Bocer. in tr. de jure monetæ, cap. 2. nu. 147. & seqq. Ludolph. Schrad. de contractib. tit. 24. num. 42. Martin. Peg. in tract. von vorbehaltnen Widerkäufen / *cap. 15.*

45 Quod † non solùm de pecunia jam ipsomet actu reproba, sed etiam de pecunia viliori brevi reprobanda accipitur, cum destinata seu brevi futura pro jam factis, & potentia actui propinqua pro completa habeatur, *l. cætera, 41. §. sed si, 14. ff. de legat. 1. l. divortio, 7. § interdum, 15. ff. solut. matrim. l. penult. ff. de testament. militar. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. partit. seu declarat. 14. num. 2. in fin. Andr. Gail. lib. 2. observ. 20. num. 8. & 9. Zoannet. de necessar. defens. part. 2. num. 38. & seqq.* cumprimis verò quòd istiusmodi brevi prorsus reprobāda, seu valore diminuenda pecunia certam, uniformem, publicā & perpetuam pecuniæ æstimationem, quæ ipsi, quasi substantialis est, non habeat, & proinde propter in horas quasi mutandum valorem veram & certam pecuniæ commoditatem, quoad æstimationem aliarum rerum præstare nequeat, *argum. l. 1. in princ. ibi: publica & perpetua æstimatio, ff. de contrah. empt. l. numis, 3. ibi: cum certa numorum sit æstimatio, ff. de in litem jurand. l. si ita, 42. ff. de fidejussor. junct. l. pretia rerum, 63. in princ. ff. ad leg. Falcid. Aristot. lib. 1. politic. cap. 6. Zabarell. in Clemente. si benefici, quæst. 11. de decimis, Alexand in l. eleganter, 24. §. ipsi reprobos, 1. col. 2. ff. de pignerat. act. Anton. Faber de var. numor. debitor. solut. cap. 1. pag. mihi 17. & seqq.*

Et † hanc etiam ob causam, si debitor sciens, quod pecunia de proximo diminutionem, quoad valorem inprimis, de proximo captura sit (prout omnes tempore summi abusus monetarum probè, vel ex edictis etiam monetariis tum temporis publicatis colligere potuerūt) creditori solverit, quamplurimi Dd. nostrorum ex Classicis etiam statuunt, debitorem ab obligatione non liberari, sed facta diminutione valoris monetæ currentis creditori supplementum præstare teneri, secundùm valorem temporis contractus, seu obligationis, *Bartol. in l. 1. § 1. ff. si quis testam. liber. juss. Bald. in l. 2. C. de peric. & commod. rei vendit. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. partic. seu declarat. 14. nu. 2. D. Theodor.* Reinkingk *de retract. consanguin. quæst. 6. num. 359. & duob. seqq. Cæsar Ursill. in addition. ad Matth. de Afflict. decis. Neapolitan. 194. num. 4. ubi hunc casum, qui suo tempore acciderit, notandum jubet, & complures alii infra quæst. 2. class. 2. enumerati statuentes,* intrinseca monetæ bonitate mutata tempus contractus inspici, & supplementum defectus ejusdem in pecunia tempore solutionis currente creditori à debitore suppleri oportere.

Verum † prædictis hisce inprimis locis hoc obstare videtur, quod in plerisq; edictis monetariis recentioribus, in quibus abusus monetarius proximorum annorū abrogatus est, cumprimis in Rhenensi etiam hisce verbis: (Welcher auch in verflossenen Zeiten bezahlt worden / es sey Hauptgelt oder Pension / dem soll umb dieser Ordnung willen keine Action oder Klage verstattet werden) disertè cautum sit, quod nulli creditori, qui tempore summi etiam abusus monetarum, solu- 46

 tionis

tionem in levioribus monetis recepit, adversus debitores regressus, seu actio competere debeat: Cujusmodi edicta Circulorum & præcipuorum Statuum Imperii elusoria reddi non oporteat, *arg. l. si prætor, 75. ff. de judic. & l. ult. ff. ne quid in loc. publ. Menoch. arbitr. jud. lib. 2. cas. 377. nu. 17. Thoming. decis. 1. num. 19.*

48 At verò † jam prætermisso, quod beneficia ex jure communi & Cæsareo alicui competentia à Statibus Imperii subditis ipsorum auferri nequeant, *arg. l. fin. ff. de jurisdict. omn. judic. Aretin. in l. more, 8. ff. de acquir. vel omittend. hæred.* Wilhelm. *Antonii de rescript. morator. conclus. 6. nu. 61.* cumprimis verò edictum monetarium universale, Anno 1559. publicatum, quoad ligam & valorem monetarum in eo comprehensum, & in omnibus Imperii Recessibus, cumprimis etiam Ratisbonensi, *Anno* 1603. §. so setzen/ordnen vnnd wöllen wir/ꝛc. repetitum & approbatum, Statibus Imperii non immutare liceat, *de quo vide Regner. Sixtin. Consil. Marpug. vol. 2. cons. 12. quæst. 5. num. 157. & seqq.* usque adeò, ut nulla etiam Privilegia Cæsarea tam antecedentia, quàm consequentia adversus illud valere debeant, *d. Ordinat. monet. Ferdinandi I. Imper. de Anno* 1559. §. were es auch sach/& §. *seq.*

Breviter & succinctè responderi po-
49 test, quod † statutum solutionem roborans, & creditoris retractationem ejusdem prohibens, à Dd. nostris ad restitutionem in integrum, tanquam remediū extraordinarium, & extra casum, super quo non est conceptum, haud porrigendum esse censeatur, eò quod lege retractari prohibita, non protinus restitutionem in integrum excludunt, *Alexand. in l. qui arbitrio, § penult. ff. qui satisdar. cogan. Bald. in l. in causæ cognitione, ff. de minor. Parif. consil. 13. num. 43. 44. & 45. vol. 1. Petr. Anton. Angusola cons. 98. nu. 8. lib. 2.* adeoque omni alias competente remedio remoto, restitutio tamen in integrum remota nō censetur, *gloss. in fin. in l. postquam liti, & ibi etiam Iason C. de pact. Socin. consil. 299. in fin. volum. 2. id quod eleganter post alios à se allegatos explicat Carol. de Grassis in tractat. de exceptionib. ad mater. statuti exclud. omnes except. exc. 34. num. 1. & seqq.* veluti etiam lex appellationem, nullitatis querelam, aliamvè exceptionem adversus sententiam prohibens, restitutionem tamen in integrum non excludit; adeoq; statutū, vel ipsam met etiam restitutionem in integrum ex hoc edicto prohibens, eandem non tollit in altero, *Parisius d. cons. 13. num. 45. lib. 1.* quoniam cùm correctorium juris communis sit, ideoque strictè intelligendum, & nullatenus extendendum, *Carol. de Grass. d. except. 34. num. 10. & Dd. ibidem allegati.*

SECTIO TERTIA SECUNDA Quæstionis, de numis in genere creditis.

AN ISTIUSMODI LÆSIONIS ex mutata liga, & valore pecuniæ provenientis, etiam in aliis contractibus, puta emptionis venditionis, depositi, aliisvé consimilibus, in quibus ex una tātum parte pecunia, & altera parte res intervenit, æquè ac in contractu mutui, in quo utrinq; pecunia intervenit, ratio haberi debeat.

SUM-

SUMMARIA.

1 *Creditori pecunia ex aliis etiam contractibus, seu obligationibus veteribus ante nimium abusum monetarum debita, tempore abusus monetarum in numis deterioratis, seu nimii & injusti valoris solvi nequit.*

2 *Creditori, qui cum debitore super pecunia proba justiq; valoris contraxit, pecuniam improbam nimiiq; valoris tempore solutionis obtrudere velle, jura non admittunt.*

3 *Contrahentium mens & intentio in omnibus contractibus & dispositionibus, ad tempus contractus relata, ante omnia attendenda est.*

4 *Intrinseca bonitate monetarum intra tempus contractus, & tempus solutionis mutatâ, in solvendo pecuniam debitam, non tempus solutionis, sed tempus contractus attenditur.*

5 *Valore grossarum, & probarum monetarum propter deteriorationem, & multiplicationem minorum monetarum, nimium adaucto, perinde est, atq; si bonitas intrinseca mutata fuisset, & valor temporis contractus attenditur.*

6 *Intrinseca bonitas etiam in florenis & qualitatibus genericis attenditur, quando grossarum monetarum valor ob deteriorationem & multiplicationem nimium adauctus est.*

7 *Depositio facta à debitore in levioribus florenis, ad summam debitam in pecunia proba & fortiori, eundem non relevat, item n. 9. & 10.*

8 *Depositio & obsignatio totius summæ debitæ coram Magistratu facta debitorē liberat.*

11 *Depositio ut consistat, totam summam debitam ejusdem quantitatis, unà cum pensionibus, adeò ut ne obulus quidem deficiat, deponi oportet.*

12 *Depositio etiam vitiatur, si summa debita non ejusdem qualitatis, à debitore oblata & deposita fuerit.*

13 *Depositio facta in pecuniâ reprobâ seu debilitata, & Constitutionibus Imperii non conformi, debitorem non liberat.*

14 *Pecunia difficulter expendibilis, seu brevi reprobanda, creditori invito obtrudi nequit, nec cum effectu liberationis deponi potest.*

15 *Fraus & calliditas debitoris eidem prodesse non debet.*

16 *Debitor, qui tempore abusus monetarū cum creditore alium contractum extra mutuū intuitu leviorum florenorum celebravit, tempore abrogati abusus monetarum, creditori fortes florenos præstare non tenetur.*

17 *Debitoris & creditoris parem oportet esse conditionem, & contractus claudicare non oportet.*

18 *Debitor & creditor quoad læsionem ex depravatione pecuniæ provenientem paribus passibus in aliis etiam contractibus extra mutuum ambulant, si eorundem prorsus eadem etiam quoad læsionem illam fuerit ratio.*

19 *Læsionis ex depravatione pecuniæ provenientis inter contractum mutui, in quo utrinque pecunia intervenit, & alios contractus, in quibus pecunia & res deducuntur, quādoq; dispar est ratio.*

20 *Separatorum & diversorum diversa etiam seu separata est ratio.*

21 *Debitum ex alio quàm mutui contractu, in quo & res, & pecunia intervenit, tempore abrogati abusus monetarum etiam secundùm valorem temporis solutionis in florenis præstandum est, nisi constiterit, contrahentes super leviori pecuniâ contractum iniisse.*

1 PRÆTEREA † quæ supra quoad læsionem ex mutatione pecuniæ provenientem, decisa sunt, non solùm in cõtractibus mutui, sed etiam aliis quibuslibet tam stricti juris, quàm bonæ fidei cõtractibus, ex quib. pecunia debetur, obtineat, utpote in quibus debitor, qui tẽpore contractus, ubi monetarum valor adhuc minor & justior fuit creditori suo, certam pecuniæ summam promisit, eandem tempore abusus monetarum non in valore immodico & injusto reddere possit, sed sive ex stipulatu, sive ex empto, sive ex conducto, aliavé ex causa talē summam ex veteri aliquo contractu debeat, eandem creditori suo in minori & justo valore secundùm tempus contractus, & non secundùm tempus solutionis, in valore illo injusto, incerto & immodico refundere teneatur.

2 Quando † enim creditor, qui fortassis debitori suo mercem quandam antehac vendidit, vel rem suam locavit: quoad precium seu mercedem valorem pecuniæ tum temporis justum & minorem respexerit, cum maxima utique iniquitate conjunctum foret, si debitor tempore solutiònis in tanto monetarum abusu precium vel mercedem conventam, in pecunia tum temporis currente deteriorata, aut in proba quidem, sed in injusto & immodico valore obtrudere, atq; ita creditorem benefactorem suum pro cõcessæ dilationis beneficio, ultra duplum vel triplum etiam decipere possit, quod jura nostra non solùm prohibent, *l. nam hoc natura, 14. ff. de condict. indeb. l. non debet, 74. ff. de reg. jur.* cùm solutum non videatur, quod deterius & minus solvitur, *l. creditorem, 99. ff. de solut. & liberat. Guid. Pap. decis. 495. Alciat. cons. 118. num. 18.* neque solvendo esse dicatur, qui integrum solvere non potest, *§. item si fullo, 19. vers. fulloni, in fin. Instit. de oblig. quæ ex delict. nasc. l. solvendo, 114. & ibi Dd. ff. de verb. signif. Wilhelm. Antonii de rescript. morator. conclus. 6. num. 39.* sed etiam solutiones numorum debitorum secundùm valorem incertum, injustum, immodicum & non perpetuum prorsus inhibent, & solutionem secundùm valorem temporis contractus, addendo tantum quantum acceptum est, seu valorem publicum uniformem & perpetuum exigunt, *l. 1. in princ. ff. de contrah. empt. l. ideò in arbitrium, 3. ff. de eo quod cert. loc. l. numis, 3. ff. de in lit. jurand. junct. l. pretia rerum, 63. §. fin. ff. ad L. Falcid. Anton. Gabriel. commun. conclus. sub tit. de solut. conclus. 1. num. 19. Covarruv. de veter. numism. collat. c. 7. n. 4. ad fin. Landens. de monet. n. 19.*

Quod † ipsum etiam menti & intentioni contrahentium, utpote qui quoad id, quantum in obligationem deductum fuerit, & quantum ex ea debeatur, tempus celebrati contractus inspexerint, admodum consentaneum est, *argum. l. Rutilia Polla, 69. ff. de contrah. empt. l. venditor hereditatis, 2. §. 1. in fin. ff. de heredib. vel act. vendit. l. non omne, 144. §. 1. ff. de reg. jur. l. in lege, 77. ff. de contrah. empt.* qualis contrahentium voluntas, consensus & intentio in omnibus obligationibus principem locũ obtinet, & verborum conceptioni etiam præfertur, *l. ult. C. quæ res pignor. oblig. poss. l. ita stipulatus, 115. §. item si quis ita, 2. ff. de verb. obligat. Tiraquell. in l. si unquam in rebus libertis, nu. 47. C. de revocand. donat. Frider. Pruckm. cons. 8. n. 231. & seqq. lib. 1.* quibus in terminis monetæ accedunt, *Ioh. Grivell. decis. Senat. Dolani 36. num. 4. Besold. cons. 142. nu. 50. part. 3.* 3

part.3. Menoch.consil.79.num.18.& consil.258. num.2. adeoq; in quibuslibet dispositionibus, actibus & obligationibus idipsum in dubio dispositum & conventum censetur, quòd disponens seu contrahentes interrogati verisimiliter respondissent, *l. tale pactum. 40. § pater qui, ult. & ibi gloss. de pact. Albert. Brun. de augm. & diminut. monet. particul. seu declaration. 9. num.* 1. nec actus agentium operantur ultra eorum intentionem, *l. obligationum substantia, 3. ff. de oblig. & act.* nec ultra cogitata extenduntur, *l. cum Aquiliana, 5. ff. de transact. Cothm. consil. 83. num. 30. vol. 2.*

4 Præcipuè † verò debitor, qui cum creditore suo, ubi monetarum valor adhuc minor & justus, nec minores monetæ intantum debilitatæ fuerunt, contraxit, eidem creditori suo tempore solutionis & summi abusus monetarum, monetas deterioratas & debilitatas solvere non potest, quoniam ex cõmuni omnium Dd. opinione, quando intra tempus contractus & solutionis monetarum bonitas intrinseca est mutata, non tempus solutionis, sed tempus contractus attenditur, *l. cum quid, 3. ff. d. de reb. credit. l. 1. C. de veter. numism. potest. cap. olim causam. 20. & cap. cum canonicis, 26. ext. de censib. Guid. Pap. decision. 493. Anton. Gabriel commun. concl. lib. 3. tit. de solutionib. conclus. 1. n 1. Cravett. consil. 47. n. 6. Mynsing. cent. 4. observ. 1. And. Kohl exercitat. legal. c. 18. n. 1. Caspar. Anton. Tessaur. de augm. monet. part. 1. n. 71. Nicol. Reusner. lib. 4. decis. 13 n. 9. Borgnin. Cavalcan. decis. Frviz. 62. nu. 42. vers. communis est sententia. Rener. Budel. in tract. de re numar. lib. 2. c. 2. n. 11. & seq. Daniel. Moller. ad constitut. Sax. Elect. Augusti, part. c. 28. n. 2.* Carol. Molin. *in tractat. de usur. & fruct. num. 749.* ubi ait: Omnes & veteres & medii & recentiores (uno solo Johanne Fabro excepto) una voce sivè legendo sive repetendo, sive in tractatibus sive in consiliis tenuerunt & tenent, semper & indistinctè, sive debeatur pecuniæ in genere abstractæ quantitatis, puta tot libræ, sive certa species monetæ puta mille aurei, debere attendi & exigi bonitatem intrinsecam, quæ erat tempore contractus sive cujuscunque dispositionis. Et cum sit plus quam communis præjudicata opinio, superfluum est authores citare. *Hactenus Molinaus.*

Quod † pariter etiam servatur, si mo- 5
netarum grossarum bonitas intrinseca intra tempus cõtractus & solutionis non fuerit immutata, veruntamen valor earundem propter multiplicatas & deterioratas minores monetas immodicè & injustè accreverit, tum enim perinde haberetur, atque si ipsamet bonitas intrinseca majorum monetarũ immutata fuisset, ac proinde creditori tempore solutionis vel grossas monetas secundum valorem temporis contractus vel minores seu grossos & albos totidem præstari oportet, quot secundum bonitatem intrinsecam grossorum seu alborum temporis contractus, summam debitam cõficiunt, *Bartol. in d. l. cum quid. 3. n. 17. Alexand. n. 16. Socin. n. 40. ff. de reb. credit. Boerius decision. 372. Tessaur. decis. 174. in princ. Anton. Faber de variis numor. debitor. solution. c. 1. & c. 7. Caspar. Anton. Tessaur. de augm. monet. part. 1. num. 27. 47. 50. & 71. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. partic. seu declarat. 6. num. 5. versic. sed majus dubium est &c. Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 2. nu. 27. & n. 33. ubi tradit,* aucto valore majorum mone-

tarum propter multiplicatas & deterioratas minores monetas, si nulla ulterior fraus subsit, majores in effectu auctas nō censeri, sed esse commensurationem æqualem & proportionem ad deterioratam monetam minorem. *Carol. Molinæ, de usur. & fructib. quæstion. 92. num. 704. Surd. cons. 368. n. 716. & 717.*

6 Cujusmodi † decisioni iterum non obest, quod solis florenis in obligatione existentibus, tales etiam tempore solutionis currentes, citra ullam intrinsecæ bonitatis considerationem, creditori à debitore solvi possint, secundùm tradita *Anton. Fab. de variis numor. debitor. solut. cap. 9. Andr. Kohl exercitation. legal. cap. 18. num. 20. Menoch. consil. 49. n. 14. vol. 1. Ernest. Cothm. respons. 34. n. 100. & seqq. vol. 1.* Nam quando grossarum monetarū bonitas extrinseca seu valor, ob notabilem & insignem deteriorationem minorum monetarum admodū evidenter & immodicè auctus est, tunc in florenis etiam & summis collectivis intrinseca bonitas secundū tempus contractus attenditur, & id ipsum quod monetæ deterioratæ minori tempore solutionis currenti, & per quas florenus illius temporis æstimatur respectu monetæ fortioris, qui tempore contratus in usu fuit, quoad bonitatem intrinsecam abest, creditori à debitore suppleri, & tantundem quantum credidit, in monetis deterioratis aut valore adauctis quoad bonitatem intrinsecam reddi oportet, *cap. olim causam. 20. ext. de censib. Anton. Tessaur. decision. 174. n. 6. versic. sed adverte, Caspar. Anton. Tessaur. de augment. monet. part. 1. num. 44. & part. 2. num. 41. & seqq. Anton. Faber. d. tract. de variis numor. debit. solution. c. 9. versic. postremo hoc unum requiro &c. item in Codic. suo lib. 8. tit. 29. definit. 27. Albert. Brun. de augm. & diminut. monet. part. 6. num. 5. Signorol. de Homodais consil. 74. Cephal. consil. 31. n. 9. Surd. cons. 220. n. 4. consil. 378. num. 11. & consil. 454. Alciat. consil. 155. in fin.* ubi tradit, si obligatio consistat in libris vel florenis, quòd libræ vel floreni solvi debeant ejus bonitatis, cujus erant tempore contractus, *item consil. 586. in princ.*

Ex † quibus omnibus etiam consequens est, quod debitor is, qui certam pecuniæ summam creditori suo ex veteri aliquo contractu debitam, tempore immodici abusus monetarū creditori suo obtulit, is verò eandem in monetis deterioratis aut in grossarum monetarū immodico valore recipere recusavit, quam postea debitor coram Magistratu deponi & obsignari fecit, quòd nimirum debitoris eâ oblatione, depositione, & obsignatione non liberetur, sed pecunia illa deposita periculo ipsius interea quieverit, & ipse debitori suo summam debitam in moneta proba in justo & legitimo valore secundum justum legitimum perpetuum & uniforme edictum monetarium, seu eo deficiente secundùm tempus contractus solvere teneatur. 7

Ut † maximè enim alias pecuniæ debitæ oblatione, ejusdem depositione & obsignatione coram magistratu legitimè facta debitori liberatio contingat, eademque vim solutionis obtineat, & cursum usurarum inhibeat, *l. 2. ibi: seq. parato satisfacere &c. item in verb. seqq. post oblatam ex pacto quantitatē, C. de pact. int. empt. & venditor. composit. junct. l. Iulianus, 13. §. offerri, 8. ff. de action. empt. & vendit. l. 1. § si pecunia in. 36. ff. deposit. l. acceptam. 19. & ibi: Bald.* 8

Bald. n. 5. C. de usur. l. obsignat. 9. & ibi Donell. num. 14. C. de solut. Bartol. Salycet. Paul. Castrens. in l. si creditrici, 6. C. de usur. Bartol. in l. prætor ait, 20. § si quis paratus, 5. ff. de nov. oper. nunciat. Donell. & Cujac. in l. qui Romæ, 122. §. Seja. 5. ff. de verb. oblig. Zanger. de exception. part. 3. cap. 2. num. 88. & seqq. Anton. Faber de variis num. debitor solution. cap. 7. pag. mihi, 141. Boër. decis. 124. num. 22. Natta cons. 631. col. 2. versic. Non tamen habet vim solutionis vol. 3. Althus. lib. 2. Dicæolog. cap. 15. num. 28. D. Theodor. Reinkingk *de retract. consanguin. q. 6. num. 468. Casp. Roderic. in tract. de ann. reditib. lib. 1. quæst. 18. num. 8.*

9 Attamen † hoc in casu, ubi debitor, qui cum creditore suo tempore contractus super pecunia justa & proba contraxit, & ad eandem etiam sese obligavit, tempore summi monetarum abusus creditori suo pecuniam deterioratam vel probam, sed in immodico & injusto valore obtrudere nisus est, eandemque recusatam postea deposuit, istiusmodi oblatio, depositio & obsignatio ob quam plurimos defectus vim solutionis nõ sustinet, nec liberationem ab obligatione potest inducere.

10 Primo † enim posito, debitorem hunc anno 160. quo thalerus Imperialis 25. bazenis seu 30. grossis vel 45. albis tum temporis melioribus æstimatus fuit, sese creditori suo ex quocunque contractu ad solvendos 300. florenos tum temporis currẽtes obstrinxisse, quos etiam eo tempore non nisi in probis monetis, cumprimis etiam baciis, grossis & albis illius tẽporis aut 180. thaleris Imperialibus ad 25. bacios solvere potuisset, eundem verò debitorem arrepta occasione immodici abusus monetarum, ubi thalerus Imperialis 5. florenis seu 75. baciis atque sic duplo plus, quam tempore contractus æstimatus fuit, 300 istiusmodi florenos in 60. tantũ thaleris Imperialib⁹ ad 5. florenos obtulisse, eosdẽq; à creditore recusatos postea deposuisse & obsignasse, utiq; istiusmodi depositione & obsignatione admissa creditor iste benignus, qui debitori suo sexennalem fortassis dilationem indulsit, pro beneficio suo malam hanc gratiam reportavit, & pro credito suo vix unam tertiam reciperet, duas verò tertias amitteret, ut proinde talis oblatio depositio & obsignatio vim veræ solutionis obtinere nequeat.

De † necessariis enim & legitimis requisitis legitimæ depositionis & designationis est, ut integra summa debita, seu totum debitum in pari quantitate debitori offeratur, deponatur & obsignetur, usque adeò ut ne obulum quidem deficere oporteat, *l. grege. 13. § pen. ff. de pignor. & hypoth. l. tutor. 41. §. Lucius. 1. ff. de usur. l. qui Romæ. 122. in princ. ff. de verb. obligat. l. obsignatione. 9. C. de solut. Neguzant. de pignor & hypothec. part. 5. princ. memb. 3. in secund. part. Ripa in l. quod te. 5. num. 22. ff. de reb. credit. Tiraquell. de retract. convent. § 4. gloss. 6. n. 23. & 24. D. Theodor.* Reinkingk *de retract. consanguinit. quæst. 6. n. 21. Vincent. Caroc. in tr. de oblat. part. 1 quæst. 6. num. 1.* imò præter summam principalem seu sortem, usuras etiam & interesse deponi oporteat, *d. l. grege. 13. § ult. ff. de pignor. & hypothec. d. l. obsignatione, 9. ubi etiam gloss. C. de solut. l. Acceptam. 19. C. de usur. l. 2. C. debit. vendit. pignor. impedir. non posse. gloss. in l item illa, 18. in pr. in verb. ad diem, ff. de constitut. pecun. Alexand. consil. 75. n. 8. lib. 7. Iason. in l. quidam existimaverunt, 21. ff. de reb. credit. Rimunald. juni. consil.* 11

consil. 523 *num.* 22 *lib.* 5. *Decius in l.* 2. *Col. ult. C. de pact. inter empt. & vendit. Iohan. Althus. Dicaolog. lib.* 2. *c.* 15 *num.* 14. *ibi: nisi cum debito principali omne interesse offeratur. Casp. Roder. in tract. de ann. reditib. lib.* 3. *quaest.* 9. *n.* 3.

12 Deinde † evidens & notabilis istiusmodi depositionis defectus etiam hic est, quod istiusmodi pecunia deposita, dum nimirum valor thaleri Imperialis tempore abusus monetarũ propter multiplicatas & deterioratas minores monetas in bonitate sua intrinseca, usque ad 5. florenos excrevit, qualis tempore contractus, 1. tantum floreno & decem baciis aestimatus fuit, propter defectum bonitatis intrinsecae reipsa & in effectu diversae prorsus qualitatis est, cum pecunia debita. Quando autem creditori à debitore aliud & diversum solvitur vel offertur, liberatio non contingit, eò quòd idem prorsus quod debetur ejusdẽ quantitatis & qualitatis & non aliud seu diversum creditori solvi seu reddi oporteat, *l.* 2. §. *mutui datio,* 1. *ff. de reb. credit. l. cum à quo.* 16. *& l. manifesti, seq.* 17. *C. de solut.* §. 1. *Instit. quib. mod. toll. obligat. l. miles,* 6. §. *decem.* 1. *ff. de re judic. l.* 1. *ff. de pen. legat. l. cum fine.* 19. *ff. quand. dies legat. cedat, l. ita stipulatus,* 115. *ff. de verb. obligat. Decius in l.* 2. §. *mutui datio,* 2. *in ult. lectur. num.* 35. *& ibid. Curt. jun. num.* 35. *ff. de reb. credit. Loffred. consil.* 14 *num.* 74. *Iason. consil.* 9. *num.* 9. *&* 13. *& cons.* 44. *in fin. lib.* 1.

13 Tertiò † depositio & obsignatio haec etiam consistere non potest, quoniam multiplicatio & deterioratio monetarũ cumprimis etiam minutarum monetarum, per quas grossarũ monetarum valor in tantum adauctas est, constitutionibus Imperii & edictis monetalibus Imperii Romani cumprimis Ferdinandi I. Imperator. de anno 1559. & diametro repugnat, & proinde eatenus pro debiti ponderis & probae speciei ab omnibus recipiendae haberi nequeant, *l.* 1. *& ibi: Dd. communiter C. de veter. numismat. potest.* Quando verò creditori à debitore pecunia non proba sed improba solvitur seu offertur, ea solutio debitorem non relevat, eò quod reproba pecunia pro pecunia non habeatur, *l. eleganter.* 24 §. *qui reprobos,* 1. *ff. de pignerat. action. gloss. in l. omnes,* 2. *C. de haeretic. Decius in l. quod te.* 5. *in secunda lectur. n.* 33, *ff. de reb. credit. Tiraquell. de retract. consanguin.* §. 1. *gloss.* 20. *num.* 11. *Alexand. consil.* 104. *lib.* 1. *D. Theodor.* Reinkingk *de retract. consanguinit. q.* 6. *n.* 355. *& seqq. & n.* 477. *Ioh. Chrysosth. Dornsperg. in respons. jur. de trib. quaest. monetar. num.* 21. *& seqq. Bocer. de jur. mon. cap.* 2. *num.* 147. *& seqq.* nec denarius minus legalis sive probus sit denarius, *ut dicit gloss. in l. omnes,* 4. *C. de haeret. Dornsperg. d. resp. n.* 26. juxta illud:

Si re priveris, nec nomen habere mereris,

quod fundatur in c. cor Episcopi. in fin. & ibi gloss. dist. 68. *Wilhelm. Anton. de rescript. morat. conclus.* 59. *n.* 39.

Quinetiam † & postremò oblatio & depositio illa ex hoc etiam invalida est, 14 quoniam istiusmodi debilitatae & multiplicatae minores monetae tempore abusus monetarum invectę, aut probę etiam sed ad immodicum & injustum valorem reductae vel eo etiam tempore non apud quemvis, multò minus ubivis locorum in Romano Imperio expendi potuerunt, sed vel homines simplices & imperiti tanta fraude deprehensâ istiusmodi solutiones recassarunt, & quilibet vel ex digitis etiam facile colligere potuit, tantam fraudem citra ulteriorem labefacta-

facta-

factationem Imperii Romani, non diu consistere posse, & monetas illas depravatas propediem & necessario abrogandas & probas adhuc ad legitimum & longè minorem valorem reducendas esse. Quemadmodum autem pecunia non ubivis aut difficulter expendibilis à creditore recusari potest. *Ioh. Andr. in cap. quanto, 18. ext. de jurejur. Socin. sen. in l. cum quid. 3. col. ult. ff. de reb. credit. Nevizan. consil. 88. num. 14.*

14 Ita pariter † invito creditori à debitore pecunia vel currens brevi tamen reprobanda, obtrudi nequit, *argumento l. si vina, 15. ff. de pericul. & cōmod. rei vendit. Bald. in l. acceptam, quæst. 17. C. de usur. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. partic. 14. Anton. Gabriel, lib. 3. commu. conclus. tit. de solution, conclus. 2. num. 23. & 24. Calca. consil. 14. n. 8. versic. Quantum ad tertium. Nevizan. cons. 49. num. 16. Ias. ad §. fin. in princip. vers. 11. fallit. Inst. de action. Matth. Brun. in tract. de cessione bonor. quæst. 30. quarta quæst. princip. n. 2. vers. quod idē firmari potest. pag. 167.* quoniam ex temporis brevitate & modicitate jura fraudem præsumunt & dolum: *Mascard. de probat. vol. 1. concl. 351. num. 123. & vol. 2. conclus. 815. num. 15.* qualis nemini prodesse debet: *l. ita demum, 31. ff. de recept. arbitr. Pantschman. part. 2. quæst. 21. n. 148.*

15 Ex † quibus ita breviter decisis satis superque liquere arbitror, quod istiusmodi debitor, qui à creditore suo justam & probam pecuniam accepit, seu ex vetere aliquo contractu talem pecuniam eidem debet, occasione abusus monetalis arreptâ, summam debitam in monetis debilitatis aut probis quidem, sed in immodico & injusto valore deposuit, istiusmodi depositione & obsignatione non liberetur, sed in hoc etiam casu æquitas & bona fides spectanda sit, *l. bonam fidem, 4. C. de obligat & action l. bona fides, 31. ff. deposit. l. ab emptione, 58. ff. de pact.* debitorique istiusmodi calliditas non prodesse debeat *l. ne & dolo, 12. ff. de dol. mal. l. in fideicommiss. 3. § ult. ff. de usur. & fructib.*

Atque † hæc quæ de aliis contractibus tam bonæ fidei quàm stricti juris extra mutuum modo dicta sunt, quod nimirum debitor pecuniam ex veteri contractu tempore justi valoris monetarum celebrato debitam tempore abusus monetarum, in monetis minoribus debilitatis & deterioratis aut majoribus probis etiam, sed in immodico & injusto valore solvere nequeat, non solùm quoad læsum creditorem propter istam solutionem procedunt, sed etiam ex natura contractuum relatorum quoad ipsummet debitorem, si & is per istam solutionem læderetur, locum obtinent, puta si debitor cum creditore suo tempore abusus monetarum contractum emptionis venditionis, locationis conductionis, aliumve consimilem intuitu leviorum monetarum tum temporis currentium, aut grossatii & probarum in injusta & immodica æstimatione, thalero nimirum Imperiali ad quinque florenos, iniverit, tum enim debitor is tempore reductionis monetarum ad justum & verum valorem veluti thalero Imperiali ad sesquiflorenum, seu 42 albos, creditori suo cum maxima læsione ultra dimidium æquè atq; in mutuo grossas monetas in isto diminuto & reducto valore, non tenetur solvere, sed liberabitur, si tantundem creditori suo solvit, quoad intrinsecam bonitatem, quanti pecunia fuit tempore contractus, 16

reductis nimirum istis deterioratis & levioribus florenis in thalero Imperiali ad 5. florenos ad florenos in fortes non debilitatos thalero Imperiali ad sesquiflorenũ, seu solutis simpliciter grossis illis & probis monetis secundũ illum injustum valorem, uti fuit tempore contractus.

17 Quando † enim debitor ex alio contractu tempore abusus monetarum celebrato, pecuniam debilitatam debens, reductis monetis ad justum & longè minorem valorem in isto reducto valore solvens æquè læderetur, atque creditor, si pecuniam ex veteri contractu in justo & legitimo valore sibi debitam, tempore abusus monetarum in injusto illo & immodico valore recipere teneretur, debitori utiq; non secus ac in contractu mutui hocce in casu subveniendum, & cum ab initio leviorem & secundum intrinsecam bonitatem valdè debilitatam pecuniam semel debere cæperit, tempore solutionis reductis monetis ad justum & longè minorem valorem, pro debilitata pecunia, fortem & justam in diminuto valore, sed tantundem solum, quantum ab initio secundum intrinsecam bonitatem debuit, præstare tenebitur, parique jure cum creditore suo in prædictum casum contrarium fruetur: siquidem contractus claudicare non oportet, *argum. l. 1. ff. de rescind. vendition. & l. Julianus, 13. §. si quis à pupillo, 29. ff. de action. empt. & vendit. Menoch. consil. 29. num. 29. & cons. 92. nu. 41. vol. 1. Riminald. Jun. consil. 307. nu. 13. & seq. vol. 3. Cavalcan. decis. 44. n. 26. part. 1.* & ne claudicent, vitiantur in totum, *Riminald. Jun. cons. 776. n. 4. & seq. vol 7. Bursat. cons. 340. sub num. 38. & seqq. vol. 3.* adeoque inter debitorem & creditorem quoad læsionem inprimis reciprocam & eandem oportet esse rationem, *argumento l. fin. C. de indict. viduit. tollend. Bald. in l. fin. num. 23 & ibid. etiam Alberic. de Rosat. num. 13. Cyn. n. 14. & num. 22. C. de edict. divin. tollend. uti ad quæstionem de expedienda solutione numorum debitorum ad obligationem pactitiam quæst. 3. Class. 1. per rationes dubitandi & decidendi latius ostensum est.*

Quæ † tamen omnia cum hoc moderamine accipienda sunt, si videlicet horũ contractuum quoad læsionẽ debitoris per solutionem tempore abrogati abusus monetarum in fortibus & nõ debilitatis monetis cum contractu mutui, in quo de læsione protinus ex ipsamet pecuniæ numeratione & redditione longè faciliùs quàm in aliis contractibus constare potest, eadem sit ratio, & debitor pecuniam leviorem ex iisdem revera debens solvendo pecuniam fortem & non debilitatam admodum læderetur, ubicunque enim eadem est ratio vel æquitas, ibi etiam eadem debet esse juris dispositio, & contra, *l. illud, 32. ff. ad L. Aquil. l. à Titio, 108. ff. de verb. oblig. Nicol. Eberhard. in loc. à simili, 13. num. 1. Andr. Gail. lib. 2. observ. 13. num. 13.* 18

Alioquin † si contractus mutui & aliorum contractuum tempore abusus monetarum celebratorum, quoad læsionem diversa fuerit natura & ratio, hoc est, debitor quidem in contractu mutui à creditore suo pecuniam debilitatam & leviorem, aut grossam & probam sed in injusto & immodico valore acceperit, & eodem abusus monetarũ tempore idem is debitor vel alius cum creditore suo contractum locationis conductionis seu emptionis, venditionis inierit, & in eo 19

respe-

respectu levioris vel fortioris monetæ nō habuerint, sed super mercede seu precio, pro re in contractus istos deductâ, secundùm communem æstimationem in florenis, uti tempore veri usus monetarum æstimari potuerunt, convenerint, veluti ab initio summæ istius monetarum depravationis in quantitatibus genericis imprimis differentia florenorum leviorum & fortiorum summaque fraus circa eos non statim animadversa fuit, sed plerique cumprimis rustici & simplices florenum leviorem æque bonum florenum atque fortiorem veterem fuisse arbitrati sunt, mercesque suas totidem florenis levioribus tum temporis currētibus, quot ante illum abusum fortioribus valuerunt, vendiderunt, donec tandem debilitato & leviori floreno nō tantudem mercium, atque floreno fortiori & justo comparare potuerunt, multoties etiam istiusmodi monetarum abusu non attento, merces suas sub communi æstimatione, quanti in florenis fortioribus & justis æstimari possunt, dimiserunt, & emptoribus insuper particularem solutionem per certos annos seu constitutos solutionis terminos indulserunt, cum adjecto pacto, de solvendis numis debitis secundùm valorem temporis solutionis, quibus in casibus, cum contractus mutui, in quo ex sola numeratione pecuniæ tempore abusus monetarum in injusto & immodico valore & redditione ejusdem tempore abrogati istius abusus monetarii in reducto diminuto & justo valore de læsione protinus constare potest, & aliorum contractuum, in quibus utrum debitor per solutionem contra æquitatem & conventionem initam læ-datur, tractatum super isto contractu mercemque seu rem in eam deductam adjecta pacta & alias circumstantias inspici oportet, an nimirum in specie super pecunia tum temporis leviori, an verò sub communi & consueta æstimatione in florenis aliavè summa collectiva citra respectum abusus monetarum contractus iste initus sit, diversa & separata est ratio, & proinde cessante læsione ex parte debitoris, is contra æquitatem creditori leves florenos obtrudere nequit, sed ad solutionem numorum debitorum in justo diminuto & reducto valore secundum valorē temporis solutionis astringendus erit, cum in hisce contractibus, uti in mutuo, in quo ex utriusque contrahentis parte pecunia intervenit, ex solo contractus tempore seu abusus monetarum prædicta læsio quoad solutionem colligi prorsus nequeat, sed uti jam dictum, longè plura considerari, & proinde variatis circumstantiis citra læsionem diversimodè etiam de iisdem judicari oporteat.

Differentium † enim & separatorum 20
diversa & separata est ratio, *l. fin. & ibi Dd. communiter, ff. de Calumniator, l. Papinianus, 20. ff. de minor. Andr. Gail lib. 2. de pac. public. cap. 11. num. 15. Nicol. Eberhard. in top. legal. de separatis, loc. 18. n. 1.* eorumque nulla conjunctio vel communitas, *Iacob. Schult. in addit. ad quæst. illustr. Mod. Pistor. 22. num. 18. part. 1. Wilhelm. Antonii de rescrip. morat. conclus. 51. num* 119. & cessante causa seu ratione admittendæ solutionis hujusmodi imperfectæ secundum valorem temporis contractus grossarum nimirum monetarum, in istiusmodi immodico & injusto valore, (læsione videlicet) etiam

cessabit dispositio, *l. in omni, 13. ubi Bartol. ff. de Adoption. l. ult. & ibi gloss. ff. de testament. tut. l. Adulter. 19. §. ult. & ibi gloss. & Dd. ff. ad L. Iul. de Adulter. cap. Magna. in fin. ext. de vot. & vot. redempt.*

21 Qua † de causa in aliis contractibus extra mutuum tempore abusus etiā monetarum celebratis, reductis etiam monetis ad justum & longe minorem valorem, solutio numorū debitorum in justo & reducto valore secundum valorē temporis solutionis etiam expedienda fuerit, nisi ex ipso met tractatu & conventione contrahentium vel ex rebus in contractum deductis aliisq; circumstantiis constiterit, quod contractus super pecunia tum temporis currente leviori & debilitata initus sit, quo casu creditor pecuniam etiam solutionis tempore in immodico & injusto valore temporis contractus recipere tenetur, alias minus. Regulæ enim de expedienda numorum debitorum solutione, secundum valorem temporis solutionis seu edictum monetarium justum & perpetuum, *d. l. 1. in princ. ff. de contrah. empt. l. 3. ff. de eo quod cert. loc. l. numis, 3. ff. de in lit. jurand.* vel eodem deficiente, reddendo tantundem nec plus nec minus, quantum debitum est, *l. in perpetuum, 61. ff. de solut.* tamdiu standum donec probetur exceptio, *l. ab ea, 5. ff. de probation. l. fuus quoque, 4. §. puto. 1. ff. de hered. instituend. Decius Cagnol. & Philipp. Matth. ad l. 1. ff. de Reg. Jur. Anton. Fab. de variis numor. debitor. solut. cap. 5. pag. 102.*

QVAESTIO TERTIA DE obligatione pactitia, ejusdemq; Sectio prima

AN DISPOSITIO SEU conventio cōsistat, ejusdemq; ratio habenda sit, si contrahentes ob metum futuræ mutationis monetarum ab initio convenerint, de pecunia seu certa qualitate, quantitate seu æstimatione solvenda & reddenda, item de variis istiusmodi conventionum casibus, vernacula nostra, **Wie es mit den Fällen außgeliehener oder außstehender Gelder / auff gewisse Ding vnd Vorbehaltungen soll gehalten werden?**

SUMMARIA.

1 *Contractus ex conventione contrahentium legem accipiunt, quæ omnino sequenda est.*

2 *Rationes quod pacta & conventiones super qualitate & valore pecuniæ debitæ & imposterum solvendæ non consistant.*

3 *Pacta privatorum super jure publico, tum primis etiam super intrinseca & extrinseca bonitate pecuniæ non valent.*

4 *Conventiones & pacta privatorum etiam super propriis rebus, quodammodo saltem ad superiorum potestatem pertinentibus non consistunt.*

5 *Pacta & conventiones super nimium quæstuosis negotiationibus & casualibus lucris non valent.*

6 *Massa auri vel argenti in obligationem deducta, nihilominus pro ea æstimatio in quavis pecunia proba & valente tempore solutionis præstari potest.*

7 *Nemo pecunias suas jactare & indebitas effundere præsumitur.*

8 *Obligatio mutui super pecunia vel quavis aliâ*

alia re contracta fungibili, in plus contracta esse non censetur, quam revera datum est.

9 Pecunia non ut massa, sed sub ratione valoris, seu quantitatis impositiniæ tantũ, seu cursus ratione in contractus & dispositiones deducitur.

10 Pecunia hæc cum alia pecunia diversa etiam speciei, identificam & formalem functionem recipit.

11 Pecunia non ut merx in contractus deduci, sed eadem omnes alias res & merces æstimari oportet.

12 Pecuniaria obligatio præ cæteris obligationibus omninò certa esse statuitur.

13 Consuetudine generali omnium penè locorum receptum esse, quod nulla conventione aut pacto obstante, numi crediti æstimatione eorundem ad tempus contractus relata, creditori à debitore, in qualibet proba moneta tempore solutionis currẽte, secundùm valorem illius temporis reddi possint.

14 Pacta & conventiones contrahentium, de solvenda pecunia in certa specie numorum, certovè earundẽ valore omninò consistunt.

15 Dispositiones testatorum, & conventiones seu pacta contrahentium, omninò servanda sunt.

16 Contrahentes in dubio, quoad monetæ mutationẽ contractus initium respexisse censentur.

17 Provisio hominis facit cessare provisionem legis, & specialis conventio naturalibus contractuum prævalet.

18 Pactum & conventio inter creditorem & debitorem, de reddenda pecunia in iisdem speciebus ad valorem temporis contractus licitum & concessum est.

19 Pacta de reddenda pecunia ad certum numerum & valorem, secundùm tempus contractus etiam Recessibus Imperii conformia sunt.

20 Contrahentibus circa naturalia externa, & adminicula contractuum pacisci licet, taliaq; pacta omninò observanda, & secundùm ea judicandum est.

21 Permissum quodlibet tamdiu censetur, donec reperiatur prohibitum.

22 Rei suæ quilibet moderator & arbiter est, eiq; legem quam vult, imponere potest.

23 Aleatoria ad damnum & lucrum concepta obligatio quatenus consistat vel minus.

24 Massa auri vel argenti in obligationem deducta, an massa talis, an verò æstimatio præstanda sit.

25 Commoda eundem sequi debent, quem sequuntur incommoda & vicissim.

26 Contractus non claudicare, sed lucra & incommoda æqualiter inter cõtrahentes participari oportet.

27 Floreni & summa pecuniæ specificato valore solum, sine contemplatione ligæ & pedis Imperialis, seu intrinsecæ bonitatis eorum censetur esse nux sine nucleo.

28 Stipulatio solius nominis, puta aureorum & denariorum diversitate non vitiatur; modo stipulator & promissor quoad rem ipsam seu quantitatem genericam inter sese conveniant.

29 Pecuniæ usus alius est proprius ad emendum & vendendũ destinatus; alius improprius ad permutandum etiam applicatus.

30 Pecunia licet de jure semper certa esse debeat, attamen de facto multoties secundùm intrinsecam & extrinsecam bonitatem incerta redditur.

31 Consuetudo prætensa ab allegante probanda est in specie, usq; adeò, ut ne quidem Doctori Classico de consuetudine alicujus loci super casu controverso referenti credendũ sit.

32 *Pactum de facienda solutione in favorem solius creditoris, ut is solum lucrum sentiat, non consistit, sed deficiente quovis ordinario remedio, pro reducendo eo ad equitatem, vel officium etiam judicis implorari potest.*

33 *Pactum de reddenda pecunia ad eandem bonitatem intrinsecam, uti credita est, omninò valet.*

34 *Pactum de reddenda pecunia credita in auro, qualis in auro credita est, etiam consistit in auro, & in auro secundùm tamen valorem temporis solutionis reddenda est.*

35 *Pactum de reddenda summa credita, in monetis tempore solutionis currentibus, quoad intrinsecam bonitatem numis creditis etiam vilioribus consistit, non verò de reddendis numis fortioribus, quale quoad plus illud est invalidum.*

36 *Pactum etiam licitum & validum est, si inter debitorem & creditorem pactum fuerit de reddenda pecunia credita in eadem bonitate intrinseca & extrinseca.*

37 *Pactum super summa generica, ut in totidem seu iisdem speciebus, eodem etiam valore, uti credita est, reddatur, consistit, etsi in obligatione istiusmodi modi solvendi expressa mentio facta non fuerit.*

1 QUANDO † in omnibus conventionibus & dispositionibus ante omnia attendi soleat, quid nominatim inter contrahentes convenerit, istæque conventiones leges contractibus dare censeantur, *l. contractus, 23. vers. nisi si quid nominatim & l. semper in stipulationibus, 34. & ibi Dd. communiter, ff. de reg. jur. Anton. Faber de var. numor. debitor. solut. cap. 5. pag. mihi 102. Sichard. cons 10. de contract. num. 6.* usq; adeò, ut quandoque vel id etiam, quòd tacitè inter contrahentes actum est, considerari debeat, *l. item quia, 4. ff. de pact. Petr. Wesenbec. cons. 38. num. 14.* Et verò in præcedentibus duabus quæstionibus de obligatione pecuniaria ad certas species, quales eatenus in obligatione esse censeantur, item de obligatione pecuniaria generica, in qua quantitas sola in obligatione est, & in qualibet numorum specie proba solvi potest, *Anton. Faber de variis numor. debitor. solut. d. cap. 5. pag. mihi 104.* dispectum fuit, nunc videre consequens est, utrum etiam contrahentes initio conventionis, obligationis numariæ, æquè ac aliis obligationibus certam legē præfinire possint? hoc est: An partes seu contrahentes ob metum futuræ mutationis monetarum, de iisdem in certa qualitate & quantitate seu æstimatione imposterum solvendis convenire seu disponere, utque ita ab initio alteruter contrahentium ad minimum sive creditor, sive debitor, damna futuræ augmentationis & diminutionis monetæ certa provisione, dispositione seu conventione evitare & præcavere possit?

Et † verò istiusmodi conventionem 2
seu dispositionem partium & privatorū super qualitate & valore pecuniæ non consistere, sed istiusmodi conventione contrahentium, de reddenda pecunia credita vel in specie, vel in certo valore, qualitate & quantitate, non obstante, si intra tempus contractus, & tempus solutionis valor monetarum justè mutatus fuerit, non eundem specierum creditarum numerum, uti conventum est, sed vel minorem, si valor specierum, super quibus conventum est, creverit, vel majorem, si valor specierum creditarum interea

terea decreverit, creditori reddi oportere, præter alios ipsius asseclas pecuniam in quoslibet contractus non ut corpus seu speciem, sed solam ejusdem æstimationem deducta censeri asserētes, statuit *Carol. Molin. in tract. suo de usur. & fruct. quæst. 92. nu. 693. & seqq. inprimis etiam num. 710.* quorum præcipua saltem fundamenta breviter proponam.

Rationes dubitandi.

1. Ratio dubitandi.

3 Primò † enim jure nostro disertè cautum est, quod privatorum pactis jus publicum immutari nequeat, *l. jus publicum, 38. ff. de pact. Delrio ad l. transigere, num. 58. C. de transact. Budel. in tract. de re numar. lib. 2. c. 3. num. 2. Wilhelm. Antonii de rescript. morat. conclus. 48 num. 134.* sed ejusmodi pacta & conventiones ipso jure nulla & invalida sunt, *l. pacta, 6. C. de pact. l. si unius, 27. §. pacta, 4. ff eod. junct. l. non dubium, 5. C. de legib.* At verò pecuniæ valor seu potestas circa constitutionem intrinsecæ seu extrinsecę bonitatis monetæ, juris publici & de reservatis Principum est, *l. 1. in princ. ibi: electa materia est, cujus publica & perpetua æstimatio, difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subveniret, ff. de contrah. empt.* usque adeò, ut valorem pecuniæ mutans, vel aliter, quàm de publico constitutum est, expendens puniri debeat, *l. 1. & l. 2. C. de veter. numism. potest. lib. 11. Brun. de augment. & diminut. monet. præsupposit. 2. limit. 8.* Unde consequens est, istiusmodi conventionibus privatorum de pecunia in certa qualitate, valore seu æstimatione solvendâ non obstantibus, secundùm communem cursum & indicaturam, seu secundùm edicta monetaria publica conventioni privatorum prævalentia, à debitoribus solutiones fieri, nec ad ulterius eos à creditoribus adstringi posse.

2. Ratio dubitandi.

Deinde † conventiones & dispositiones de pecunia in certo aliquo valore 4 solvendâ, nō subsistere, sed ipso jure nullas esse, hinc etiam patere videtur, quod nemo privatorum illud ipsum tollere seu impedire possit, etiam in eo, quod suum est, quodammodo tamē ad superiorum potestatem pertinet, puta propria authoritate domos & ædificia destruere, ne urbs ruinis deformetur, *l. Senatus censuit, 52. ff. de contrah. empt.* item monetam tanquam massam deducere in obligationē, vel eam liquefacere, & massam inde redigere, *l. 1. C. de aur. publ. persecutor. lib. 10.* adeò, ut vel aurifabris aurum vel argentum percussum, aut in monetam redactum, non nisi ad usum proprium, & permissu magistratus liquefacere liceat, & extra illum usum monetarum liquefactio ipsis & aliis quibuslibet sub gravissimis pœnis sit prohibita, *Recess. Imper. de Anno 1559. §.* dergleichen ob die Goldschmid. Ergo tantò minùs ad infringenda edicta monetaria publica, monetæ signatæ à contrahentibus seu testatore certus valor in futurum privato arbitrio imponi potest.

3. Ratio dubitandi.

Tertiò † hujusmodi dispositiones & 5 pactiones privatorum super pecunia debita in certa quadam bonitate & valore solvendâ non consistere, hinc etiam elucet, quòd in ejusmodi dispositionibus seu pactionibus semper fere alterutrum cōtrahentium, & plerunq; debitorem, qui alias in jure nostro favorabilior est, nimium lædi, & inopinato valore monetarum

tarum aucto, decipi oporteat, quales nimium quæstuosę negotiationes & supergressiones casuales, tanquam perniciosæ Reipubl. omni jure illicitæ & prohibitæ sunt, *Bald. in l. singularia, col. 4. in fin. ff. de reb. cred. & l. 1. in fin ff. de calumniat. Molin. de usur. & fructib. q. 92. n. 470.*

4. Ratio dubitandi.

6 Quartò † istiusmodi conventionem contrahentium super pecunia in certo & convento valore, edictis monetariis publicis non obstantibus solvendâ nõ consistere, sed secundùm communem cursum & edicta monetaria recentiora solutionem esse faciendam, vel hinc etiam patere videtur, licet certa massa auri vel argenti in obligationẽ sit deducta, quod tamen tempore solutionis debitor præcisè ad præstandam talem massam seu æstimationem aliquam præscriptam obligatus non sit, sed solvendo ęstimationem in qualibet moneta usuali & currente liberetur, *per l. 1. §. fin. l. cum certum, 9. l. cum auro, 19. §. proinde, 1. ff. de aur. & argent. legat. l. 1. si quis argentum, 35 in princ. C. de donation. Nev. in remiss. ad d. l. 1. §. cui certum pondus, num. 2. Menoch. lib. 4 præsumpt. 162. nu. 7. Aleman. in palastr. consul. 8. quæst. princ. 1. pag. 390. vers. rationes asserti.*

5. Ratio dubitandi.

7 Quintò, † & in specie conventionem de solvenda credita pecunia in certa & conventa æstimatione, in casu diminutionis monetæ, seu specierum creditarum, puta, si aureus tempore contractùs tribus, tempore verò solutionis duobus florenis tantùm æstimaretur, non consistere nonnulli Dd. nostrorum tradunt, eò quòd nemo facilè pecunias suas jactare, & indebitas effundere censeatur, cumprimis, si qui pecunias indebitas dedisse dicitur; homo diligens sit, & bonus paterfamiliâs, *l. cum de indebito, 25. ff. de probat. Immol. in l. penult. §. mancipio, 3 ff. solut. matr. quem. dos petat. Hippolyt. Rimmal. jun. consil. 43. incip. in causa, quæ vertitur, nu. 3. 18 lib. 1. Wilhelm. Antoni de rescript. morator. conclus. 5. nu. 151.* juxta illud, quod eleganter Areostus Vates Ferrariæ cecinit:

E qual è di pazzia segno più espresso,
Che, per altri voler perder se stesso.

6. Ratio dubitandi.

8 E contrariò, † & pro dubitandi ratione sexta nonnulli Interpp. nostrorum istiusmodi pactum seu conventionem, de solvenda pecunia credita in certo & convento valore, non consistere arbitrantur, si pecuniæ valor intra tempus contractus decreverit, non verò si valor pecuniæ interea accreverit, seu auctus fuerit, eò quòd mutui obligatio super pecunia, vel quavis alia re fungibili, in plus contracta esse non censeatur, quam revera datum sit, ac proinde istiusmodi augmentum valoris in obligatio ionis non venisse; sed à debitore, qui alias etiam actore favorabilior, *l. favorabiliores, 125. ff. de reg. jur.* adhuc deduci posse, *arg. l. si tibi decem, 17. in princ. ff. de pact. l. rogasti, 11. §. si tibi, ff. de reb. cred. junct. l. cum ultra, 9. C. de non numer. pecun. Anton. Fab. de var. numor. debitor. solut. c. 7 in fin.*

7. Ratio dubitandi.

9 Septimò, † pactum & singularis conventio privatorum, de reddendâ pecuniâ in certo numero & valore, seu in eadem qualitate & quantitate, uti credita est, ad tempus contractus relata non consistere, sed eadem nõ obstante debitorem interea m

ex mutata bonitate intrinseca vel extrinseca monetę, creditori ęstimationem pecuniæ, quam tempore contractus in moneta qualibet proba & justa tempore solutionis currente, in eodem etiam valore solvere posse, hinc elucere videtur, quod pecunia in contractus, & dispositionem non ut massa seu corpus, sed tantum ratione valoris & quantitatis imposititiæ deducatur, adeoq; vel moneta etiam magis respectu cursus, quàm materiei consideretur, *Iohan. Faber in authent. hoc nisi, C. de solut. Anton. de Butr. & Panormitan. in cap. quanto, ext. de jurejur. colum. 15. Carol. Molin. de usur. & fructib. quæst. 92. n. 694. ab init.*

8. *Ratio dubitandi.*

10 Quod † pro dubitandi ratione octava usque adeò verum est, ut pecunia cum alia pecunia diversæ etiam materiæ, vel speciei identificam & formalem functionem recipiat, *l. qua extrinsecus, 65. §. sed etsi, 1. ibi: nam stipulanti denarios ejusdem quantitatis aureos spondendo obligaveris, &c. ff. de verbor. obligat.* ubi licet alias diversitas non solùm rei vel substantiæ, sed qualitatis etiam inter interrogationem & responsionem, stipulationem vitiet, *§. præterea, 5. §. si de alia, 22. Instit. de inutil. stipul. l. 1. §. si quis simpliciter, 3. ff. de verbor. obligat.* attamen stipulanti denarios alter respondendo aureos obligatur, & contra, quod fieri non posset, nisi inter aureos & denarios, propter valorem eorundem impositium omnimodà esset conformitas identifica, & formalis functio, *Bald. in l. singularia, 15. col. 4. in 10. specia. ff. de reb. cred. Carol. Molin. de usur. & fruct. q. 92. n. 700.*

9. *Ratio dubitandi.*

11 Atq; † id ipsum pro dubitandi ratione nona pecuniam in contractus, ut massam seu corpus deducere, atque ita, pecuniam quasi vendere, ipsiusmet naturæ & substantiæ contractus emptionis & venditionis, & ipsiusmet pecuniæ repugnat, tum quod in contractu emptionis venditionis aliud oporteat esse mercem seu rem venditam, aliud verò precium, quale in sola pecunia numerata consistit, *§. pretium autem, 1. & §. item pretium, 2. & ibi Dd. communiter, Instit. de contrah. empt. l. 1. §. 1. ff. de contrah. empt. l. 1. ff. de rer. permut.* tum verò etiã quod pecunia non æstimanda seu merx sit, sed potius propter & per pecuniã omnes aliæ res æstimandæ sint, *l. si ita fidejussorem, 42. vers. quia non, ff. de fidejuss. & mandat. Aleman. in palæstr. consult. 8. quæst. princ. 1. pag. 390. vers. tertia, Althus. lib. 1. Dicæolog. cap. 3. num. 14. Simon Pistor. inter cons. Modest. vol. 2. cons. 2. num. 20. D. Reinkingk de retract. consanguin. quæst. 6. nu. 250.* adeoq; in pecunia non corpus, sed quantitas tantum consideratur, *l. si is cui, 94. §. fin autem, 1. in fin. ibi: sive in pecuniâ, non corpora cogitet, sed quantitatem, ff. de solut. & liberat. Aristot. lib. 5. Eth. c. 5. Carol. Molin. de usur. & fructib quæst. 92. num. 694. vers. hinc de jure pecunia, Philipp. Matth. cons. Marpurg. 27. n. 55. vol. 2.* Unde iterum consequens est, quod debitum pecuniæ in eadem specie & numero, uti creditum, & in specie desuper conventum est, creditori præcisè præstare debeat, sed ad æstimationem creditori tempori contractus à debitore in pecunia proba temporis solutionis currente, secundùm valorem illius temporis solvi, atq; ita liberari possit, *argum. l. Rutilia Polla, 69. ff. de contrah. empt. Carol. Molin. d. tract. de usur. & fructib. quæst. 92. n. 701.*

11. *Ratio dubitandi.*

Quin † etiam & pro dubitandi ratione de- 12

ne decima tantò magis, quoniam obligatio pecuniaria, præ cæteris omnibus obligationibus certa, imò omnium certissima habeatur, *l. stipulationum quædam*, 74. §. *certum est*, 1. *ff. de verbor. obligat. l. adeò*, 3. *ibi: pecuniarum licet videatur una & eadem potestas*, *ff. de eo quod cert. loc.* usque adeò, ut propter certitudinē obligationis pecuniariæ juramentum in litem excludatur, *l. numis depositis*, 3. *ff. de in lit. jurand.* nec condictio triticiaria ad eandem concedatur, *l. 1. in pr. ff. de condict. triticiar. Carol. Molin. d. tractat. de usur. & fructib. quæst.* 92. *num.* 697. *vers. tertia ration. item nu.* 698. *&* 699. Ex quo iterum consequitur, quod dispositiones & conventiones de reddenda pecunia credita, in hac vel illa specie, hoc vel illo valore, naturæ & certitudini obligationis pecuniariæ omninò repugnent.

II. *Ratio dubitandi.*

13 Postremò † & ultimò pro invaliditate hujusmodi pactorum etiam hoc affertur, quod generali omnium penè locorum consuetudine receptum sit, quod nulla obligatione ad certas monetæ species nullo etiam pacto de modo faciendæ solutionis obstante debitori liceat, pro moneta credita relata ejusdem æstimatione ad tempus contractus, aliam quamlibet probam monetam tempore solutionis currentem, secundùm valorem istius temporis solvere, *Bartol. Alex. Socin. Aretin. Purpurat. in l. 2. § mutui datio*, 1. *ff. de reb. cred. Anton. de Butr. & Panormitan. in cap. quantò*, 18. *in fin. ext. de jurejur. Socin. consil.* 6. *colum.* 2. *lib.* 1. *latè Carol. Molin. d. tractat. de usur. & fructib. quæst.* 92. *nu.* 702. *circ. fin. Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 76. *num.* 1. *Mynsing. cent.* 4. *obser.* 15. Sic si testator leget pecuniam, præsumitur legasse legalem & currentem, *l. Imperator, in fin. & l. si servus plurum*, 33. § *ult. ubi Dd. de legat.* 1. *ut alibi suo loco dicetur*, & statutum monetæ mentionem faciens, de moneta pariter usuali & currente intelligendum, *Mynf. d. observ.* 1. *ad fin. Menoch. d. præsumpt.* 76. *n.* 3.

Rationes decidendi

Sed † prædictis dubitandi rationibus 14
non obstantibus, hactenus magis communiter receptum, & constans Interpp. nostrorum opinio est, quòd propter omnes futuros & incertos eventus, contrahentes tempore contractæ obligationis inter sese pacisci possint, vel alias etiam disponere liceat, ut pecunia credita creditori sive valor ejusdem decreverit, sive accreverit, sive aliter etiam diminuta sit, in eadem æstimatione seu qualitate reddatur & solvatur, in qua fuit credita, & ejusmodi declaratio seu æstimatio à partibus facta, à judice etiam attendenda sit, *Bartol. in l. Paulus, in fin. ff. de sol. & liberat. & in l. sed addes*, 19. § *si dominus*, 3. *ff. locat. Petr. Anchoran. in Clement. si beneficiorum, ult. de decim. ubi etiam Immol. Decian. Ioh. Andr. in cap. quantò*, 18. *col. penult. in fin. ext. de jurejurand. Didac. Covarruv. de veter. numism. collat. cap.* 7. 1. *conclus.* 7. *num.* 5. *Brun. de augment. & diminut. monet. præsuppos.* 2. *in præmiss. num.* 8. *& seqq. & limit.* 8. *per tot. Budel. de re numar. lib.* 2. *cap.* 3. *Zanger. de except. part.* 3. *cap.* 1. *nu.* 167. *& seqq. Borcholt. in cap. unic. quæ sint regal. num.* 57. 58. *& num.* 59. *Anton. Tessaur. decis.* 174. *num.* 5. *Mynsing. cent.* 4. *observ.* 15. *Anton. Gabr. Roman. lib.* 3. *commun. conclus. sub tit. de solution. conclus.* 2. *num.* 8. 12. *& num.* 13. *Anton. Faber de variis numor. debitor. solut. cap.* 1. *pag.* 2. *& cap.* 2. *pag.* 29. *& seqq. & inprimis etiam cap.* 7. *per tot. Ernest. Cothman. cons.* 34. *num.* 50. *& seqq. vol.* 1. Et cum hac sententia etiam statuta plurium

rium

rium locorum concordant, cumprimis etiam Hamburgense, *part. 2. tit. 1. artic. 9. & 18. ibi*: daß die Contrahenten bey dem Contract die Müntz selbst æstimirt / auff selbigen Fall soll die von jhnen gemachte taxa angesehen / vnnd nach solcher die Bezahlung geschehen. Nec discrepat Churfürstliche Brandenburgische Müntz-Landsordnung / sub dato Königsberg / 4. *Febr. Anno* 1612. *circa med. in verb.* ob gleich harte Thaler oder Rhemische Goldgülden / ohne (quod notetur) hinzuthuung eines gewissen Valors vnnd Werths gesetzet: unde ex opposito colligitur, addita æstimatione, eam respiciendam, & secundùm illam in principio constitutam, solutionem faciendam esse. Cùm argumentum à contrario sensu, ad declarandas leges & constitutiones in jure sit frequens & fortissimum: ceu ex plerisque Dd. in terminis terminantibus arguit Jacob. Aleman. *in palæstr. consult. 8. quæst. princip.* 8. *pag.* 825. *vers. quinta, & seq. ubi per tot. quæst.* 8. *hanc quæstionem allatis rationibus decidendi & dubitandi, nec non pro utraq; sententiâ Doctoribus & præjudiciis sive responsis latè pertractat.*

1. Ratio decidendi.

15 Primo † enim pactiones contrahentium & negociatorum, imò dispositiones etiam testatorum, de futuro etiam augmento & diminutione monetæ dubitantium, de eadem tempore solutionis in certa & convẽta æstimatione, seu qualitate præstanda consistere, & debitores iisdem adstringi, hinc satis elucet, quòd non solùm dispositiones testatorum tanquam leges custodiendæ sint, *l. 1. C. de SS. Eccles.* sed etiam contractus, quilibet ex conventione legem accipiat, *l. 1. §. si convenit, 6. ff. deposit. l. contractus, 23. & l. semper in stipulationibus, 34. ff. de reg. jur. l. ex empto, §. & imprimis, 1. ff. de act. empt. & vendit. Bartol. in l. Paulus, 101. ff. de solut. & liberat. Alexand. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. compos. Gail. 2. observ. 24. num. 6. & lib. sing. de arrest. Imper. cap. 7. num. 9. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 3. num. 1.*

2. Ratio decidendi.

Deinde † hujusmodi conventionum validitati etiam suffragatur, quod in iisdem tempore pactionis seu conventionis juri publico nihil derogetur, sed utrique parti, jus tum temporis quæsitum adversus futuros eventus, & mutationes monetæ conservetur, omnibus dubiis circa monetæ mutationem imposterum incidentibus semper ad initium conventionis seu dispositionis reductis: quod alias etiam partes respexisse, & in dubio obligationem ad contractus primordiũ retulisse censentur, *l. venditor, 2. §. in hæreditate, 1. ff. de hæred. & act. vendit. l. si ita esset legatum, 7. ff. de aur. & argent. legat.* & primordium tituli posteriorem format eventũ, *Herman. Vultej. Consil. Marpurg. vol. 3. cons. 35. num. 234. D.* Reinkingk *in tract. de retract. consang. quæst. 9. num. 149.* Wilhelm. *Antonii de rescript. morator. concl. 1. n. 3.* 16

3. Ratio decidendi.

Atque † idipsum pro decidendi ratione Tertia tantò magis, quòd alias de naturalibus contractus mutui, & tacitè inter contrahentes conventum esse censeatur, ut res in eadem bonitate, qua fuit, cùm contraheretur, solvatur & restituatur, *l. cum quid, 3. ff. de reb. cred.* & proinde idipsum tantò magis servandum, pecuniaq; credita in eadem æstimatione; qua fuit tempore contractus reddenda 17

sit, si ita specialiter inter contrahentes, seu partes convenerit, vel à lege aut testatore dispositum sit, eò quòd in pactionibus & contractibus expressa partium voluntas & conventio specialis naturalibus eorum prævaleat, *d. l. contractus*, 23. *vers. nisi si quid nominatim convenerit, ff. de reg. jur. cap. contractus*, 85. *de reg. jur. in sexto, l. pacta cõventa*, 72. *ubi Dd. communiter, ff. de contrah. empt.* & provisio hominis tollit provisionem legis, *l. fin. C. de dot. promiss. l. fin. & ibi etiam gloss. & Dd. C. de pact. convent. Mynsing. decad. 14. respons. 4. num.* 30. *Wilhelm Antonii de rescript. morator. conclus. 26. num. 4. Hering. de fidejuss. cap. 5. nu.* 378. adeoq; pacta rumpunt leges, *argum. l. pacisci, 31. ubi Iason ff. de pact. gloss. in cap. contractus, 85. de reg. jur. in 6to,* juxta illud vernaculæ nostræ: Gelübd vñ Willkühr bricht Recht/ *Bartholom. Muscul. de successiон. convent. in proœm. num. 2. D. Theodor.* Reinkingk *de retract. consang. quæst. 6. n.* 304. *Iohan. Melon. in rer. forens. & observat. indice, lit. W. verb.* Willkühr/ *fol. 432. cum simil. apud Wilhelm. Antonii d. conclus. 26. nu. 6.* ubi subjicitur, id proverbii jam passim pro generali haberi sententiâ, cui consuetudo fidem attribuat, communis opinio consensum accommodet, & interruptæ veritatis integritas acquiescat.

4. Ratio decidendi.

18 Quartò † validitas hujusmodi conventionum & dispositionum exinde etiam confirmatur, quoniam per easdem non juri publico seu Reipublicæ, sed juri tantum privato partium derogatur, ut nimirum valore monetæ tempore solutionis diminuto, creditor istiusmodi diminutionis damnum ferre teneatur, & contra valore monetæ tempore solutionis adaucto, debitor damnum istiusmodi augmẽti etiam in sese recipere, & creditori totidem numos, quot accepit seu debet, secundùm æstimationem temporis contractus, licet valor eorundem adauctus sit, reddere & solvere teneatur, puta, si debitor tempore contractus 300. floren. accepisset in 100. thal. Imperialib. quorum singuli tempore contractus 3. florenis æstimabantur, obligationi adjecta lege, ut istiusmodi 300. floreni in 100. thaleris Imperialibus tribus florenis æstimatis vicissim reddantur, postea thalerorum Imperialium valore diminuto, & singulis eorũ tempore solutionis duobus florenis æstimatis, debitor creditori non 150. sed 100. tantum thaleros Imperiales in eodem valore, quo crediti, ex speciali hujusmodi cõventione restituere tenebitur. Et rursus in casu aucti valoris monetæ, puta 300. floren. alicui tempore contractus in 150. thaleris Imperialibus singulis tum temporis duobus florenis æstimatis, à creditore datis, quorũ valor postea accrevit, & tempore solutionis 3. florenis æstimati sunt, debita tamen creditori ex antegressa speciali conventione 300. istiusmodi florenos, non in 100. Imperialibus 3. florenorum, sed in 150. Imperialibus 2. florenorum, uti tempore obligationis & conventionis æstimati sunt, solvere tenebitur, atque ita tam debitor, quàm creditor pro ratione augmenti vel diminutionis monetę propter specialẽ istiusmodi conventionem, de pecunia in certa seu conventa qualitate & æstimatione restituendâ, commodum & incommodum illud respectivè participare & sentire tenentur: cùm in jure nostro indubitatum sit, quod quilibet favori pro se introducto, tam expressa, quàm

sa quam tacita dispositione renunciare possit, *l. si quis in conscribendo. penult. C. de pact. l. si convenerit.* 18. *ff. de jurisdict. omn. Iudic. Mynsing. decad.* 11. *respons.* 3. *nu.* 5. *Vultej. Resp. Marpurgens. vol.* 2. *cons.* 29. *n.* 72. *Reuber. in tract. de testib. part.* 2. *num.* 42.

5. Ratio decidendi.

19 Quintò † pactiones de facienda solutione in certa qualitate & æstimatione monetæ valere & consistere, in Constitutionibus & Recessibus Imperii recentioribus disertè etiam cautum & sancitum est, in primis *in Ordinat. monetaria de anno* 1559. §. dieses gemeldte / *ibi*: Aber was hiebevor auff Gold gedendingt vnnd verschrieben ist / dergleichen was hiebevor in Gold verschrieben / vnd dermassen paciscirt vnnd angedingt wird / sampt andern Bezahlungen / so nach alter gewonheit mit Gold bezahlt seynd worden / denen soll hiemit nichts benommen / sondern in Allwege vorbehalten sein.

6. Ratio decidendi.

20 Ex quibus † omnibus & pro decidendi ratione sexta & ultima liquidò apparet, tam secundū jura Justinianea, quam secundum communem consuetudinem & recentiores Imperii constitutiones conventiones, pactiones & dispositiones super pecunia credita in conventa qualitate & valore restituenda, validas & à judice in pronunciando omnino attēdendas esse, siquidem istiusmodi pacta, circa conservandam qualitatem & valorem numorum ad tempus contractus in jure nostro nullibi prohibita sunt, sed circa naturalia externa seu adminicula cōtractuum inprimis contrahentibus liberè disponere licitum & concessum est, *d. l. contractus,* 23. *ibi: nisi si quid nominatim convenit, item l. nec ex prætorio,* 27. *& l. semper in stipulationibus,* 34. *ff. de Reg. Iur. Zasius lib.* 1. *singular. responsion. cap.* 12. *n.* 5. *& seqq. Dn. Vultej. ad princ. Instit. de empt. & vendit. num.* 54. *& seqq. Anton. Fab. de variis numor. debitor. solut. c.* 7. *pag. mihi,* 143. *Philipp. Matth. ad l.* 27. *ff. de Reg. Iur. num.* 8. *& seqq. & Dd. communit. ad L. singularia,* 15. *ff. de reb. credit.* D. Reinkingk *de retract. consang. quæst.* 6. *num.* 326. *& seqq. Schrad. ad §. sequens, num.* 10. *Inst. de oblig. quæ ex contract. nasc.* Wilhelm. *Antonii de rescript. morator. conclus.* 49. *n.* 166. & proinde alterutri contrahentium jus, quod istiusmodi pacto acquisivit, auferri non debeat, *l. fin. ff. de pact. l. quod nostrum,* 12. *de Reg. Iur. l.* 2. *ff. de his, qui sui vel alien. jur. sunt. Petr. Heig. prææticar. quæst. part.* 2. *quæstion.* 2. *num.* 19. & ne à principe quidem, *argumento cap. non debet.* 22. *de Reg. Iur. in sexto, l. fin. C. si cont. jus vel utilit. public. And. Gail. lib.* 2. *observ.* 56. *num.* 2. *Vultej. cons. Marpurgens. vol.* 3. *consil.* 21. *n.* 108. *Petr. Anton. de Petra in tr. de jure quæsito per Princip. non toll. passim per tot.* Wilhelm *Antonii de rescript. morat. conclus.* 3. *n.* 39.

1. Resolut. rat. dubitandi.

Prima † igitur dubitandi ratio diluitur, negando minorem, quòd nimirum istiusmodi conventionibus, de facienda solutione in eadem qualitate & æstimatione, uti fuit tempore cōtractus, juri publico derogetur, aut quicquam circa fabricationem aut constitutionem valoris monetæ imposititii peccetur, sed tantum modus solvendi præscribatur, secundum quem solutio in futurū fieri debeat, non habita ratione currentis monetæ, qualis futura est tempore solutionis, sed ejus tantum valoris, qui fuit tempore contractus, & in quo pecunia est credita, seu ad quem dispositio relata est, quod prorsus 21

fus nihil habet inconvenientiæ, cũ quodlibet tamdiu permissum esse censeatur, donec reperiatur prohibitum, *l. ex eo, 18. ff. de testib. l. cum prætor, 12. ff. de judic. l. Maritus, 21. C. de procurator. Menoch. lib. 6. de præsumpt. præsumpt. 16. per tot. Cravett. cons. 203. n. 23.*

2. Resol. dub. ratio.

22 Pari † etiam ratione Secunda dubitandi ratio refellitur, quod scilicet in hujusmodi conventionibus, facta relatione ad initium obligationis, nihil quicquam contra edicta monetaria aut jus publicum committatur, sed potius contractus secundum edicta monetaria istius temporis & cursum consuetum ineatur, & ne fortassis in futurum qualitate seu æstimatione monetæ mutatâ, quã ut plurimum etiam mutatio æstimationis mercium, aliarumque rerum subsequi solet, alteruter contrahentium damnum incurrat, per istiusmodi adjectam specialem conventionem, de facienda solutione in eadem qualitate seu æstimatione numorum, obligatio ista in primævo suo statu conservetur, omniaque damna, quæ ex futura monetæ mutatione incidere possunt, præcaveantur, quòd in jure nostro omnino licitum & concessum est, *d. l. venditor, 2. §. in hereditate, 1. ibi: & verius est, hoc servandum esse, quod actum est, ff. de hered. vel action. vendit.* & alias etiam quilibet rei suæ moderator & arbiter est, *l. in re mandata, 21. C. Mandat.* eaque tam uti, quàm abuti potest, *l. sed etsi 25. §. consuluit 11. ibi: dum re sua se abuti putant, ff. de petit. hereditat.* Wilhelm. *Antonii de rescript. morat. conclus. 3. num. 42. & seq.* & proinde etiam rei suæ quàm vult, legem imponere potest, *tot. tit. de pact. inter empt. & vendit. composit. l. legem. 10. C. de pact. l. quoties, 3. C. de donat. sub mod. Andr. Gail. lib. sing. de Arrest. Imper. cap. 6. n. 22. Vultej. cons. Marpurgens. vol. 1. consil. 17. n. 82.*

3. Refutat. Rat. dubit.

Tertia † dubitandi ratio resolvitur negando, quod in hujusmodi pactionibus & dispositionibus negotiationes aleatoriæ & supergressiones debitorum insint, sed potius eo fine fiant, si à Principe, quod in incerto est, bonitas intrinseca vel extrinseca monetæ in futurũ immutata fuerit, ut ea mutatione non obstante debitor & creditor securi sint, & debitor nec plus quam accepit, creditor minus quàm credidit, recipere teneatur, *l. in perpetuum, 61. ff. de solution. & liberat. Anton. Faber de variis numor. debitor. solut. cap. 7. pag. mihi, 150.* Veluti etiam istiusmodi pactiones & dispositiones jure nostro admittuntur, si in justa ratione compensationis seu probabili causa fundatæ sint, & ad certum lucrum & damnum respectu utriusque partis pariter sese habeant, propter quem dubium eventum respectu utriusque contrahentis, neuter lædi censetur, & propterea istiusmodi pactũ toleratur, *argumento l. si ea pactione, 14. & l. si ea lege. 17. C. de usur. l. de fideicommisso, 11. C. de transact. l. si pater 12. C. de inofficios. testam. Anton. Faber d. cap. 5. pag. mihi 150. de variis numor. debitor. solution.* quod etiam ipsemet Carol. Molinæus *d. tractat. de usur. & fruct. quæst. 900. num. 816. in fin. & num. 817.* non diffitetur, sicut enim ratione incertitudinis & dubii eventus multa licent, quæ alias prohibita sunt, *dd. jurib. Decian. resp. 1. n. 88. vol. 2. & resp. 51. n. 39. vol. 3. Aleman. in palæstr. consult. 8. quæst. princ. 2. pag. 702. rat. dubit. 4. D.* Reinkingk *de retr. consanguin. q. 7. num. 281.* ita etiam dubius ille & incertus eventus incertæ & corruptis nostræ 23

ætatis

ætatis moribus variæ æstimationis monetæ parem debitoris & creditoris conditionem efficiunt, *per text. in l. si pater puella, in fin. C. de inoff. test. l. de fideicommisso*, 11. *C. de transact.* D. Reinkingk *d. tr. de retract. consang. quæst. 6. num.* 330. Alioquin si pactio ista prorsus aleatoria & captatoria & propter subitaneam fortassis mutationem monetæ in solùm favorem seu lucrum creditoris & in damnum debitoris (ut plerunque fieri solet) adjecta fuit, tum istiusmodi meri lucri captatio & spretio damni ab una parte officit, ut talis conventio tanquam merè damnosa ab altera parte, eam non adstringat, sed æquitatem initialis obligationis attendere oporteat. *argumento l. ult. ff. de acceptil. l. cum emptor.* 5. *ff. de rescind. vendition. junct. l. secundum naturam.* 10. *ff. de Reg. Iur.* Carol. Molin. *de usur. & fructib. quæst.* 100. *nu.* 816. & 817. ubi rectè tradit, quod istiusmodi contractus & pactiones ob prætensam paritatem dubii lucri & damni, non promiscuè tolerandas esse, sed si in iisdem iniquitas subsit, & altera pars nimium gravata reperiatur, totum negotium officio judicis ad æqualitatē redigendum & condemnationem nō ad conventum, sed commune & justum pretium reducendum esse.

4. Resolut. Rat. dubit.

14 Ad † Quartam dubitandi rationem respondetur, quod pro massa auri & argenti debitâ, quandoque etiam æstimationem seu pecuniam solvere liceat, idipsum non ideo fieri, quasi quispiam ad solvendam massam auri & argenti sese præcisè obligare non possit *contra. l. quid tamen*, 14. *ff. de contrah. empt.* in quo textu talis obligatio omnino censetur esse valida, sed quod in ejusmodi casibus, de quibus ad tertiam dubitandi rationem textus allegati loquuntur, certæ quantitatis massa non in specie sed in genere in obligationem deducta sit, & proinde pecunia pro ea, seu æstimationis præstatio sit in facultate solventis. Alioquin si non simpliciter seu in genere aurum vel argentū debeatur, sed in specie talis qualitatis auri vel argenti massa in obligationem deducta fuerit, creditor invitus æstimationem recipere non tenetur, nisi debitor ipsi simul interesse & damnum restituat, eò quòd alias etiam vel pecuniam seu solis numis debitis & iisdem in alio genere oblatis, damnū passurus eosdem recipere non teneatur, nisi præstito interesse, *l. creditorem*, 99. *l. Paulus, ibi: si ex eâ re damnum aliquod passurus sit, ff. de solut. & liber.* G. *Gaspar. Roderic. in tract. de ann. redditib. lib.* 1. *quæst.* 18. *num.* 43. *& lib.* 2. *quæst.* 15. *num.* 93. *Molin. de usur. quæst.* 91. *n.* 691. *& ad consuetud. Paris. tit.* 1. *§.* 13. *gloss.* 8. *n.* 2. *Zanger. de except. part.* 3. *c.* 1. *n.* 163. *&* 164.

5. Resolut. ration. dubit.

Quinta † dubitandi ratio simpliciter negando refellitur, quod nimirum propter incertitudinem eventus de augenda & diminuenda moneta, intra tempus contractus & tempus solutionis hujusmodi conventioni, de reddenda pecunia credita in eadem quantitate & valore, nihil iniqui imputari possit, sed æque creditor in casum diminuti valoris, atque debitor in casum aucti valoris damnum illud respectivè propter initialem conventionem & propter futuros incertos eventus mutationis monetæ patiatur, non minus atq; creditor in casu aucti valoris monetæ lucrum, debitor vero da- 25

mnum

mnum perciperet, cùm nihil naturali æquitati magis conveniat, quam commoda cujusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda, *l. secundum naturam. 10. ff. de Reg. Iur. cap. qui sentit. 55. de Reg. Iur. in sexto. Matth. Coler. consil. 1. nu. 268. consil. 19. num. 7. Laurent. Kirchov. vol. 1. consil. 37. num. 36.* & commodum atque incommodum correlativa judicantur, ideoq; uno admisso & alterum quoq; admittendum, *Iacob. Aleman. in palastr. consult. 8. quæst. princ. 2. pag. 704. Wilhelm. Antonii de rescript. morat. conclus. 63. n. 83.*

6. Resolut. ration. dubitand.

26 Eodem etiam † modo Sexta dubitandi ratio diluitur, quod nimirum in ejusmodi conventionibus, de solvenda pecunia credita in certa quantitate & valore, qui fuerit tempore contractus, obligatio in plus quam creditum est, nō censeatur esse contracta, tum quòd inspecto initio obligationis & dispositionis, nec plus nec minus quàm creditum est, in eandem deductum, sed tantùm mutatio futura primævæ obligationi non congruens, exclusa esse censeatur, tum verò etiam quòd numi non ad mensuram seu pondus regulariter mutuo dari, sed ad numerū expendi soleant, & ideò numerus & summa in eis potissimùm attendatur, istisque pactionibus hoc potissimum agatur, ut ad eundem numerum vel ad eandem summam, uti creditum est, solutio fiat. Alioquin si creditor tempore contractus numos creditos pluris æstimet, quam communiter valent, & cum debitore paciscatur, ut tempore solutionis in ista majori summa sibi reddantur, tum pactio ista nō solum usuraria est, sed etiam naturæ mutui repugnat, quæ non patitur, ut debitor in plus obligetur, quā acceperit, *d. l. si tibi decem. 17. ff. de pact. l. rogasti 11. §. si tibi. 1. ff. de reb. credit. Anton. Fab. de variis numor. debitor. solution. cap. 7. in fin. & inprim. c. 8. pag. mihi 164. Andr. Kohl exercit. legal. 19. num. 20.* cum contractus mutui sit stricti juris, *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 8. tit. 1. n. 7. Schneid ad tit. Instit. de obligationib. lib. 3. tit. de contract. 14. n. 18.* & ideò idem & tantundem, quantum datum est, reddi oporteat, *Ioh. Chrysosthom. Dornsperger in resp. jur. de trib. quæst. monet. quæst. 2. num. 268.* Quod idem etiam obtinet, & pactum invalidum est, si creditor thaleros in consueta quidem & usuali æstimatione crediderit, hac tamen lege & pactione adjecta, si thaleri in eodem valore perstiterint, vel etiam valor eorundem auctus fuerit, ut sibi in specie restituantur, si verò valor eorundem decreverit, æstimatio in grossis monetis reddatur, & tantum, quantum decreverit, per debitorem suppleatur: talis enim conventio non consistit, & jure inhibita est, tum quod contractus claudicare non debeant, sed inter contrahentes æqualitas futuri lucri & damni servanda sit, *l. Iulianus, 13. §. si quis à pupillo, 29. ff. de action. empt. & vendit. l. 1. ff. de Rescind. vendit.* tunc verò etiam quod in cōtractu mutui non majus aut melius, sed res credita in eadem qualitate & quātitate reddi debeat, *l. cum quid. 3. ff. de reb. credit. l. 1. l. si stipulanti. 4. ff. de verb. obligat. Bocer. de monet. cap. 2. n. 170. Sichard. consil. 34. in fin. vol. 1. Cothman. consil. 34. n. 338. vol. 1. Dissent. Iohan. Bologn. consil. 11. n. 44. vers. non obstat. & n. 45.*

Ad † Septimam dubitandi rationem 27 simpliciter negando respondetur, quod nimirum moneta in florenis vel quantitate

tate generica etiam ſub ratione valoris & quátitatis impoſititiæ tantùm, ſed ratione intrinſecæ & extrinſecæ bonitatis ſimul, ut nimirum liga & valor monetæ ſimul edicto monetario conformis ſit, in obligationes & diſpoſitiones deducatur, *d.l.1. in pr. ibi: eaq; materia forma publica percuſſa, uſum dominiumq;, nõ tam ex ſubſtantia præbet, quam ex quantitate, ff. de contr. empt. junct. l.1. & l.2. C. de vet. numiſm poteſt. junct. l. ſi quis cum totum. 7. ff. de exc. rei judic. l. qui ſcit. 25. in pr. ff. de uſur. Matth. Col. de proceſſ. execut. part. 1. c. 10. n. 8. Ant. Fab. de variis numor. debit. ſolut. c. 7. §. quinto objicit, ibi: habendam eſſe rationem intrinſeci augmenti & extrinſeca diminutionis &c. pag. mihi, 151. And. Kohl exercit. legal. c. 18. n. 5. verſ. verum ut moneta etiam.* Et verò quod florenos etiam in monetis nõ ſolùm ligæ & pedi ſed etiam valori Imperiali conformibus ſolvi oporteat, in Diverſis Receſſibus & conſtitutionibus Imperii apertiſſimis verbis càutum & diſpoſitum eſt. Reichß Abſchied zu Speyer *de anno* 1570. §. Wir ſetzen / ordnen vnd gebieten / ibi: wir gebieten nachmals daß im H. Reich kein andere Silberne Müntzſorten / dan die darinn beſtimmet / an Schrot vnd Korn probirte Reichs gantze halbe Orter / ꝛc. gemüntzt / noch im Kauffen vnd Verkauffen / oder andern Handlungen vñ Bezahlungẽ / in jhren vnderſchiedlich geſetzten Werth gegeben vnd genommen werden ſollen. Item iñ §. vnd auß ſondern Nohtwendigen / ꝛc. ibi: darauff gut Achtung zu gebẽ vnd zu inquirirn, &c. ob im Kauffen / Verkauffen oder andern Außgaben verbottene Müntz genommen / deß Reichßmüntz anders oder in höhern Werth / dann ſie gevalvirt, in einigen Schein oder Weg außgegeben oder genommen werden. Veluti etiam quot cruciati & monetæ minores ſecundum valorem Imperialem conflatæ, florenum Imperialem conficere debeant, *in ordination. monetar. Ferdinand. I. Imper. de an.* 1559. *huic inde & in Receſſ. Spirenſ. de anno* 1570. §. was aber Reichs gantze apertiſſimè diſpoſitum & definitum eſt, ut proinde florenus Imperialis citra conſiderationem intrinſecæ bonitatis ſine pede & liga, Imperiali valore ſolum conſiderato, nihil aliud quam nux ſine nucleo eſſe cẽſeatur.

8. *Reſolut. ration. dubit.*

Octava † dubitandi ratio diluitur re- 28
ſpondendo, licet Accurſii & aliorum ipſius aſſeclarum ſententia ad hanc *legem 55. ff. de verbor. obligation.* reprobata, quod nimirum denarii pro congruentia interrogationis & reſponſionis in hac ſtipulatione denarii aurei intelligendi ſint, quales alii nunquam percuſſos fuiſſe autument, nihilominus reſponſio cum interrogatione pro validitate ſtipulationis probè congruat, dicendo nimirũ, quòd ea in lege inter ſtipulatorem & promiſſorem non de obligatione certarum ſpecierum numorum, puta aureis vel denariis præcisè, ſed ſuper quantitate ſumma pecuniæ generica dictũ fuerit, quam uti ſtipulatori in denariis vel qualibet alia moneta proba ſtipulari ſeu exigere, ita promiſſori eandẽ modò petitam quantitatem genericam denariorum conficiant, pro validitate ſtipulationis in aureis etiam, quibus ſecundum ſectionem primam ſecundæ quæſtionis hujus primæ claſſis obligatio pecuniæ genericæ non minus atque per numos argenteos diſſolvitur, promittere licuit, uti ex toto contextu hujuſce *l. 65. ff. de verb. obligat.* in

qua Florentinus respondet, quod solius nominis diversitas, modo inter stipulatorem & promissorem de re ipsa conveniat, stipulationem non vitiet, satis luculenter patet.

9. Resolut. ration. dubit.

20 Nona † dubitandi ratio refellitur, distinguendo inter pecuniæ usum primarium & proprium, & pecuniæ usum secundarium & improprium. Quemadmodum enim calceus propriè & primarò propter tegendos pedes inventus est, & nihilominus tamẽ cum alia re permutari potest, *Aristotel. lib. 1. politicor. cap. 5. & cap. 6. Cajet. in tract. de camb. cap. 5. Rener. Budel. de re numar. lib. 1. cap. 3. n. 15.* Ita pariter pecunia etiam propriè & verè uti numisma consideratur, ejusq; usus proprius ad emendum, vendendum & ad æstimandas omnes alias res adinventa est, *d. l. in princ. ff. de contrah. empt.* quo intuitu taxatam ejusdem publicam æstimationem nulli transgredi licet: *l. si ita. 42. ff. de fidejussor*, eo ipso tamẽ improprius etiam pecuniæ usus non excluditur, sed exemplo calcei etiam, ut res seu metallum considerari, & citra respectũ valoris seu quantitatis taxatæ à lege etiam ad permutandum exemplo aliarum mercium, veluti in cambiis pecunia pro pecunia permutatur, adhiberi potest, *Thom. lib. 2. de regim. princip. cap. 14. Sylvester in sua summ. in verb. usura. 4. quæst. 2. & 3. Didac. Covarruv. de veter. numismat. collation. cap. 7. n. 3. versic. prima conclusio, Rener. Budel. de re numar. d. cap. 3. n. 14. Anton. Faber de variis numor. debitor. solut. cap. 7. versic. secundò dico licitum. & pag. mihi 147. Tiber. Decian. vol. 1. respons. 2. n. 179.* usq; adeo ut vel homo privatus etiam, qui summam veterum monetarum fortiorum secum collectã habet, de jure communi non prohiberi censeatur, suas monetas veteres melioris ligæ seu majoris ponderis monetario, qui monetę cudendæ potestatem habet, pluris vendere, ut ex iisdem novas monetæ species minus fortes publicè tamen approbatas cudere possit, & contra si novæ monetæ sint fortiores antiquis, & proinde amplius non valeant, *argumento, l. 1. C. de veter. numism. potest. lib. 11.* easdem tanquam rudem materiam monetario minoris vendere, ut exinde novas & probas monetas cudere possit, siquidẽ privatis omnis diminuendæ & corrumpendæ monetæ potestas est inhibita *l. quicunque, ff. ad L. Cornel. de fals. Anton. Faber d. cap. 7. versic. objicit tertiò, pag. mihi 147. & seqq. de variis numor. debitor. solution.* Alio præterea modo ad hoc argumentum respondit Nobilissimus Hassiæ superioris Procancellarius *Dn. D. Theodor.* Reinking *in tract. de retract. consanguin. q. 6. num. 170. & seqq.* quem vide omnino; Confer etiam, quæ non minus præclarè hâc de re scripsit acutissimus numarii juris interpres D. Benjamin. Leuber. *in resolut. quæst. de reduct. monetali, ad §. nam pondus argenti, 15. pag. 63. & seq. edit. de ann. 1629. Noriberg. apud Simon. Halbmeyer.*

10. Resolut. ration. dubit.

Ad † Decimam dubitandi rationem 30 respondetur, quòd licet secundum textus in eadem allegatos, pecunia semper certa de jure & secundum leges esse, & in eadem bonitate intrinseca & extrinseca pro æstimandis omnibus aliis rebus conservari debeat, quod tamen multoties contra leges & de facto ut plurimũ tam secundum bonitatem extrinsecam quam intrinsecam immutata fuerit, & hisce calami-

lamitosis inprimis temporibus, ultimaq; hac mundi fece sæpius quam veterum Imperatorum tempore immutetur, præter communem quotidianam experientiam collatio textuum juris civilis & canonici recentiorumque Recessuum Imperii satis superque ostendit, uti præcipuè sunt, *l. creditorem, 99. in princ. ff. de solut. & liberation. l. eleganter. 24. §. qui reprobos. 1. ff. de pignerat. action. junct. cap. olim. 20. & cap. cum canonicis, 26. ext. de censib.* cum quibus si recentiores Recessus Imperii à tempore ordinationis monetariæ Ferdinand. I. Imperat. de Ann. 1559. quoad dispositionem rei monetariæ conferantur, nullus pene eorum reperitur, in quo non de inhibendo rei monetariæ abusu, depravataque bonitate monetarum intrinseca & extrinseca agatur.

Resolut. ration. dub. ultimæ.

31 Postremam † & ultimam dubitandi rationem de allegata in ea consuetudine quod attinet, ad eam respondetur, quod consuetudo, eò quod facti sit, tum demum attendenda & judicando sequenda sit, si eadem legitimè fuerit probata, *cap. 1. de constitut. in sextò, Garsias de conjugal. acquæst. num. 32. & seqq. Iacob. Alleman. in palæstr. consultat. 5. pag. 267. vers. verum hic meminisse, Tileman. de Benign. in syntagm. decis. Cam. Imp. syntagm. 2. decis. 1. vol. 1. n. 18. Hond. cons. 110. num. 21. vol. 1. Petr. Salaz. in tr. de usu & consuetud. cap. 8. num. 14. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 3. n. 31. & seqq. Andr. Rauchb. lib. 1. quæst. 34. n. 81. & seqq.* usque adeò ut Doctoris etiam classici testimonium de observantia consuetudinis non recipiatur, nec eadem allegationibus Doctorum probetur, *Alexand. in l. post dotem, num. 29. ff. solut. matrimon. Zasius in l. de quibus, num. 48. & seqq. ff. de legib. Andr. Gail. lib. 1. observ. 36. n. 16. Iacob. Bertrand. cons. 24. num. 6. vol. 1. Menoch. consil. 190. n. 1. vol. 2. & cons. 215. n. 64. vol. 3. Arum. decis. 5. nu. 76. Muller. 1. decad. quæst. illustr. 8. Wilhelm. Antonii de rescript. morat. conclus. 49. n. 75.* sed consuetudinem ab una parte pro sua intentione allegatam, nominatim & specificè, quoad casum controversum probandam esse à Dd. nostris communiter est traditum, *Oldrad. consil. 237. in princ. n. 3. Brun. consil. 66. n. 41. Anchoran. cons. 339. in fin. Cravett. consil. 642. n. 11. Cothman. consil. 36. num. 63. vol. 3. Mynsing. decad. 12. consil. 1. n. 6. & num. 20. Aleman. d. consult. 5. pag. 267. ibi: & quidem non in genere, Rosenthal. de feud. cap. 9. conclus. 58. n. 38. Ludov. Moror. cons. 90. num. 7. lib. 1.* Alioquin circa hanc quæstionem ab adversa parte prætensam consuetudinem, nec uniformem nec universalem esse, sed pactum de reddenda pecunia ad certum numerum & valorem seu conventam qualitatem & quantitatem ad tempus contractus inprimis relatam consistere, *ex Dd. ante decidendi rationes ad confirmationem hujusce quæstionis allegatis satis superque constare potest.*

Ex quibus † omnibus apparet, ab initio contractæ obligationis seu factæ dispositionis inter partes conveniri seu disponi posse, in quanam moneta & in quanam bonitate intrinseca seu æstimatione debitum tempore solutionis præstari & solvi debeat, modo, *uti in resolutione 3. & 6. dubitandi rationis ostensum*, istiusinodi pactio ex parte alterius contrahentis non merum lucrum & altera parte merum damnum sapiat, tum enim iniquitas ista ad æqualitatem quandam & justum pretium reducenda est, veluti alias etiam in 32

X 2 non-

nonnullis negotiis & controversiis, deficiente omni omnino actione & juris remedio, stante tamen enormissima læsione officium judicis à parte læsa & nimium gravata, ex sola æquitate implorari potest, pro reductione ejusdem ad æquitatem, *Vant. de nullitat sub titul. quis posit dic. de nullitat. in fin. Menoch. lib. 4. præsumpt. 141 num. 44. Afin. in praxi judic. §. 31. n. 1. 2. 3. & 4. Parif. consil. 107 n. 118 lib. 3. Roland. à Valle cons. 29. n 50. lib. 1.*

33 Cujusmodi † pactiones præcipuæ sunt, si ex ipsa conventione seu dispositione appareat, disponentem seu contrahentes voluisse solutionē fieri, ad rationem certæ bonitatis intrinsecæ pecuniæ mutuatæ vel alias debitæ seu debendæ, tum enim licet pecunia in genere debeatur, & valor ejusdem tempore solutionis auctus vel diminutus sit, & solutio aliàs de pecunia proba & currente fieri possit, attamen propter istius specialem convētionem solutio in conventa bonitate intrinseca est facienda, adeoque debitor de moneta proba, currenti & usuali ad æstimationem conventæ probitatis solvere, & tantam summam, quantam valeret pecunia certę probitatis conventæ, solutionis tempore creditori præstare tenetur, tum ex regula generali pactorum servandorum, *l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de constitut. pecun.* tum verò etiam ex natura quarumcunq; relatarum obligationum ad aliud, *l. hæc venditio, 7. §. hujusmodi, 1. ff. de contrah. empt. latè & eleganter ipsemet Molin. in tract. de usur. & fructib. quæst. 100. nu. 813. & n. 815. vers. 2. advertente.*

34 Ad † quam monetæ qualitatis reservatæ conventionem seu dispositionem pertinet, si instrumento obligationis seu dispositionis adjecta fuerit clausula, de pecunia credita reddenda in bono auro rectæ ligæ & justi ponderis, tum enim licet de certo valore monetæ nihil conventum sit, sed secundum cursum & valorem communem, seu monetaria edicta recentiora solvi possit, attamen debitor creditori invito monetā argenteam vel minutam seu ære contaminatam non obtrudere, sed præcisè monetā auream rectæ ligæ & justi ponderis solvere tenetur, cum creditorum fortassis peregre profecturorum, vel prædia avita luituorum, qualia nōn nisi pecunia aurea redimi possunt, multoties intersit pecuniam auream pro argentea recipere, *Br. Bl. & Ang. in l. lecta. 40. ff. de reb. credit. Francisc. Curt. in tract. de monet. num. 25. & 26. Carol. Molin. de usur. & fructib. quæst. 91. num. 690. Andr. Kohl exercitat. legal. cap. 19. num. 23. limitat. 5. Matth. Berlich. practic. conclus. part. 2. conclus. 36. num. 23 Brun. de augment. & diminution. monet. præsuppofit. 2. in præmiss. num. 6. & seqq. & limitat. 8. num. 7. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 8. per tot.* ubi tradit, 100. fortassis libris alicui in ducatis creditis, ea lege, ut in similibus speciebus reddantur, citra tamen adjectionem valoris, tum solutionem quidem in ducatis esse faciendam, sed secundum valorem & æstimationem temporis solutionis, & augmentum & decrementum eorundem pertinere ad debitorem.

Econtrario † pactio seu dispositio 35 quoad exclusam monetæ bonitatem intrinsecam & reservatam ejusdem bonitatem extrinsecam fuerit, si testator nominatim disposuerit, seu à partibus nominatim inter se conventum sit, de solvenda certa pecunia seu certa monetæ specie

specie currente tempore solutionis puta 150. floren. in aur. Rhenensibus, seu thaleris Imperialibus currentibus tempore solutionis, tū enim licet solutionis tempore ejusmodi moneta secundùm bonitem intrinsecam mutata, hoc est, aucta vel diminuta fuerit, nihilominus creditor propter hanc specialem conventionem seu dispositionem tempore solutionis meliores numos non exigere potest, sed summam debitam in speciebus conventis secundùm ligam eorundem tempore solutionis accipere tenetur, *argum. l. rogasti, 11. §. si tibi, 1. ff. de reb. cred. junct. l. 1. ff. de pact. & l. 1. ff. de constit. pecun. l. 1. C. de SS. Eccles. & §. disponat, in auth. de nupt. Carol. Molin. d. tract. de usur. & fruct. quæst.* 100. *num.* 813. *vers. tertiò vales omninò pactum, &c. Anton. Faber de variis numor. debitor. solut. cap.* 7. *in fin. & inprimis Andr. Kobl exercitation. legal. c.* 18. *nu.* 16. Alioquin si creditor tempore crediti à debitore paciscatur, ut pro centum florenis in moneta viliori sibi solvantur centum floreni fortiores, & quoad intrinsecam bonitatem meliores, summa credita tum istiusmodi pactum, quoad plus illud nō consistit, cùm usuraria pravitas etiam censeatur, si debitor plus vel meliorem & fortiorem pecuniam reddere teneatur, quàm ipsi creditum est, *l. rogasti, 11. §. si tibi, 1. ff. de reb. cred. Antoni. Fab. d. cap. 7. in fin. & cap. 8. vers. potes quidem obligari, &c pag. mihi* 164. *& seqq. Ludovic. Molin. in tract. de justit. & jur. tom. 2. disputat.*

36 Talis † itidem pactio circa reservatam monetæ bonitatem, tam intrinsecam, quàm extrinsecam est, si tempore contractus conventum sit, ut pecunia credita reddatur in eodem pondere, in eadem materia, & in eodem cursu seu æstimatione, qualis pactio omninò servanda, & pecunia credita secundùm intrinsecā & extrinsecam bonitatē, qualis fuit tempore contractus omninò reddenda est, *Hostiens. & Panormitan. ad cap. quantò, 18. ext. de jurejur. & ibidem etiam Iohan. Andr. & Anton. de Butr. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 4. per tot.* ubi hunc casum præ aliis latè prosequitur, *Alb. Brun. de augment. & diminut. monet. præsuppos. 2. declarat. 16. n. 2. Iohan. Aquil. de potestat. & utilit. monet. c. 3. in fin. sub rubr. cautela contrah. consuet. Laudens. n. 9. in fin.*

Quod ipsum † tantò magis obtinet, si 37
quis 100. libras seu florenos in ducatis singulis ad 3. libr. seu floren. æstimatis crediderit, & debitor totidem libras in ducatis in eadem æstimatione reddendis promiserit, tum enim præcisè in ducatis ad conventā æstimationem uti fuit tempore contractus solvere tenetur, & augmentum vel decrementum ducatorum creditoris est, *Brun. in l. sed addes, 19. §. si dominus, 3. ff. locat. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 7.* Cujusmodi generis quoque pactio licita & consueta est, si inter partes ita conveniat, ut Titius Sempronio 1000. floren. Francofurtenses in aureis Rhenensibus 27. grossorum, & thaleris Imperialibus 24. grossorum credat, & insuper creditor debitorem in instrumēto obligationis astringat, ad solvendam sibi summam debitam 1000. floren. Francofurtensiū, non solùm in aureis Rhenensibus & thaleris Imperialibus, sed etiam in prædicto valore aurei ad 27. groß. & thaleri Imperial. ad 24. groß. vernacula nostra: Daß der Schuldener bekenne / er habe von dem Glaubiger 1000. flor. Franckfurter Wehrung / an vollwichtigen Rheinischen Goldgülden / einen zu 27. Groschen / oder drey

 Creu-

Creutzern / vnnd gute vnverſchlagene Reichsthaler / zu 24. Groſchen / vnnd ſteht fernner in der Verſchreibung verpflichtet / ſolche 1000. fl. Franckfurter Wehrung in guten wichtigen Rheiniſchen Goldgülden / vnd guten vnverſchlagenen Reichsthalern / ſondern auch in vorgedachtem Werth / jeden Goldgülden zu 27. Groſchen oder drey Creutzer / vnd den Reichsthaler zu 24. Groſchen widerumb zubezahlen. Licet enim alias 1000. floren. in aureis ad 27. groſſos, & thaler. Imper. ad 24. groſſ. creditis, & in eadem monetæ ſpecie, citra adjectionē valoris ejuſdem tempore ſolutionis reddi promiſſis, debitor ſolvendo ſummam debitam, in aureis vel thaleris Imperialibus aucto etiā eorundem valore liberetur, & totidem numero aureos & thaleros, quot accepit, creditori ſolvere non teneatur, modo ſummā debitā in ſumma communi iſtius temporis conficiant, *Brun. de augment. & diminut. monet. præſuppoſit. 2. limitat. 8. num. 5. ibi: & per prædicta teneo, Erneſt. Cothman. conſ. 34. nu. 205. verſ. ſequitur ſecundus caſus. vol. 1.*

Attamen ſi contrahentes in obligatione & præmiſſa ſumma, in qua numorum in ſpecie ſolutio facienda ſit, ulterius proceſſerint, providendo ſive diſponendo de æſtimatione, ſub qua numi crediti etiam faciendi ſint, inprimis verò debitor ſeſe etiā in ſpecie obligaverit, ſummam creditam in totidem aureis ſeu thaleris & eandem ſummam, quam accepit, reddere, tum non ſolùm ſummam creditam, quantum accepit, ſeu æſtimationem numorum creditorum, ſed etiam eundem numerum numorum, quem accepit, ſecundùm æſtimationem temporis contractus ſeu diſpoſitionis ſolvere tenetur, eò quòd ab initio expreſsè & nominatim ita inter contrahentes convenerit, ſeu diſpoſitum, ac proinde etiam ſervandum, *l. in conventionalibus, 52. ff. de V. oblig.* & fidei humanæ nihil tam congruū ſit, quàm ea, quæ inter eos ſemel placuerunt ſervare, *l. 1. in princ. ff. de pact. Brun. in l. Paulus, 101. num. 10. verſ. ſed quod ſi, item Imola & cæteri Dd. ff. de ſolution. & liberat. Anchoran. in Clemen. fin. de decim. Curt. de monet. quæſt. 11. num. 20. Brun. de augment. & diminut. monet. præſuppoſit. 2. limit. 8. num. 5. verſ. ſecundò quæritur, Covarruv. de veter. numiſm. collat. c. 7. §. unic. concluſ. 7. in altero exemplo Berlich. pract. concluſ. lib. 2. concluſ. 36. num. 54. & num. 55. Zanger. de except. part. 3. cap. 1. num. 184. & ſeqq. Andr. Kobl exercitat. legal. cap. 19. num. 7. item num. 27. verſ. at cum ſolutionem, &c.* ubi hanc quæſtionem latè in utramque partem diſputat, *num. ſeqq.* 28. contra alios etiam ſubjiciens, hanc ſententiam obtinere, & debitorem ad ſummam debitam & eundem numorum numerum eſſe obligatum, non ſolùm, quando illud circa ſolutionem nominatim cautum eſt, ſed etiam, quando ſimpliciter ſine ſolutionis mentione ſumma debita in certo numorum certæ ſpeciei numero promittitur, *Diſſent. Erneſt. Cothman. d. conſ. 34. num. 25. item num. 326. 327. volum. 1. inprimis autem conſ. 49. volum. 4. per tot.* ubi contra alios pleroſque Interpp. noſtros, refutatis etiam argumentis eorū, ſuam ſententiam latiſſimè propugnat, contendens, hoc etiam in caſu ſolam æſtimationē in curſu numorum communi in obligationem eſſe deducendam, & creditorem numos creditos in aucto etiā valore ſecundùm tempus ſolutionis recipere teneri, adeoque commodum & incommodum au-

gmenti

gmenti & decrementi monetæ, non creditoris, sed debitoris esse.

SECTIO SECVNDA.

UTRUM VIGORE PActi, de reddenda pecunia debita in moneta proba & recepta, secundùm cursum & valorem temporis solutionis, debitor is, qui tempore superiori in tanto rei monetariæ abusu, certam summam florenorum seu thalerorum usualium, in levioribus aut probis etiam monetis, sed & in injusto & immodico valore accepit, post reductionem monetarum ad minorẽ magis justum & legitimum valorem creditori suo summam debitam in probis monetis, tempore solutionis currentibus, secundùm valorem istius temporis longè minorem reddere teneatur?

SUMMARIA.

1 *Status controversiæ, & quæstionis controversæ expositio.*

2 *Læsio immodica, summaq; injustitia crediti in levioribus florenis accepti, & in probis & justis monetis solvendi, illustri exemplo declaratur.*

3 *Opinio eorum, qui statuunt, debitorem vigore pacti pro acceptis florenis levioribus, florenos probos & fortes creditori reddere teneri.*

4 *Regula à nonnullis statuitur, quod mutata bonitate monetarum extrinseca intra tempus contractus & solutionis, in solvenda summa debita valor monetarũ secundùm tempus solutionis attendendus sit.*

5 *Fidei humanæ, naturaliq; æquitati nihil magis congruit, quàm servari id, quod conventum est.*

6 *Pactum de modo & qualitate faciendæ solutionis instrumento obligationis adjectum omninò servandum est.*

7 *Statuta, Ordinationes & Constitutiones Electorum, Principum, aliorumq; Romani Imperii Statuum non minus ac leges seu jus Prætorium ad minimum valent, & observanda sunt.*

8 *Consuetudo etiam de modo & qualitate faciendæ solutionis non minus atq; lex observanda est.*

9 *Iureconsultorum in ordinem receptorum responsa olim necessariam, hodie probabilem obtinent authoritatem, & justam causam præbent victum absolvendi ab expensis.*

10 *Numis creditis successu temporis reprobatis, vel valore diminutis, debitor creditori nihilominus summam creditam in monetis probis tempore solutionis currentibus reddere tenetur.*

11 *Floreni seu summa collectiva nullam censetur habere bonitatem intrinsecam, & proinde in qualibet moneta proba tempore solutionis currente solvendi sunt.*

12 *Florenis alicui creditis seu debitis, nec creditoris, nec debitorũ interest, eosdem in qualibet moneta tempore solutionis currente reddi.*

13 *Futuri eventus incertitudo, nec non commodorum & incommodorum æqualis participatio, omnem læsionem excludit.*

14 *Commoda quem sequuntur, eundem etiam sequi debent incommoda, & nemo cum alterius detrimento locupletari debet.*

15 *Beneficium alteri præstitum benefactori non debet*

debet esse damnosum, sed gratuitò præstari.

16 Renunciantibus beneficiis juris cumprimis mediante juramento regressus ad jura amissa non conceditur.

17 Sententia verior eorum, qui statuunt creditori, qui levem & immodici valoris pecuniam credidit, eandem secundùm valorem temporis contractus in immodico etiā valore reddendam esse.

18 Nulla regularum juris tam firma est, quin aliquas admittat exceptiones.

19 Creditor uti damnum passurus oblatam pecuniam non tenetur recipere, ita pariter debitor etiampro accepta pecunia deteriori probam & justam non tenetur solvere.

20 Creditor thalerum Imperialem ad quinque florenos recipiens, quem pro sesquifloreno credidit, & vicissim debitor thalerum Imperialem pro sesquifloreno solvens, quem pro quinq; florenis tempore contractus accepit, maximum damnum ad triplum circiter sentiunt.

21 Pecunia valore non extante uniformi & perpetuo, tum valor jurisgentium, & in solvenda ea tempus contractus inspicitur.

22 Pecunia valore per avaritiam Principis, vel fraude numulariorum, aliorumq; negotiatorum immutato, in solvendo pecuniam debitam valor temporis contractus attenditur.

23 Valore grossarum monetarum propter debilitatas & multiplicatas minores monetas circa solutionem numorum debitorum non tempus solutionis, sed tempus contractus attenditur.

24 Intrinseca monetarum bonitate intra tempus contractus & tempus solutionis mutata, indubitatò tempus contractus inspicitur.

25 Læsis immodicè cumprimis enormissimè tam jure ordinario, quàm extraordinario succurritur.

26 Usurarii contractus & pacta usuraria ipso jure nulla & invalida sunt.

27 Monetarum minutarum debilitatio & multiplicatio, & ad eandem subsecuta grossarum monetarum immodica æstimatio etiam juri gentium repugnat.

28 Naturalis justitia & ratio judici non minus attendenda, quàm lex civilis.

29 Re contracta obligatio in plus contrahi nequit, quàm numeratum est.

30 Pactum & consensus contrahentium ad casum insolitum, seu inopinatum regulariter non extenditur.

31 Dispositiones hominum, & conventiones contrahentium intelliguntur sub clausula, rebus sic stantibus.

32 Monetarum debilitatio, & immodica æstimatio juri communi & Constitutionibus Imperii omninò adversatur.

33 Nullum quod est, nullum operatur juris effectum.

34 Pactum usurariam pravitatem sapiens juramento confirmari nequit.

35 Numi debiti ad obligationē super levioribus florenis contractam, in levioribus etiā florenis secundùm valorem temporis contractus solvendi sunt, non in contractu mutui solum, sed etiam in aliis contractibus.

36 Pensiones & usura etiam secundùm qualitatem & quantitatem sortis, seu capitalis præstandæ sunt.

37 Regulæ, de solvendis numis debitis secundùm valorem temporis solutionis, octo limitationes.

38 Pactum & promissio contra jus, non est obligatoria.

39 Pactum de solvendis numis debitis secundùm valorem

valorem temporis solutionis consistit, si valor utriusq; temporis non prorsus difformis existat.

40 *Edictis monetalibus nonnullorum Circulorum & Statuum Imperii abusus monetalis superiorum temporum non approbatus, sed toleratus tantum fuit.*

41 *Consuetudo irrationabilis difformis & brevioris temporis, nomen vera consuetudinis non meretur.*

42 *Iurisconsultorum authoritas hodie non amplius necessaria, sed probabilis est, eorumq; sententia in concursu contrariarum opinionum magis standum, quæ legibus & firmioribus utitur rationibus.*

43 *Debitor, qui pecuniam leviorem accepit, tempore solutionis, vel prorsus abrogatam, vel valore diminutam, creditori probam pecuniam tempore solutionis currentem, ad æstimationem temporis contractus reddere tenetur.*

44 *Floreni & summa collecta respectu monetarum, ex quibus conficiuntur, suam quoq; intrinsecam habent bonitatem, justumq; valorem, quibus deficientibus floreni veri & justi non sunt, sed à commercio excludi debent.*

45 *Valor numorum immodicus tempore abusus summi monetarum, nō fuit uniformis, justus & perpetuus.*

46 *Regula, quem sequuntur commoda, eundem etiam sequi debent incommoda, tum demum statur, & incertitudo eventus excluditur, si utriusq; contrahentis eadem fuerit ratio.*

47 *Scienti & consentienti non fit injuria, & damnum, quod quisq; sua culpa sentit, non alii, sed sibimetipsi imputare debet.*

48 *Pecunia semel debitori credita & tradita, commodum & periculum ejus debitoris est, nec lucrum ejus interea ad creditorem pertinet.*

49 *Creditori, qui ad instantiam debitoris tempore immodici valoris pecuniæ, summam creditam coacervavit, atq; exinde damnū passus est, illud ipsum refundendum est.*

CORONIDIS † loco circa quæstionem monetariam Tertiam de obligatione monetarum pactitia hęc nostratibus temporibus, & perverso hoc seculo inprimis controversa moveri solet quæstio, utrum etiam debitor is, qui superioribus temporibus, summoque monetarum abusu, & incertitudine valoris earundem, certam pecuniæ summam in quantitate generica, puta florenis aut thaleris usualibus seu libris aliavé quantitate generica, seu imaginaria à creditore suo, in levioribus tum temporis currentibus monetis aut probis quidem, sed in maximo & immodico valore, puta thalero Imperiali ad tres, quatuor, quinque vel sex florenos accepit, & in instrumento obligationis promisit, sese creditori suo, summā debitam in probis monetis secundùm cursum & valorem temporis solutionis reddere velle, num videlicet istiusmodi debitor vigore hujusce pacti in probis tempore solutionis, ubi monetæ leviores & depravatæ prorsus abrogatæ, probæ autem ad longè minorem magis legitimum & justum suum valorem (puta thaleri Imperialis valore ad sesquiflorenū uti hisce temporibus tantum) reductæ sunt, creditori suo summā debitam in probis & justis monetis secundùm valorem illius temporis, longè minorem reddere teneatur? 1

Cujusmodi † quæstio hocce exemplo 2 illu-

illustrior fieri potest. Ponatur enim creditorē quendam circa finem Anni 1622. aut Ann. 1623. quo monetarū corruptio, & immodicus valor omnium penè maximus fuit, debitori suo credidisse decem millia florenorum usualium in 400. aureis singulis ad septem, & conjunctim 2800. florenos, item in 200. Regiis, singulis ad sex, & conjunctim ad 1200. florenos, & 1000. thaleris Imperialibus singulis ad 5. & conjunctim ad 5000. florenorum, & reliquum mille florenorum in grossis, aliisvè levioribus monetis tempore contractus currentibus, atq; ita aureis Rhenensibus, thaleris Regiis, & thaleris Imperialibus, & monetis usualibus in unam summam collectis decem millia florenorum quantitatis genericæ, seu summæ imaginariæ, hac lege seu conditione & pacto obligationi adjectis, quod debitor post tres vel quatuor annos prædictam summam 10000. florenorum, creditori suo in justis probis monetis, secundùm cursum & valorem temporis solutionis reddere debeat. Quando verò circa tempus solutionis monetæ leviores & improbæ prorsus abrogatæ, probę verò ad valorem suum justum, legitimū longeque minorem reductæ fuerint, puta aureus ad 1. florenum usualem 27. alborum in hisce locis currentem, & 25. albos insuper thalerus Regius ad 1. florenum, & 23. albos, thalerus Imperialis autem ad 1. florenum, & 18. albos, debitor iste acceptis 400. aureis, ad 2800. florenos, hodie tantum 770. florenos, & 10. albos, ducentis Regiis pro 1200. florenis acceptis, tantum 370. florenos, & 10. albos, & pro mille thaleris Imperialibus pro 5000. florenis acceptis tantū 1666. florenos, 18. albos, atque ita conjunctim istiusmodi grossis monetis pro 9000. flor. acceptis, de ista summa 2807. flor. 11. albos tantum in hodierno monetarū valore solvere, & ad conficiendam summam 9000. florenorum in aureis thaleris Regiis & Imperialibus acceptā 7192. florenos, & 16. albos in hodiernis probis monetis, secundùm minorem etiam valorem adjicere, & insuper etiam mille florenos in minoribus & levioribus monetis, tum temporis currentibus, nunc verò reprobatis acceptam, in hodierna proba moneta, justoque ejusdem valore supplere, atque ita in effectu pro acceptis vix tribus millibus florenorū in hodierna proba moneta, ejusdemque justo & legitimo valore ultra septē millia florenorū circiter itidem in proba & justa moneta, justoque & legitimo ejusdem valore, creditori suo reddere & solverē teneretur. Cujusmodi debitoris læsio, cùm non dimidium solum, sed etiam triplum excedat, hisce calamitosis & conclamatis temporibus controversæ admodum quæstionis est, utrum istiusmodi debitoris læsio etiam attendenda, taleque pactū obligationi tempore immodici valoris, summiq; abusus monetarum adjectum consistat, an verò tanquam usurarium & illegitimum pro non adjecto haberi debeat, quibusdam in hac quæstione in contrariam opinionē descendentibus.

Rationes dubitandi.

Et verò † pacti hujus de solvendis numis debitis, secundùm cursum & valorē 3
temporis solutionis, tempore contractus immòdici valoris monetarum, earundemq; summi abusus obligationem adjecti,

jecti, tempore solutionis seu reductionis monetarum, rationem haberi debere, nonnulli ex sequentibus potissimùm argumentis astruere nituntur.

1. Ratio dubitandi.

4 Primo † enim vel regula etiam juris esse cẽsetur, quod mutata bonitate monetarum extrinseca, seu valore earundẽ impositio variato, non tempus contractus, sed tempus solutionis respiciendũ sit, cumprimis verò in summis collectivis seu imaginariis, seu quantitate debita generica, in quas numos solvendos secundùm valorem temporis præsentis, solutionis nimirum, exemplo quarumlibet aliarum rerum æstimari, & creditori solvi oporteat, *argum. l. si ita esset legatum, 7. l. cum certum, 9. l. Titia amica, 35. ff. de aur. & argent. legat. l. fundum, 28. ibi: præsens æstimatio, ff. de novation. l. hominem, 37. in princ. ff. mandat. junct. l. quoties, 59. & l. quæ extrinsecus, 65. ff. de verb. obligat. Bartol. in l. cum quid, 3. nu. 16. & num. 17. ff. de reb. cred. & in l. creditorem, 99. nu. 7. 8. 9. & 10. ff de solut. & liberat. Andr. de Isern. in cap. un. § moneta, num. 23. & ibidem etiam Matth. de Afflict. num. 13. quæ sint regal. 2. feudor. 56. Andr. Gail. lib. 2. observ. 73 nu. 9. Wesenbec. in comment. de reb. cred. num, 12. ad fin. Iohan. Schneidewin. ad § sequens, 15. nu. 15. & ad § in bonæ fidei, 30. num. 33. Instit. de act. Fachin. lib. 2. controvers. c. 9. vers. tertia est sententia vera & communis, Iohan. Zanger de exception. part. 3. cap. 1. nu. 173. & seqq. Ioh. Borch. de reb. cred. cap. 7. num. 17. & ad cap. un. quæ sint regal. num. 58. & seqq. Rener. Budel. de re num. lib. 2. cap. 2. conclus. 2. num. 23. item cap. 10. & cap. 15. num. 1. & seqq. Andr. Kohl exercitat. legal. cap. 19. num. 2.* ubi in Camera etiam Imperiali ita judicatum refert, *item n. 19. Francisc. de Aret. cons. 11. num. 2. & 3. Iacob. Menoch. cons. 49. num. 9. & seqq. & cons. 138. n. 9. & seqq. vol. 2. Ernest. Cothman. cons. 34. n. 101. 102. & seqq. vol. 1. & cons. 49. n. 23. vol. 4. Hieron. Gigas in tract. de pension. q. 98. Borgnin. Cavalcan. decis. Fivizan. in princ. 62. num. 42. Iohan. Coras. lib. 4. miscellan. jur. cap. 13. nu. 5. Cæsar Vrsill. in addit. ad Matth. de Afflict. decis. Neapolit. 194. num. 3. vers. quæ licet vera esse videantur, Anton. Gabriel. commun. conclus. lib. 3. tit. de solut. conclus. 2. nu. 1. Albert. Brun. in tract. de augment. & diminut. monet. conclus. ult. limitat. 2. Boër. decis. Burdegal. 327. num. 4. & 13. Emanuel. Soarez in thesauro recept. sentent. lit. M. verb. monetam, num. 201. & seq. Gasp. Roderic. in tract. de ann. reditib. lib. 2. quæst. 15. n. 92. Iohan. Saporta in tract. de mora, cap. 3. num. 76. Andr. Ried in Ethica nova, tit. de virtute in genere pag. 6. & seq. vers. etsi enim virtutes.* Cujusmodi juris regulis semper inhærendũ, & secundùm easdem pronunciandũ est, nisi probetur exceptio, *l. ab ea, 5. ff. de probat. l. suus quoq., 4. § putto, 1. ff. de hæred. instit. Decius, Cagnol. & latè Philipp. Matthæus ad l. 1. num. 34. ff. de reg. jur. Zoannet. de empt. & vendit. num. 27. & 77. Schrader. in tract. feudal. part. 10. sect. 5. num. 34. & num. 51. item sect. 6. num. 129. & 145. Gœddæ. de contrah. & committend. stipulat. cap. 2. nu 9.* Wilhelm. Antonii *de rescript. morator. conclus. 29. num. 18. & conclus. 16. num. 10.* ubi post alios refert, hujusmodi regulis tenaciter inhærendũ esse, tanquam Bononienses suo Caroccio adhærescant, *cujus etiam meminit Philip. Dec. cons. 475. num. 3. & cons. 498. num. 5. Iacob. Mandell. de Alba cons. 25. n. 8 lib. 1.*

2. Ratio dubitandi.

Deinde † pro validitate hujusmodi pacti, de solvendis numis debitis secundùm valorem temporis solutionis, etsi valor eorundem ad summum decrevit, 5

rit, itidem facit generale juris nostri brocardicon, quod nihil fidei humanæ magis cõgruat, quàm servare idipsum, quod conventum est, *l. 1. in princ. ff. de pact. l. ex empto, 11. ff. de act. empt. & vendit. junct. l. 1. ff. de constitut. pecun. Andr. Gail. lib. 2. observ. 87. nu. 6. Consil. Marpurg. vol. 2. cons. 10. num. 79. & cons. 12. num. 39. ibi: pactis ut stetur, naturalis æquitas flagitat, Fachin. cons. 28. num. 25. vol. 1. Wilhelm. Anton. de rescript. morat. conclus. 15. num. 72.* usque adeò, ut ante omnia mens contrahentium, vel circa res monetarias etiam ex speciali eorundem pactione indaganda sit, *l. contractus, 23. ibi: nam & hoc servabitur, quod initio convenit, & l. semper in stipulationibus, 34. ubi Dd communiter, ff. de regul. jur. Martin. Garrat. Laudens. de monet. n. 13. Cothman. cons. 34. num. 50. vol. 1. Andr. Clud. de sequestrat. cap. 11. num. 10. Koppen. part. 1. decis. 2. num. 6. & part. 2. decis. 10. num. 12. Iacob. Aleman. in palæstra consult. 8. quæst. princip. 2. pag. 605. rat. decid. 4. & pag. 704. rat. dub. 5.* & voluntates contrahentium etiam magis quàm verborum cõceptiones inspiciantur, *l. ult. C. quæ res pignor. oblig. pot. l. sed Celsus, §. si fundus, ff. de contrah. empt. cum simil. apud Frideric. Pruckman. cons. 8. n. 232. vol. 1.*

3. *Ratio dubitandi.*

6 Quinetiam † & pro ratione dubitandi Tertia, pactum de solvendis numis debitis, secundùm valorem temporis solutionis à Dd. nostris in tantum validum esse censetur, ut vel ab iis etiam, qui aliâs mutato valore monetarum perinde, atq; si bonitas earundem intrinseca mutata fuisset, tempus contractus inspiciendum existimant, nihilominus ob hujusmodi pacti adjectionem, secundùm valorem monetæ currentis tempore solutionis, in landläufftiger Müntz / wie dieselbe zur Zeit der Zahlũg gänge vñ gebe seyn wird / numorum debitorum solutionem præcisè, secundùm valorem temporis solutionis faciendam esse statuatur apud Albert. Brun. *de augment. & diminut. monet. declarat. 17. ubi sub fin. num. 1.* ita inquit: Puta tamen, ubi obligatio esset in genere concepta, puta in libris 20. vel florenis 20. Mediolanensibus vel Sabaudiens. cum nulla pecia sit, quæ ita vocetur, eo casu, ne illa verba sint superflua, intelligemus de libris & florenis, ad monetam temporis solutionis etiam viliorem & debiliorem, &c. *item limitat. 8. num. 9.* siquidem juris nostri Brocardicon est, quod provisio hominis tollat provisionem legis, *l. fin. C. de dot. promiss. l. fin. C. de pact. convent. gloss. in cap. contractus, 85. de reg. jur. in 6. Decius cons. 552. num. 8. Schurff. cons. 22. nu. 1. & cons. 43. num. 9. Andr ab Exea in tract. de pact. nu. 564. vers. tertiò, Ludov. Burges. in l. si se subjiciant, nu. 107. ff. de judic.* adeoq; pacto contrahentium de modo & qualitate faciendæ solutionis omninò standum esse tradit *Bartol. in l. creditorem, 99. ff. de solut. & liberat.* eaque de re latius videri possunt *Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 13. per tot. item Andr. Kobl exercitat. legal. c. 18. n. 26.*

4. *Ratio dubitandi.*

Quartò † propter adjectum pactum de facienda solutione numorum debitorum, secundùm cursum & valorem temporis solutionis creditori, qui tempore abusus rei monetariæ debitori certam pecuniæ summam ad quantitatem genericam in monetis tum temporis currentibus vilioribus, aut probis quidem, sed in immodico valore credidit, à debitore, nunc etiam reprobatis istiusmodi vilioribus 7

ribus numis & probis monetis, ad longe minorem & legitimum valorem reductis, nihilominus summam creditam in probis monetis justoque earundem nimioq, valore reddendam & solvendam esse, exinde etiam liquere videtur, quod tempore contractus istiusmodi monetarum valor immodicus per edicta monetalia nonnullorum Principum & Statuum Imperii fuerit approbatus, qualia exemplo aliarum legum nõ elusoria sed valida esse & aliquid operari oportet, *arg. l. si prætor*, 75. *ibi:* alioquin elusoria erunt hujusmodi edicta, *ff. de Iudic. l. ult. in fin. ff. ne quid in loc. publ. Iacob. Thoming. decis.* 1. *nu.* 19. *Menoch. lib.* 2. *arbitrar. judic. cas.* 377. *nu.* 17. adeoq; constitutiones & Statuta Electorum, principum aliorumque Imperii Romani Statuum vulgò die Landsordnung/ juri civilis portio sunt, *arg. l.* 9. *ff. de justit. & jur.* §. 1. *Inst. de jur. nat. gent. & civ. D. Theodor.* Reinkingk *de retract. consanguin. quæst.* 9. *nu.* 64. *Bartol. Musc. de success. conv. & anom. mēb.* 1. *clas.* 1. *conclus.* 1. *lit. D. n.* 18. *ubi ex consultat. constit. Sax p.* 4. *q.* 78. *num.* 1. *in specie de constitutionibus Saxonicis affirmat, quod sint lex generalis in Electoratu, quia Serenissimus Elector sit quasi præfectus prætorio:* vel secundum plerosq; juri prætorio æquiparari censentur *Bartolus in l. stipulationum*, 5. *in princ. n.* 4. *ibi: si verò statutum fiat in episcopo, ff. de verb. oblig. & in l. omnes populi*, 9. *ff. de justit. & jur. q.* 5. *princ. n.* 52. *vers. Vnum tamen credo &c. Francisc. Bald. de præscript. part.* 3. *part.* 6. *princip. q.* 4. *n.* 6. *vers. nam statuta ipsorum.*

5. Ratio dubitandi.

8 Quintò † debitorem pro accepta certa pecuniæ summâ ad quantitatem genericam in pecunia viliori vel proba etiam in immodico valore, nunc monetarum valore immodico diminuto, easdem secundum valorem temporis solutionis, vigore hujusce pacti solvere teneri, etiã hinc patere videtur, quod superioribus, quibus rei monetariæ cura incumbit, & circa eam statuendi potestatem habent, quibuslibet privatis contra priora edicta publica monetalia, monetas in immodico isto valore expendere & accipere licuerit, cujusmodi tolerantia & patientia consuetudinem inducere, & non minus quam ipsamet lex, cumprimis circa modum faciendæ solutionis observanda esse censetur, *argumento l. cum plures*, 60. §. *locator*, 6. *ff. locat. l.* 1. §. *magistrum*. 1. *ff. de exerc. action. l. quid ergo*, 13. §. *quod ait*. 2. *ff. de his qui notant. infam. gloss. in cap.* 1. *in verb. frangere in fin. ext. de treug. & pac. Bald. in l. si quis argentum. in princ. col. penult. C. de donat. Albert. Br. de augm. & diminut. monet. lim.* 3. *n.* 2. Aretin. *consil.* 11. *incipit, procedendum est, column.* 3. *ad verbum tenet*, ubi ait: quod ordinatio facta super cursu monetæ non præjudicet nec liget subditos, si nõ fuit observata sciente & patiente principe, qui eam fecit, eò quòd tolerantia & patientia principis inducat consuetudinem, & privilegium contra leges & edicta priora. *Tiber. Decian. resp.* 124. *vol.* 3. *num.* 16. Est enim tolerantia superiorum tacita quædam sic faciendi dispositio, *c. quod dilectio. & ibi Dd. extr. de consanguin. & affin.* eoq; facit jus in reprobatis, *Alexand. Raudens. in tr. de analog. lib.* 14. 39. *n.* 144. & 145.

6. Ratio dubitandi.

Cujusmodi † sententia pro sexta dubitandi ratione etiam hinc confirmari 9
videtur, quòd non singuli solùm, sed etiam integra JCtorum collegia hanc sententiam approbarunt & consulendo statue-

fuerunt, debitores qui tempore summi abusus monetarum certam summam pecuniæ in immodico valore acceperunt, in eandem diminuto etiam valore monetarum, secundùm istiusmodi diminutum valorem in probis & justis monetis creditoribus suis reddere teneri, uti inprimis videre est, *ex responso Facultatis juridicæ Ingolstadiensis sub dato 16. Iunii Anni 623. cum contrario responso D. Henrici Petrei eodem annò circa nundinas autumnales Spiræ editis, & informatione juris & æqui D. Iohannis Wolfgangi Hilleri* vber die frag/ob einer der leicht oder ersteigert Geld außgeliehen / nach jetzigen reducirten Müntzwesen sich also wider müssen bezahlen lassen? *eodem Anno 623. Augustæ Vindelicorum typis Davidis Franci public.* qualia JCtorum in ordinem receptorum responsa, olim vel necessariam etiam, exemplo ipsarummet legum authoritatem obtinuerunt, §. *responsa prudentum. & ibi Dd. communiter, Inst. de Iur. Nat. G. & civil. Tiber. Decian. in apologia pro Iurisprudent. adversus Alciat. cap. 6. n. 4.* hodiè verò ad minimum, justam & probabilem dubitandi seu litigandi causam præbent, usque adeo ut is, qui vel duorum saltem JCtorum responsa pro sese habet, justè litigâsse censeatur, & vel victus etiam ab expensis absolvendus sit, *Dd. in l. properandum, 13. §. sive autem, 6. ff. de judic. Andr. Gail. lib. 1. observ. 152. n. 6. Rebuff. in tract. de expens. damno & interesse, art. 1. gloss. un. n. 30. Iacob. Menoch. de arbitrar. jud. quæst. lib. 2. cent. 2. cas. 177. num. 5. Alciat. de præsumpt. reg. 1. c. 51. in princip. Pax Scala in tr. de consil. sapient. lib. 1. c. 20. Martin. Schickhard. disp. 1. ad instit. th. 9. Tiraquel. de pæn. temperand. caus. 51. num. 108. Anton. Maria Corat. in tract. de communi opin. lib. 3. tit. 10. n. 7.*

7. Ratio dubitand.

Septimò † hujusmodi sententia etiam confirmari videtur, quòd vel numis improbis creditis, qui antea valuerunt, & ex hac ratione, quę ab initio etiam meipsum suspensum tenuit, propter defectum justæ materiæ & probi ponderis postea reprobati sunt, debitores non liberentur, sed eosdem creditoribus suis nihilominus in novis justis & probis monetis, tantundem præstare oporteat, quanti monetæ istiusmodi improbæ & deterioratæ ante reprobationem suam valuerunt, *argumento l. creditor oblatam, 102. ff. de solut. & liberat. junct. l. elegant. 24. §. 1. ff. de pignerat. action. gloss. ult. in cap. cum canon. 15. 16. extr. de censib. Bartol. ad l. creditorē, 99. ff. de solut. & liberat. Iohan. Bologn. in d. l. cum quid, 3. n. 71. ff. de reb. credit. Panormitan. in cap. quintò, 18. n. 12. ext. de jurejur. Paul. de Castro in l. quod te mihi, 5. n. 9 sub fin. vers. unde dic. melius, ff. de reb. credit. Iason. in l. in emphyt. 2. n. 19. vers. si verò illius cursus, C. de jur. emphyt. Bald. in l. indubitata, 16. n. 6. sub fin. C. de non numer. pecun. Carol. Molin. in tr. de usur. & fruct. q. 92. n. 702. versic. Octava. Anton. Fab. de variis numor. debit. solut. c. 5. Martin. Garrat. Laudens. de monet. nu. 13 in princ. & n. 14. Andr. Kohl exercit. leg. c. 18. n. 31. & seqq. Cravett. cons. 47. num. 6. vol. 1. Anton. Gabriel. commun. conclus. tit. de solut. concl. 1. n. 4. Nicol. Boër. decis. 327. n. 12.* Unde consequi videtur, quod in casum diminuti tātum valoris monetarum acceptarū, debitorem tantò magis creditori suo priorem æstimationē in proba moneta tempore solutionis, secundùm valorem illius temporis præstare oporteat, quàm si monetæ seu numi accepti prorsus sublati & reprobati fuissent.

8. *Ratio*

8. *Ratio dubitandi.*

11 Octavò † hujusmodi opinio etiam probatur ex eo, quòd obligatio numorum generica seu imaginaria super florenis seu thaleris usualibus contracta, nullam habeat bonitatem intrinsecam, ac proinde si semel floreni debiti sint, debitor eosdem creditori in qualibet monetarum seu numorum specie solvere possit, modò numi solvendi tempore solutionis adhuc currant, suumque legitimum valorem obtineant, nec reprobati sint, *argumento l. qua extrinsecus, 65. §. sed & si, 1. ff. de verb. obligat. junct. l. creditor oblatam. 102. ff. de solut. & liberat. l. eleganter, 24. §. qui reprobos, 1. ff. de pignerat. action. Angel. in l. ult. C. de veter. numism. potestat. Castrens. in l. Paulus, 101. ff. de solut. & liberat. Albert. Brun. de augm. & diminut. monet. præsuppos. 2. n. 11. Curt. Iun. consil. 24. n. 14. & n. 22. vol. 1. Hieron. Gabriel. consil. 164. n. 5. Andr. Kohl exercitat. legal. c. 18. n. 20. pag. 350.*

9. *Ratio dubitandi.*

12 Nonò † pro hac sententia etiam facit, quod quātitas generica seu pecunia collectiva imaginaria, puta thalerus usualis, florenus, bacius & similes summæ pecuniæ collectivæ, semper sui similes sint, & mutato etiam pecuniæ valore, nihilominus uniusmodi maneant, florenusque usualis hisce in locis 17. albis æstimatur, etsi thalerus Imperialis secundùm valorem suum ad summū auctus vel diminutus fuerit, seu uti rustici & alii simpliciores, circa initium tanti abusus monetarū, antequam tanta fraus animadversa fuit, dicere soliti fuerunt, ein Gülden sey ein Gülden/ ein Batz sey ein Batz. Quando igitur debitor creditori suo tantundem, quantum debet, nec plus nec minus præstare teneatur, *l. in perpetuum, 61. ff. de solut. & liberat. Anton. Fab. de variis numor. debitor solut. c. 5. Andr. Knich. de Saxon. non provocand. jur. c. 5. n. 337.* consequens utique est, debitorem florenorum seu thalerorū usualium, eosdē in cursu & valore secundum tempus solutionis (non attento valoris monetarum grossarū augmento vel diminutione) præstare teneri, & eatenus solùm respectivè liberari vel teneri. *Cass. Anton. Tessaur. de augment. monet. part. 1. n. 70.* Francisc. de Crucifoss. *de variat. monet. pag. 20. §. quia cum &c.* ubi tradit, imaginariæ pecuniæ usum adhunc finē inprimis esse proficuum, & denotare monetam invariabilem, & vel inprimis ad tollendas aucti & diminuti valoris monetarum controversias adinventam esse.

10. *Ratio decidendi.*

Decimò † præstationem pecuniæ genericæ debitæ à debitore, qui eandem tempore abusus monetarum in immodico valore accepit, in casum valde diminuti etiam valoris monetarum, nihilominus in diminuto etiam valore, creditori faciendā esse, vel hinc etiam liquet, quod teste communi experientia, valor monetarum subinde mutetur, modò crescat modo decrescat, uti à tempore universalis edicti monetarii Ferdinand. I. Imperatoris de Anno 1559. multoties compertum est, & successu temporis tantus iterum abusus monetarum, imo major etiam quoad auctum valorem monetarum, hisce calamitosis temporibus facilè recurrere possit. Unde iterum consequitur, quod debitor florenorum vel thalerorum usualium, qui in casum aucti imposterum valoris monetarum grossarum commodū exinde percepturus est, 13

& gros-

& grossis monetis in valore auctis plures florenos solvere potuit, nunc etiam diminuto valore grossarum monetarum incommodum illud sentire debeat, creditori suo summam florenorum seu thalerorum usualium debitam in grossis & probis monetis, secundum minorem valorem temporis solutionis præstare & reddere teneatur, siquidem nihil magis secundum naturam est, quàm ut rei cujusq; commoda ipsum sequantur, quem sequuntur incommoda, *l. secundum naturam, 10. ff. de Reg. Iur. l. actione, 65. in fin. ff. pro soc. & §. fin. ibi: quia plerunq; ubi successionis est emolumentum, & tutelæ onus esse debet. Inst. de legit. patron. tutel.* adeoque futuri eventus incertitudo omnem læsionem excludere censetur, & quando utriusque contrahentis in utrumque eventum par ratio est, neuter lædi videtur, *l. de fideicommisso, 11. C. de transaction. l. 1. C. de pact. l. si pater puellæ, 12. C. de inoffic. testam. l. oleo. 23. C. de usur. Andr. Gail. lib. 2. observ. 8. num. 3. Anton. Fab. de var. numor. debitor. solut. cap. 2. & c. 7. Berlich. part. 2. practicar. conclus. cap. 42. n. 2. Hercul. Marescot. var. resolut. lib. 2. cap. 133. num. 25.*

11. Ratio dubitandi.

14 Undecimo † hæc opinio hinc etiam confirmatur, quod debitor, qui antehac tempore abusus monetarum à creditore certam summam thalerorum usualium vel florenorum in vilioribus tum temporis currentibus monetis, aut in grossis etiam sed in immodico valore accepit, nihilominus istis florenis tum temporis currentibus levioribus commoda sua, solvendo fortassis æs alienum vel merces comparando, æquè procuravit, atque si totidem florenos in grossis & probis monetis ad longe minorem valorem nunc reductis accepisset. Quam florenorum summam, si creditori suo in grossis monetis, secundùm valorem temporis contractus immodicum, istiusmodi debitor reddere posset, ille duplici commodo, expensæ nimirum pecuniæ tempore cōtractus eadem utilitate, qua nunc floreni expenduntur, & facultate ejusdem reddendæ in immodico valore istius tēporis contra hodierna edicta monetaria frueretur, è contrario verò creditor duplici incommodo afficeretur, tum quod tempore cōtractus pecuniam suam, quæ ipsi tum temporis forte ab alio debitore ex veteri contractu secundum immodicum valorem temporis solutionis soluta est, citra istiusmodi emolumentum & jus veteris contractus expendisset, tum verò etiam solutionis tempore eandem in immodico isto valore recipere teneretur, atque ita intuitu & contemplatione veteris contractus vel ultra triplum etiam læderetur, quod in jure nostro ferendum non est, tum quod jure naturali æquum sit, neminem cum alterius detrimento locupletari, *l. nam hoc natura, 14. ff. de condict. indebit. l. jure natura, 206. & ibi Dd. communiter, ff. de Reg. Iur. Vultej. consil. Marpurg. vol. 2. consil. 29. num. 118. & vol. 3. consil. 18. nu. 264.* aut cuiquam per alterum iniqua conditio inferri, *l. non debet. 74. ff. de Reg. Iur. l. iniquissimum, 5. ff. de jur. & fact. ignor. Cothm. consil. 260. n. 36. vol. 4. Wilhelm. Antonii de rescript. morat. concl. 3. n. 49.* tum verò etiam q duæ lucrativæ causæ in eandē personā super eadem re concurrere nequeant, *§. si res aliqua, 6. & ibi etiam Harprecht. Inst. de leg. l. pane, 34. § si eadem res. 1. ff. de legat. 1. l. omnes 17. l. ex promissione, 19. ff. de obligat. & action.*

Claud.

Claud. de Seysel. ad l. si ex legati causa, 23. ff. de verb. obligat. Francisc. *Purpurat. ad l. cum quid. 3. num. 158. ff. de reb. credit. Cothman. vol. 3. consil. 46. num. 37.* Wilhelm. *Anton. de rescript. morat. concluf. 63. n. 78.*

12. Ratio dubitandi.

15 Quod † pro dubitandi ratione Duodecima tantò magis processerit, si creditor in favorem debitoris & ad instantiam ipsius forte ipsemet pecuniam istam mutuatus fuerit, vel juvandi debitoris causa ipsemet debitores suos exegerit, aut ab illis summam debitam in tam immodico valore ipsemet receperit, nemini enim beneficium debet esse damnosum, *l. Paulus notat. 8. ff. de stipulat. prætor. l. sed si quis. 7. ff. quemadm. testam. aperiant. l. cum quadam, 26. C. de administr. tutor. cap. pervenit. 2. extr. de fidejussor. Hartman. Pistor. lib. 2 pr. quæst. c. 7. num. 12. Iohan. Bapt. Sanctoseverin. ad l. cunctos populos, num. 64. C. de summ. Trin. Cravet. consf. 525. n. 5.* sed potius benefactori, exemplo agrorum fertilium vel plus etiam, quam acceptum est, reddere teneamur, eidemq; ad ἀντίδωρα vel instinctu etiam naturæ obligati sumus, *l. sed etsi lege, 25. §. consuluit. 11. ff. de petition. heredit. l. etiam. 15. §. ex prætерito, 1. ff. de manumiss. vindict. Arist. lib. 5. ethic. cap. 5. Petr. Heig. part. 2. practic. quæst. 1. num. 80. & quæst. 7. n. 55.* Wilhelm *Antonii de rescript. morat. concl. 35. n. 38.*

13. Ratio dubitandi.

16 Quæ omnia † pro dubitandi ratione Decimatertia, tantò firmius obtinebunt, si creditor recipiendo pecuniam à debitore tempore solutionis, ubi valor ejusdem diminutus fuit, secundùm verò valorê temporis contractus culpa ipsiusmet debitoris nimium lædendus foret, gratificando debitori magnũ damnum incurreret, puta si creditor in favorem & ad instantiam ipsius ipsemet pecuniam ad veteres obligationes sibi debitã tempore abusus rei monetariæ à debitoribus suis exegerit, & ipsemet in immodico valore receperit, aut in coacervando pecuniam creditam magnum damnum perpessus fuerit, & damni istius in instrumento obligationis mentio facta sit, debitor omnibus beneficiis juris renunciaverit, vel ad observationem ejusmodi pacti sese juramento etiam adstrinxerit, siquidem immodicè læsis in jure nostro succurritur tam remediis ordinariis, puta beneficio *l. 2. C. de rescind. vendit. argumento l. majorib. 3. C. commun. utriusq; judic. Pinell. ad d. l. 2. part. 1. c. 3. in princ. & inprimis n. 5. C. de rescindend. vendit. Cujac. lib. 13. observ. 24. Fachin. lib. 2. controvers. cap. 22. versic. quartò controvertitur*, ubi hoc remedium etiam ad cõtractus stricti juris porrigunt, quam extraordinariis etiam, puta benefic. restitut. in integr. *l. 1. in fin. ibi: item si qua alia justa causa mihi videbitur. & l. sed & si. 25. §. item inquit prætor, 9. & ibi Dd. communiter, ff. ex quib. cauf. major. in integr. restit.* Wesenb. *in paratit. ff. eod. tit. n. 10. Sichard. ad l. Respublica, 4. num. 8. in fin. & num. 9. C. quib. ex cauf. major. in integ. restit.* Renunciantibus autem beneficiis juris adversus eadem regressus non conceditur, *l. si quis in conscribendo, 29. ibi: omnes licentiam habere, his quæ pro se introducta sunt, renunciare, C. de pact. l. quæritur, 14. § si venditor. 9. ff. de ædilit. edict. Parif. consil. 5. num. 55. vol. 4. Roland. à Valle consil. 17. num. 23. vol. 4. D. Theod.* Reinkingk *in tract. de retract. consanguin. quæst. 2. n. 46.* cum primis verò si renunciatio ista juramento vallata fuerit, quòd cæteros defectus omnes supplet, & omnino obser-

van-

vandum est, *auth. sacramenta puberum, C. si advers. vendit. cap. cum contingat. 28. ext. de iurejurand. & cap. quamvis, 2. de pact. in sexto, & ad illos textus Dd. & canonistæ communiter*, siquidem alias etiã juramenti ea singularis vis est, ut robur adjiciat actui, super quo interponitur, ipsumque de nullo aliquem & de invalido validum facere censeatur, *d. c. contingat. 28. de jurejurand. & cap. quamvis, 2 in verb. firmatum. & in verb. omnino, de pact. in sexto, Vultej. consil. Marpurgens. vol. 3. consil. 17. n. 34.* Ex quibus omnibus satis superque patere videtur, quod hocce in casu non debitori, qui lubens volens pecuniam levem procurandi sui commodi causa mutuatus est, & proinde renunciando fortassis beneficiu juris tale pactum inivit, sed creditori potius, qui tempore abrogati abusus monetarum, & reductis iisdem ad longè minorem valorem, recipiendo pecuniam creditam secundum valorem temporis contractus immodicè læderetur, observando istiusmodi pactum, subveniẽdum, debitoriq; solutio secundum valorem temporis solutionis injungenda sit.

Rationes decidendi.

17 Verum† prædictis dubitandi rationibus & quidem plausibilibus non obstantibus, debitorem, qui tempore summi abusus monetarum, certam summam pecuniæ genericam seu imaginariam vel in vilioribus monetis tum temporis currentibus, vel in probis quidem, sed in immodico valore, puta thalerum Imperialem ad quinq; florenos accepit, & insuper mediante pacto sese obligavit, summam debitam in justis & probis monetis tempore solutionis currentibus, secundum valorem istius temporis creditori suo reddere, debitum istud tempore solutionis monetis ad longè minorem & justum valorem, puta thaleri Imperialis valore ad sesquiflorenũ reducto, omnibusque minoribus monetis deterioratis, abrogatis in tam exiguo valore reddere & solvere non teneri, præter alios in effectu statuere videntur, ipsemet *Carol. Molina in tract. de usur. & fructib. num. 707. versic. Hac enim est vera. Anton. Faber de variis numor. debitor. solut. cap. 6. §. non igitur cogendus &c. Cardin. Tusch. commun. conclus. lit. M. conclus. 349. num. 14. Bald. consil 499. in fin. Rubeus consil. 17. num. 2.* Ex recentioribus verò eandem sententiam tuentur *Additionat. ad tres quæstion. monetarias Spiræ anno 1623. editas §. ex qua decisione casus controversus, &c. versic. ad quod sanè multi hoc tempore non attendunt &c. Henric. Petreus in responso suo in nundinis autumnalibus anno 1623. cum relatione super controversia monetaria Spiræ edita, Authores trium responsorum Germanicorum Augustæ Vindelicorum in iisdem nundinis autumnalibus editorum Philipp. Baumgartn. junior* in seinem rechtlichen Bedencken vber die frag: Ob ein Glaubiger / so *anno 1622.* vnd *1623.* leichte oder zum höchsten erstzgerte Müntz außgeliehen / die Bezahlung in guter Müntz vnd abgesetztem valor einzufordern daran befügt seye. *Anno 1624. Augustæ Vindelicorum edita.* Pro qua opinione confirmanda.

1. Ratio decidendi.

Primò † facit, quod non solum secundum eos Dd. qui statuunt mutata bonitate monetarum extrinseca, intra tempus contractus & tempus solutionis numorum debitorũ solutionem secundum valorem temporis cõtractus expediendam esse, sed etiam secundum eos Dd. 18

qui

qui pro regula tradunt, quod mutata extrinseca monetæ bonitate intra tempus contractus & tempus solutionis in solvendo debito, valor numorum secundum tempus solutionis attendendus sit, exemplo aliarum juris regularum, quarum nulla tam firma esse dicitur, quin patiatur aliquam exceptionem, *l. in toto*, 80, *l. omnis definitio*, 202. *ff. de Reg. Iur.* hæc etiam ipsorum regula, de facienda numorum debitorum solutione secundū valorem temporis contractus, aliquot admittat mitationes evidentes & admodum notabiles.

19 Et primo † quidem uti creditor pecuniam à debitore oblatam secundùm valorem temporis solutionis non tenetur accipere, si ex solutione magnū damnum passurus sit, *l. creditorem*, 99. *ff. de solution. & liberat. Coler. de process. executiv. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 9. *Zanger. de exception. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 164. *Simon. Pistor. consil.* 27. *n.* 36. *vol.* 2. ita pariter etiam debitor solutionem in alia pecunia tempore solutionis currente proba & in justo valore, pro accepta pecunia deteriorata, aut proba quidem sed in immodico valore, solutionem facere non tenetur, si ex ea re magnum aliquod detrimentum passurus sit, eo quòd contractus claudicare non oporteat, *argumento l.* 1. *ff. de rescind. vendition. l. Iulianus*, 13. §. *si quis à pupillo*, 29. *ff. de action. empt. & vendit. Pruckm. consil.* 20. *num.* 4. *vol.* 1. adeoque inter debitorem & creditorem ex natura correlativorum eandem oporteat esse rationem, *argumento l. fin. C. de indict. viduit. tollend. Bald. in l. fin. num.* 23. *& ibid. etiam Alberic. de Rosat. num.* 13. *Cyn. num.* 14. *& n.* 22. *C. de edict. Div. Hadrian. tollend. Wilhelm. Antonii de rescript. morat. conclus.* 58. *num.* 32.

Quod † autem creditor, qui pro credita pecunia proba & in justo & minori valore tempore abusus monetarum, pecuniam improbam aut probam in maximo valore acciperet, & vicissim debitor, qui tempore abusus monetarum à creditore monetam deterioratam vel probam quidem sed in injusto & immodico valore, puta thalerum Imperialem ad 5. florenos accepit, summam creditam autem tempore solutionis in proba moneta & minori & justo valore reducto, puta thalerum imperialem ad sesquiflorenum solvere teneretur, ea ratione maximum damnum sentiat, in propatulo est, & ejus creditoris, qui thalerum Imperialem ad sesquiflorenum credit, & ad quinque florenos recipit, & vicissim debitoris, qui thalerum Imperialem ad quinque florenos à creditore accepit, & eundem tempore solutionis ad sesquiflorenum reddere tenetur, patrimonium multum diminui, talem debitorem vel creditorem respectivè ultra duas tertias argenti partes, quas in suo patrimonio propter thaleros Imperiales habuerunt, per istas solutiones defraudari, tam jure nostro quàm per manifestam etiam experientiam pluśquam manifestum est, *l. damnum*, 3. *ff. de damn. infect. Simon Pistor. d. consil.* 27. *num.* 50. *vol.* 2. Qua de causa vel ex ipsiusmet justitiæ naturalis quibuslibet hominum cordibus inscriptæ dictamine, hujusmodi debitor, qui tempore abusus monetarum thalerum Imperialem ad quinq; florenos accepit, non adstringi poterit, eundem ad sesquiflorenum in solutione summæ debitæ tempore abrogati abusus monetarum creditori suo reddere, *l. scire oportet.* 20

13. §. *si enim. 7. ibi: cujus fidem firmare sufficit ex ipsa naturali justitia, ff. de excusation. tutor. Simon. Pist. d. consil. 27 num. 46. versic. hancq; vol. 2.*

2. Ratio decidendi.

21 Deinde † sententia hæc etiam probatur ex eo, quod tempore tanti monetarum abusus, nulla certa perpetua & uniformis, sed temporalis tantum, & propter summam necessitatem & calamitates ad breve tempus tolerata solùm fuerit numorum æstimatio, qua monetarum extrinseci valoris immodica & incerta auctione, uti omnes rectè sentientes conquesti sunt, & adhuc conqueruntur, contractuum & negotiationum confusio, caritas omnium mercium, quælibet Reipublicæ damna, variæque molestiæ tribunalium & judiciorū introducta sunt, quibus casibus propter incertum, temporalem, instabilem & non uniformem seu non perpetuum numorum æstimationem secundùm quoslibet Dd. etiam eos, qui alias circa solutionem debiti, valorem temporis solutionis inspiciendum tradunt, in solvenda seu reddenda pecunia credita, propter deficientem certitudinem valoris pecuniæ, tempus contractus seu valor ejusdē secundùm jus gentium, ut nimirum creditor tantundem quantū credidit, nec plus nec minus recipiat, *l. cum quid. 3. in fin. ff. de reb. credit. & l. in perpetuum, 61. ff. de solution. & liberation.* inspicitur, & proinde debitor, qui in tam immodico valore summam debitam accepit, eandem solutionis tempore in justo & longe minori valore reddere non tenetur, *argumento l. 1. in princ. ibi: publica & perpetua æstimatio, ff. de contrah. empt. l. numis depositis, 3. ibi: cum certa sit numorum æstimatio, ff. de in lit. jurand. l. 1. ff. de condiction. tritic. junct. l. pretia rerum, 63. §. ult. ibi: non ex momentis temporum, nec ex ea, quæ rarò accidat, caritate pretia rerum constituuntur, ff. ad L. Falcid. Panormitan. in cap. quando 18. extr. de jurejur. column. penult. Covarruv. de veter. numism. collation. cap. 7. §. 1. versic. sexta conclusio. Carol. Molin. in tract. de usur. & fruct. q. 93. n. 23. Alb. Brun. de augm. & diminut. monet. præsupposit. 2. declar. 14.*

3. Ratio decidendi.

Atque † idipsum pro decidendi ratione tertia tanto magis, si bonitas monetæ extrinseca seu valor ejusdem ex avaritia principis fraude mercatorum, numulariorum, Kiperorum, aliorumque falsariorum & corruptorum monetæ injustè & immodicè auctus vel diminutus fuerir, tum enim itidem propter defectum justi & perpetui monetæ valoris seu justæ & perpetuæ mensuræ extrinsecæ monetæ bonitatis non tempus solutionis, sed tempus contractus, quantum videlicet debitor acceperit, inspici oportet, & injustus ille valor attenditur, *argumento l. 1. §. meritò, 10. & §. si quis à principe, 16. ff. ne quid in loc. public. vel itin. fiat. l. nec avus. 4. C. de emancipat. liberor. cap. ex tuarum, 5. ext. de authorit. & usu pall. Iason in l. quòd te mihi, 5. nu. 16. ff. de reb. credit. Laudens. de monet. num. 13. & num. 14. Iohann. Aquil. de monetar. potestat. part. 2. conclus. 2. Rener. Budell. de re numar. lib. 2. cap. 17. num. 6. 7. & 8. And. Kohl exercitat. legal. cap. 19. limitat. 6. num. 34. Menoch. consil. 49. n. 38. vol. 1.* siquidem in dijudicandâ læsione tempus contractus inspiciendum est, nec ea, quæ postea emergit, in considerationem habenda, *l. verū. §. sciendum, ff. de minor. l. si voluntate. in fin. l. ad rescindendum, C. de rescind. vendit, l. 3. §. Divi. ff. de jur.* 22

jur. fisc. l. injuria, 21. ff. de injur. Bartholom. Kellenbentz in tract. de renunciat. success. quæst. 42. num. 58.

4. *Ratio decidendi.*

23 Præcipuè † verò & pro Quarta decidendi ratione hujusmodi debitorem, qui depravatam pecuniam, aut probam quidem, sed in immódico valore tempore contractus accepit, creditori suo tempore solutionis summam debitam, in reducto & longè minori valore reddere non teneri, etiam ex eo patet, quod istiusmodi monetarũ abusus, & immodica grossarum & probarum monetarum valor seu æstimatio, ex prohibita minutarum monetarum deterioratione & multiplicatione provenerit, quo in casu circa solutionem & redditionem numorum debitorum, itidem non tempus solutionis, sed tempus contractus inspicitur, *Purpur. in l. cum quid, 3. num. 169. & seqq. ff. de reb. credit. Alber. Brun. de augment. & diminut. monet. limitat. 8. num. 6. vers. tertio quæro, &c. circa fin. Anton. Tessaur. decis. 174. num. 6. vers. ratio est, Carol. Molin. de usur. & fructib. num. 686. vers. & secum, item num. 707. vers. hæc enim est vera, Anton. Faber de var. numor. debitor. solution. cap. 6. item cap. 16. vers. tertia quod aureorum valor, item c. 22. vers. quæ cum ita, Sola de pact. inter empt. & vendit. composit. num. 77. Surd. cons. 392. num. 15. vers. ast verè, & cons. 478. nu. 6. & 7. Cephal. cons. 37. num. 10. Menoch. consil. 49. num. 3. Grat. cons. 12. num. 53. & cons. 13. num. 39.*

5. *Ratio decidendi.*

24 Quando enim † & pro decidendi ratione Quinta monetarum grossarum valor propter multiplicationem & deteriorationem minorum monetarum immodicè & injustè augetur, tunc perinde est, ac si ipsamet intrinseca bonitas grossarum monetarum, quæ per minores æstimantur, mutata & debilitata fuisset, quo casu & monetarum bonitate intrinseca intra tempus contractus, & tempus solutionis mutatâ, tempus contractus indubitatò inspicitur, & uti creditori id quod tempore solutionis monetæ solutæ debiliori, quoad bonitatem intrinsecã abest, à debitore supplendum est; ita vicissim debitori à soluta moneta fortiori deducere licet idipsum, quod respectu acceptæ debilioris monetæ, tempore cõtractus in solutã meliori & fortiori superest, *argum. cap. olim, 20. & cap. cum Canonicis, 26. ext. de censib. l. 1. C. de veter. numism. potest. lib. 11. l. 1. & l. 2. C. de ponderator lib. 11. junct. l. cum quid, & ibi Bartol. num. 17. Alexand. n. 16. Socin. num. 40. ff. de reb. cred. Boër. decis. 327. num. 13. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. partic. seu declarat. 6. num. 5. & seqq. Anton. Tessaur. decis. 174. in princ. Anton. Faber de variis numor. debitor. solut. cap. 1. & cap. 7. Rener. Budel. de re nummar. lib. 2. cap. 2. num. 27. Andr. Kobl exercit. legal. cap. 18. num. 1. & seqq.*

6. *Ratio decidendi*

Insuper † & pro decidendi ratione Sexta, hujusmodi pactum de solvenda summa debita in debilioribus monetis, au probis quidem, sed in injusto & immodico valore acceptã in probis monetis, tempore solutionis ad longè minorem & justum valorem reductis, etiam hanc ob causam non videtur consistere posse, quod videlicet ista ratione debitor, qui thalerum Imperialem ad quinq; florenos tempore contractus accepit, eundem nunc tempore solutionis ad ses- 25

qui florenum expendere tenetur, atq; ita non ultra dimidium solùm, sed etiam triplum læderetur. Cujusmodi lucra immodica & turpia omnibus legibus improbantur *can. quicunq;, 9. caus. 14. quæst. 4.* semper in restitutionem veniunt, *Bald. in l. si venditor, §. solet, ff. de act. vel hæred. vendit.* & vel ab hæredibus etiam extorquentur, *l. in hæredem, 5. ff. de calumniator.* adeoque ab iisdem omnes boni & graves viri semper abhorruerunt, *Cephal. cons. 25. num. 8. vol. 1. Frideric. Pruckman. cons. 19. num. 51. volum. 1.* veluti etiam immodicè læsis non solùm jure ordinario, beneficio nimirum *legis 2. C. de rescind. vendit.* seu actione ex ipsomet contractu descendente subveniri solet, *d. l. 2. & ibi Dd. communiter, C. de rescind. vendit.* sed iisdem etiam jure extraordinario beneficio nimirum restitionis in integrum succurritur, *l. 1. ff. ex quib. caus. major. in integ. restitut. l. in contractibus, 3. ubi etiam gloss. & Stichard. num. 1. C. quib. ex caus. major. in integr.* imò quandoque deficientibus omnibus aliis remediis juris tam ordinariis, quàm extraordinariis, tam immodicè læsis etiam officio judicis ex sola æquitate subvenitur, *Vant. de nullit. sub tit. quis dicere possit, in fin. Menoch. lib. 4. præsumpt. 141. num. 44. Guid. Papa quæst. 292. num. 1. & quæst. 362. n. 2. & utrobiq; addit. Bartholom. Kellenbentz in tr. de renunc. succession. quæst. 23. num. 21. Decian. resp. 35. num. 8. vol. 4. Francisc. de Caldas ad l. si creditor habens, verb. definit. implorandum, tit. 1. C. de restitut. in integr.*

7. *Ratio decidendi.*

26 Præterea & † pro decidendi ratione Septima hujusmodi pactum non consistit, eò quòd per tam immodicam læsionem debitoris, & immensum lucrũ creditoris, dum ultra sortem creditam ea ratione & in effectu triplo plus recipit, quàm credidit, hujusmodi pactio usurariam pravitatem sapere videatur, quales contractus & conventiones usurariæ omni jure illicitæ, & sub pœna etiam infamiæ prohibitæ sunt, *l. improbum, 20. C. ex quib. caus. infam. irroget. can. infames, 2. §. porrò, fin. caus. 3. quæst. 7. Recess. Imper. de Anno* 1500. 1539. *& constitut. polit. de Anno* 1548. *sub tit.* von Wucherlichen Contracten / *And. Gail. lib. 2. observ. 4. num. 1. Marquard. Freher. de fam. & infam. lib. 3. cap. 20. nu. 1. & 2. Petr. Denais. de jur. Cameral. in verb. contractus usurarii & illiciti, num. 1. 2. 3. & seqq.* usque adeò, ut pactum usurarium contractui bonæ fidei, vel stricti juris alias valido & licito adjectum, ipsummet contractum quidem non vitiet, & inutilem reddat, sed tamẽ idipsum prorsus nullum & invalidum sit, & pro non adjecto habeatur, *cap. utile, 37. de reg. jur. in sexto, junct. l. pecunia, 9. l. usuras, 20. & l. placuit, 29. ff. de usur. d. cum alleg. is, 15. l. eos, 26. §. si quis autem, 2. C. eod. tit. Andr. Gail. d. tit. 2. observ. 4. n. 6. 7. 8. & 9.*

8. *Ratio decidendi.*

Quinetiam † & pro ratione decidendi Octava hujusmodi minorum monetarum deterioratio & multiplicatio, & ex ea subsecuta grossarum monetarum immodica æstimatio, ipsimet etiam juri gentium, quod immutabile & omniũ hominum cordibus inscriptum esse censetur, *Epistola ad Roman. cap. 1. vers. 17. & seqq. junct. §. sed naturalia, 11. & ibi Dd. communiter Instit. de jur. Natur. Gent. & Civil.* è diametro adversatur, eò quòd valor numorum exemplo ipsorummet commerciorum, quę omnibus gentibus communia sunt, non à pri-

à privato cujuslibet arbitrio hac vel illa Monarchia, hoc Principe vel populo, sed à publica & perpetua omnium gentium impositione ex qualitate & pondere materiæ numorum æstimata, & ubivis locorum expendibili dependeat, *Genes. cap.23. vers.16. ibi: quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ, d.l.1. in princ. ibi: publica & perpetua æstimatio, ff. de contrah. empt. junct. l. ideò, 3. ff. de eo, quod cert. loc. Aristoteles lib. 1. politicor. cap.6. & lib.5. Ethicor, cap.5.* Carol. Molin. *in tract. de usur. & fruct. lib. quæst. 100. num. 797. 788. & 799.* ubi ait: Sensus etiam communis ostendit, necessariam esse aliquã materiæ bonitatem intrinsecam correspondentem, alioquin non posset esse usui ubique locorum, contra *l. ideò, 3. ff. de eo quod cert. loc.* imò nullibi nulloque modo fungi posset munere pecuniæ publicæ, &c. Bodin. *de Republ. lib. 6. cap.3. num. 684. pag. mihi* 1070. ubi ait, huic gentium juri derogari non debet, nec Princeps sine supremi sui nominis & famæ jactura, jus illud populorum omniũ commune perrumpere potest, Rener. Budel. *de re numar. lib.1. cap.6. num.2. & seqq.* ubi ex Budæo refert, nisi argentum infectum, & numisma parili ratione congruerêt, commercia hominum expediri non possent. Sixtin. *de regal. lib.2. cap.7. nu. 20. 21. 28. & seqq.* Anton. Faber. *de variis numor. debitor. solut. cap.1. hinc inde, inprimis pag. mihi* 21. ubi ait: Nam & de numo in genere Aristoteles eo loco tractat, nec tamen quisquam dixerit, posse unius Provinciæ Regem toto terrarum orbe numorum usum tollere aut immutare, imò nec apud suos posset absque gentium omnium consensu, quin offenderet in legem publicam & fidem publicam, si quid ex ea re damni & incommodi, cæteræ gentes paterentur, &c.

9. Ratio decidendi.

28 Qua † de causa, & pro decidendi ratione Nona, cùm in numis istis minoribus & deterioratis, aut probis etiam in immodico isto valore tempore abusus monetarũ debitori in certa summa imaginaria seu collectiva creditis tempore contractus, non plus in effectu & revera secundùm jus gentium publicum fuerit, quàm probæ materiæ, secundùm publicam & perpetuam omnium gentiũ communem & justam æstimationem, in iisdem contentum fuit, consequens utique est, istiusmodi vilioribus & deterioratis minoribus monetis, nunc abrogatis, majoribus autem & probis ad longè minorem & justum valorẽ nunc reductis, debitorem pacto illo non obstante creditori suo in hodiernis monetis non plus præstare teneri, quàm tempore contractus, secundùm intrinsecam numorum bonitatem, ejusdemq; justam & perpetuam æstimationem, injusto illius temporis valore non attento, à creditore suo acceperit, tum secundùm naturalem etiam justitiam & rationem, quæ judicem non minùs movere debet, quàm lex civilis in corpore juris, *arg. l. cum ratio, 7. ff. de bon. damn. Iason in l. quoties, C. de rei vindic. Rimnald. jun. cons. 67. num.15. Hartman. Pistor. lib.2. quæst. pract. quæst 32. num.30. Virgil. Pingizer quæst. Saxon. 49. num.37. Nicol. Eberhar. jun. cons. 3. num. 32. volum. 1.* & ad decisiones causarum meritò allegatur, *Barthol. Musc. de success. convent. & anom. class.1. memb. 2. conclus.5. lit.a, nu.172. ad fin. Rimnald. jun. cons. 749. num. 25.* tum verò etiam secundùm prægnantes civiles rationes, siquidem † & in specie in contractu mutui ju- 29
re no-

re nostro cautum est, quod mutuum ulterius, quàm reverà numeratum est, contrahi non possit, & pactum mutuo ultra tantum, quantum numeratum est, adjectum eatenus non consistat, sed invalidum sit, *l. si tibi decem, 17. in princ. ff. de pact.* ubi Paulus Jurisconsultus in hunc modum respondet: Si tibi decem dem, & paciscar, ut mihi viginti debeantur, non nascitur obligatio ultra decem, re enim non potest obligatio contrahi, nisi quatenus datum sit, *juncta l. rogasti, 11. §. si tibi, 1. in fin. ibi: sed si dedero, ut undecim debeas, putat Proculus amplius, quàm decem condici non posse, ff. de reb. cred. l. cum ultra, 9. in princ. ibi: cum ultra hoc, quod accepit, re obligari neminem posse constet, C. de non numer. pecun. Anton. Faber de variis numor. debitor. solution. cap. 5. pag. mihi 102. item cap. 7. in fin. & cap. 8. pag. 164.* Ludov. Molin. *in tract. de just. & jur. disp. 312. num. 7.* ubi ait: Si ex mutuo aut ex quocunque alio contractu, vel titulo debitus sit, modus tritici, & postea mensuræ varientur, sive quoad incrementum, sive quoad detrimentum solvendus est, modius tritici illius quantitatis, cujus erat, antequam mensura acciperet variationem, nec major, nec minor quantitas, quàm quæ ante eam variationem debebatur, solvi debet. Ita pariter magis monetæ quantitas & qualitas, quæ florenum facit, quàm ipse florenus, tanquam mensura, qua quasi pecunia mensuratur, inspici debet.

10. *Ratio decidendi.*

30 Quinetiam † & pro ratione decidendi Decima hujusmodi pactum, de reddenda summa credita, quam creditor tempore summi abusus monetarum in vilioribus & debilioribus numis, aut in probis quidem, sed in immodico & injusto valore accepit, non consistit, eò quod tempore contractus homines simpliciores, cumprimis debitor pecunia indigens de tam insolita & immodica mutatione pecuniæ omnimoda, scilicet debilitatarum minutarum monetarum abrogatione, & majorum probarum monetarum valoris subitanea, improvisa & immodica diminutione ultra triplum etiam tempore contractus vix cogitare potuerunt, nemo autem suum jactare præsumatur, *l. cum de indebito, 25. ff. de probationib. Menoch. lib. 4. præsumpt. 146. num. 13. Ronchegal. in l. 3. vers. ult. num. 52. ff. de duob. reis, Wilhelm. Antonii de rescript. morat. conclus. 5. num. 151.* & consensus tantum consentientium & intelligentium sit, *§. furiosus, 8. & § pupillus, 9. Institut. de inutil. stipul. l. 2. ff. de judic. l. 2. C. de contrah. empt.* Ac proinde pactio illa contrahentium ad hunc insolitum & inopinatum casum mutatæ pecuniæ, de quo tempore contractus nihil sciverunt, accommodari non poterit, *argum. l. cum Aquiliana, 5. ff. de transact. l. sed hoc ita, 20. ff. de aq. pluv. arcen.* adeoq; actus agentium non extenduntur ultra eorum intentionem, *d. l. cum Aquiliana, 5. ff. de transact. l. tres fratres, 35. ff. de pact. Vultej. vol. 2. Consil. Marpurgens. respons. 29. num. 158. Sebast. Medic. in tractat. de legib. part. 2. quæst. 10. n. 2. Gail. obs. 106. num. 5. & obs. 139. n. 3. lib. 2.*

11. *Ratio decidendi.*

Quamobrem † & pro decidendi ratione Undecima uti alias etiam, ita hocce inprimis casu subitaneæ & insolitæ 31
mutationis monetæ, pactio hæc de solvendis numis debitis, cum hac modera-

tione

tione & conditione accipienda eſt, ſi nimirum valor pecuniæ in eodem, aut non abſimili ſtatu ejuſdem permanſerit, ad hunc verò caſum inſolitum, ubi pecuniæ groſſæ valor (minoribus vilioribus monetis currentibus prorſus abrogatis) ultra triplum etiam diminutus eſt, extendi non poterit, eò quòd omnes actus, diſpoſitiones, promiſſiones, privilegia & Statuta ſalva hac clauſula: Rebus ſic ſtantibus, intelligi ſoleant, *l. cum quis, 38. ff. de ſolut. & liber l. quod Servius, 8. ff. de condict. ob cauſ. l. quaro, 54. §. inter locatorem, 1. ff. locat. Tiraquell. in tract. ad l. ſi unquam, in præfat. nu. 167. C. de donat. Cœpoll. de ſervitut. cap. 50. Boër. deciſ. 204. num. 21. Roman. conſ. 23. nu. 22. Andr. Alciat. reſponſ. 137. nu. 4. Iacob. Aleman. in palæſtrâ conſult. 8. quæſt. princip. 2. rat. decid. 7. pag. 609. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom. 2. lit. D. concluſ. 502. Barthol. Muſcul. de ſucceſſ. convent. & anom. claſſ. 1. memb. 2. concluſ. 5. lit. a. num.* 183. uſque adeò, ut propter cauſam inopinatò ſupervenientem vigore hujus clauſulæ: Rebus ſic ſtantibus, vel à privatâ etiam promiſſione recedere liceat, *arg. cap. etſi Chriſtus, 26. ext. de jurejur. Cacheran. deciſ. 91. n. 14. 15. & 16.*

12. Ratio decidendi.

45 Nona † dubitandi ratio simpliciter negando refellitur. Ut maximè enim usus fortè aut alter inprimis initio abusus monetarū, floreno leviori tantum merces comparavit, atq; floreno graviori seu bono, ut vulgò appellatur, attamen illud à paucis tātum nec diu factum, sed fraus ista summa & immodica læsio statim deprehensa est, & vel simpliciores etiam animadverterunt. quòd istiusmodi valor monetarum probarum immodicus provisionalis tantùm & temporalis per conniventiā superiorum, propter clades bellicas summasque nostrorum temporum calamitates toleratus tantum fuerit, in futurum autem & perpetuum propter invectam summam omnium mercium caritatem & confusionem commerciorum & damna totius Reipublicæ consistere nequeat, quales actus temporales, difformes & singulares jura nostra non attendunt, *l. jura constitui. 3. l. seq. 4. l. 5. & l. 6. ff. de LL.* multò minus verò certum & legitimum monetarum valorem constituunt, *d. l. 1. in princ. ibi: publica & perpetua æstimatio, ff. de contrah. empt. l. numis. 3. ff. de in lit. jurand. l. 1. ff. de condiction. triticiar.* Indeque planè ineptire eos, qui sine consideratione monetæ illius, in quā florenus & similis quantitas determinari solet, ajunt, florenum esse florenum, uti præclarè tradit, latiusque persequitur Dn. Theodorus Reinkingk Hassiæ superioris Procancellarius famigeratissimus *in tractat. suo practicabili de retract. consanguinit. quæst. 6. n. 245. ad fin. & nu. seqq.*

10. Resolut. ration. dubit.

Ita † pariter etiam decima dubitandi ratio refellitur, quod nimirum regulæ illæ secundum naturam est, ut incommoda eum sequantur, quem sequuntur 46

com-

commoda, & vicissim; item quòd incertitudo eventus omnem læsionem excludat, tum demum procedant, si utriusque contrahentis par sit ratio, & unus æquè atq; alter lucrari aut lædi possit. Alioquin si diversa contrahentium ratio sit, & alterum eorum commoda solùm, seu magna ex parte alterum incommodum solùm, seu ut plurimum sequantur, ut hocce in casu usuvenit, & debitorem, si pro accepta levi pecunia sortem solvere teneretur, immodicè prorsus lædi oporteret, tunc regula ista non attenditur, sed immodicæ læsionis habetur ratio, eademq; vel magis etiam in re futura & acquirenda, utpote cujus futurum eventum non facile providere aut præsagire possimus, quàm in re præsenti, cujus cõditionem non ignoramus, & proinde juri nostro renunciare possumus, attenditur. *Francisc. Hotomann. Illustr. quæst.* 14. *versic. sextum est, Ernest. Cothmann. vol.* 1. *cons* 53. *nu.* 97. 98. *& seqq.*

11. *Resolut. ration. dubit.*

47 Pari † ratione etiam Undecima dubitandi ratio negando potissimum refellitur. Ut maximè enim fortassis unus atque alter creditor cumprimis sub initium summi istius monetarum abusus florenos aut thaleros usuales, aliamve summam genericam & collectivam ex veteri contractu, ubi monetarum valor longè minor & justus adhuc fuit, debitam, à debitore suo receperit, attamen pleriq. alii creditores animadversa istiusmodi fraude, solutiones istas pecuniarum nimirum ex veteribus contractibus debitarum in valore illo immodico, injusto & longè maximo rectè & de jure recusarunt, & proinde creditores isti, qui summam ex veteri contractu debitam, in immodico isto grossarum monetarum valore spontaneo motu sine ulla reservatione receperunt, & exinde damnum incurrerunt, illud ipsum non aliis, aut dispositioni juris, quod vigilantibus scriptum dicitur, suæ facilitati imputare debent, cum scienti & consentienti non fiat injuria, *cap. scienti.* 27. *de reg. jur. in sexto, l. cum donationis.* 34. *C. de transact. l. quod autem.* 6. §. *præterea.* 9. *ff. quæ in fraud. creditor. Mynsing. vol.* 2. *respons.* 4. *decad.* 14. *num.* 101. *Vultej. consilior. Marpurgens. vol.* 1. *consil.* 24. *num.* 35. *& vol.* 3. *cons.* 24. *num.* 30. *Wilhelm. Antonii de rescript. morat. conclus.* 45. *num.* 5. & damnum quod quisque sua culpa sentit, sibi, non aliis imputare debet, *cap. damnum.* 86. *de reg. jur. in sexto, Zoannett. de necess. defens. part.* 3. *nu.* 114. *& seqq. Cravet. consil.* 585. *n.* 4. *& consil.* 900. *num.* 28. *Pruckman. consil.* 46. *num.* 18. *vol.* 1. Quando igitur plerique alii creditores tempore summi istiusmodi abusus monetarum pecunias aliis tum temporis in maximo & immodico valore creditas, in minori & justo valore receperint, aut in cista aliquandiu custodiverint, vel etiam easdem ex mercibus longè carius isto abusus monetarum tempore aliis vendiderunt, & sui cõmodi causa eo inprimis tempore, ubi grossarum monetarum valor immodicus & longè major fuit, expendere, adeoq; facile scite & conjicere potuerit, istiusmodi monetarum abusum necessariò tollendum & abrogatis deterioratis minoribus monetis, grossas monetas necessariò ad legitimũ iterum & minorem valorem redigendas esse, è contrariò verò plerique debitores, qui tempore abusus monetarum pecunias in

florenorum creditori ejusdem bonitatis & qualitatis florenos tenetur reddere; ita pariter debitor, qui tempore contractus summam leviorum & deteriorum florenorum in immodico monetarum probarũ valore aut in monetis minutis deterioribus nunc abrogatis accepit, creditori tantundem etiam reddere, & intrinsecam bonitatem meliorũ florenorum, à summa debita florenorum leviorum deducere potest, *Bartol. in l. Paulus. n. 64. de solution. & liberat. & in l. cum quid. 3. num. 17. & ibidem etiam Alexand. ff. de reb. credit. Casp. Anton. Tessaur. in tract. de augm. monet. part. 1. num. 27. & 44. & decision. Pedemontan. 174. n. 6. versic, sed adverte Anton. Fab. de variis numor. debitor. solut. c. 9. vers. postremò hoc unum requiro &c. Alciat. consil. 155. in fin. ubi ait, si obligatio consistat in libris & florenis, quòd libræ & floreni solvi debeant illius bonitatis, cujus erant floreni tempore contractus, item consil. 586. in princ. Cephal. consil. 31. n. 12. versic. non est verum &c.* Johan. Petr. Surd. *cons. 120. tom. 2. & consil. 368. num. 16.* ubi hunc in modum scribit, si æstimatio grossæ pecuniæ & minutæ bonitas intrinseca est mutata, licet non sit mutatus valor, tum si ex decem florenis mihi debitis, poteram tempore contractus habere tres aureos, nunc autem plures floreni requiruntur, teneberis mihi solvere tot florenos, cùm quibus possim emere tres aureos, quemadmodum potuissem tempore cõtractus: cùm verò aurei valor crevit, absque vitio monetæ inferioris, tunc interesse non considerabile esse putat.

9. *Resolut. ration. dubit.*

45 Nona † dubitandi ratio simpliciter negando refellitur. Ut maximè enim usus fortè aut alter inprimis initio abusus monetarũ, floreno leviori tantum mercis comparavit, atq; floreno graviori seu bono, ut vulgò appellatur, attamen illud à paucis tãtum nec diu factum, sed fraus ista summa & immodica læsio statim deprehensa est, & vel simpliciores etiam animadverterunt. quòd istiusmodi valor monetarum probarum immodicus provisionalis tantùm & temporalis per conniventiã superiorum, propter clades bellicas summasque nostrorum temporum calamitates toleratus tantum fuerit, in futurum autem & perpetuum propter invectam summam omnium mercium caritatem & confusionem commerciorum & damna totius Reipublicæ consistere nequeat, quales actus temporales, difformes & singulares jura nostra non attendunt, *l. jura constitui. 3. l. seq. 4. l. 5. & l. 6. ff. de LL.* multò minus verò certum & legitimum monetarum valorem constituunt, *d. l. 1. in princ. ibi: publica & perpetua æstimatio, ff. de contrah. empt. l. numis. 3. ff. de in lit. jurand. l. 1. ff. de condiction. triticiar.* Indeque planè ineptire eos, qui sine consideratione monetæ illius, in quã florenus & similis quantitas determinari solet, ajunt, florenum esse florenum, uti præclarè tradit, latiusque persequitur Dn. Theodorus Reinkingk Hassiæ superioris Procancellarius famigeratissimus *in tractat. suo practicabili de retract. consanguinit. quæst. 6. n. 245. ad fin. & nu. seqq.*

10. *Resolut. ration. dubit.*

Ita † pariter etiam decima dubitandi ratio refellitur, quod nimirum regulæ illæ secundum naturam est, ut incommoda eum sequantur, quem sequuntur 46

com-

commoda, & vicissim; item quòd incertitudo eventus omnem læsionem excludat, tum demum procedant, si utriusque contrahentis par sit ratio, & unus æquè atq; alter lucrari aut lædi possit. Alioquin si diversa contrahentium ratio sit, & alterum eorum commoda solùm, seu magna ex parte alterum incommodum solùm, seu ut plurimum sequantur, ut hocce in casu usuvenit, & debitorem, si pro accepta levi pecunia sortem solvere teneretur, immodicè prorsus lædi oporteret, tunc regula ista non attenditur, sed immodicæ læsionis habetur ratio, eademq; vel magis etiam in re futura & acquirenda, utpote cujus futurum eventum non facile providere aut præsagire possimus, quàm in re præsenti, cujus cōditionem non ignoramus, & proinde juri nostro renunciare possumus, attenditur. *Francisc. Hotomann. Illustr. quæst. 14. versic. sextum est, Ernest. Cothmann. vol. 1. cons. 53. nu. 97. 98. & seqq.*

11. *Resolut. ration. dubit.*

47 Pari † ratione etiam Undecima dubitandi ratio negando potissimum refellitur. Ut maximè enim fortassis unus atque alter creditor cumprimis sub initium summi istius monetarum abusus florenos aut thaleros usuales, aliamve summam genericam & collectivam ex veteri contractu, ubi monetarum valor longè minor & justus adhuc fuit, debitam, à debitore suo receperit, attamen pleriq. alii creditores animadversa istiusmodi fraude, solutiones istas pecuniarum nimirum ex veteribus contractibus debitarum in valore illo immodico, injusto & longè maximo rectè & de jure recusarunt, & proinde creditores isti, qui summam ex veteri contractu debitam, in immodico isto grossarum monetarum valore spontaneo motu sine ulla reservatione receperunt, & exinde damnum incurrerunt, illud ipsum non aliis, aut dispositioni juris, quod vigilantibus scriptum dicitur, suæ facilitati imputare debent, cum scienti & consentienti non fiat injuria, *cap. scienti. 27. de reg. jur. in sexto, l. cum donationis. 33. C. de transact. l. quod autem. 6. §. præterea. 9. ff. quæ in fraud. creditor. Mynsing. vol. 2. respons. 4. decad. 14. num. 101. Vultej. consilior. Marpurgens. vol. 1. consil. 24. num. 35. & vol. 3. cons. 24. num. 30. Wilhelm. Antonii de rescript. morat. conclus. 45. num. 5.* & damnum quod quisque sua culpa sentit, sibi, non aliis imputare debet, *cap. damnum. 86. de reg. jur. in sexto, Zoannett. de necess. defens. part. 3. nu. 114. & seqq. Cravet. consil. 585. n. 4. & consil. 900. num. 28. Pruckman. consil. 46. num. 18. vol. 1.* Quando igitur plerique alii creditores tempore summi istiusmodi abusus monetarum pecunias aliis tum temporis in maximo & immodico valore creditas, in minori & justo valore receperint, aut in cista aliquandiu custodiverint, vel etiam easdem ex mercibus longè carius isto abusus monetarum tempore aliis vendiderunt, & sui cōmodi causa eo inprimis tempore, ubi grossarum monetarum valor immodicus & longè major fuit, expendere, adeoq; facile scire & conjicere potuerit, istiusmodi monetarum abusum necessariò tollendum & abrogatis deterioratis minoribus monetis, grossas monetas necessariò ad legitimū iterum & minorem valorem redigendas esse, è contrariò verò plerique debitores, qui tempore abusus monetarum pecunias in

maximo valore à creditoribus suis mutuati sunt, tantundem mercium, pro iisdem non comparare, nec aliis creditoribus suis summas debitas in tam maximo & immodico valore solvere potuerint, utique hujus vel alterius singularis debitoris, seu creditoris prætensum duplex commodum aut incommodum, sed idipsum, quod ut plurimum fit, & juri consentaneum est, considerandum est, *arg. d. l. 3. l. 4. l. 5. ff. de LL.* & creditori, qui summam sibi debitam in maximo & immodico valore expendit, satis factum censebitur, si tantundem, quantum credidit, & non ultra receperit, *§. 1. Instit. quib. mod. toll. obligat. l. Imperatores. 71. ff. de contrah. empt. Anton. Faber de variis numor. debitor. solution. cap. 5. pag. mihi 102.*

12. *Resol. ration. dubitat.*

48 Duodecima † dubitandi ratio resolvitur, quod in contractu mutui non attendatur, unde & ex qua causa creditor pecuniam creditam acceperit, modo dominium ejus in debitorem transtulerit, *l. mutuum damus. 2. §. appellata est. 2. ff. de reb. credit.* nec etiam utrum debitor mutuo accepta pecunia cōmodum vel incommodum senserit, sed quantum ipsi numeratum est, *l. si tibi decem. 17. ff. de pact. l. rogasti. 11. §. 1. ff. de reb. credit.* post factam pecuniæ numerationem, omni ejusdem damno & periculo ad debitorem pertinente, *l. incendium. 11. C. si cert. petat. l. in ratione. 30. §. incerta. 5. ff. ad l. Falcidiam.* ac proinde commodum etiam pecuniæ creditæ debitori rectè applicetur, *l. secundum naturam. 10. ff. de reg. jur.* Quando igitur jam credita pecunia, quasi in vado constitutus in tuto naviget, debitor verò pecuniæ periculum sustinere, eamque una cum pensionibus & interesse creditori, etsi prorsus nihil lucratus fuerit, sed damnum senserit, reddere teneatur, ut omnino societas esse videretur, si creditor cum debitore lucrū pecuniæ præter receptionem sortis & pensionum participare, incommodum verò & periculum ejus recusare & in solum debitorē transferre niteretur, qualia lucra inæqualia & injusta jura nostra prorsus aversantur, neq; eum tolerant, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem annexum facere recusat, *l. unic. § pro secundo. 4. C. de caduc. tollend. l. is qui. 13. §. si quon. 1. ff. commod. l. rerum. 63. ff. pro soc. Thoming. decis. 12. nu. 62. & decis. 27. n. 23. Petr. Faber in l. secundum naturam. sol. pen. ff. de reg. jur.* Wilhelm. Antonii *de rescript. morat, conclus. 51. n. 90. & seq.* ubi subjicit, eum, qui habere carnem vult, non recusare debere os annexum, *argum. l. qui utilia. 5. C. de omni agro des. D. Theodor.* Reinkingk *de retract. consanguin. quæst. 3, nu. 150. & seq.* adeoq; lucrum de alieno sentire invito Domino, bonæ fidei est contrarium, *l. illicitas. 6. ff. de offic. præsid. Panorm. in cap. naviganti. ult. num. 11. extr. de usur. Andr. Gail. lib. 2. observat. 24. num. 3.* Ex quibus omnibus consequitur, quod creditor, qui credita & tradita pecunia debitori, ejusdem dominio sese abdicavit, *§. 1. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. ibidemq; Schneidw. ad rubr. num. 9. l. mutuum damus. 2. §. appellata. 2. ibi: quod de meo tuum fit. & ibi gloss. & Dd. ff. de reb. credit.* debitori etiam commodum pecuniæ istius jam factæ invidere non debeat, cum unicuiq; liceat cōditionem suam deteriorem reddere, *l. 29. & l. si quis in conscribendo. 51. C. de pact. l. pactum. 46. ff. eod. tit.* Wilhelm. *Antonii de rescript. morat. conclus. 45. n. 4.*

45. num. 4. sic etiam sibi vigilare, & conditionem suam meliorem facere liceat, *l. si in meo, 21. ff. de aq. pluv. arcend. l. pupillus, 24. ff. quæ in fraud. creditor. Andr. Gail. lib. 2. observat. 69. num. 27. Schneidw. ad tit. 1. lib. 2. Institut. §. 2. in fin. num. 12.* usque adeò, ut is, qui aliquid lucrari potest, eamq; occasionem omittit, pro ignavo seu stulto habeatur, *argum. l. si voluntate, 8. vers. & quod emptor, C. de rescind. vend. l. 1. § sin autem socius, 2. C. de commun. serv. manumiss. l. si fundum, 16. vers. cum id facere posset, ff. de fund. dotal. l. tutor, 7. §. si post, 3. ff. de administr. & peric. tut. Wilhelm. Antonii de rescript. morator. conclus. 49. n. 154.*

13. *Resol. ration. dubit.*

49 Ad † decimam tertiam & ultimam dubitandi rationem respondetur, quod hæcce mea decisio cum hoc moderamine accipienda sit & procedat, si nimirùm negotium & contractus inter creditorē & debitorē initus in meris terminis contractus mutui & consimilium perstiterit, tum enim secundùm modo tradita, uti periculum pecuniæ creditæ, & debitori traditæ in creditore cesset, ipsiq; etsi vel prorsus amissa fuerit, unà cum pensionibus & interesse à debitore tempore condicto reddenda est, ita pariter etiam omne commodum & lucrum ex illa pecunia, intra tempus contractus & solutionis proveniens, secundùm naturalem & civilem æquitatem ad debitorem pertinet. Alioquin si ultra mutui & contractus re initi causam creditor in favorem debitoris pecuniam aliunde acquirens vendendo fortassis merces suas, aut sibi ex veteri contractu debitam volente & jubente debitori recipiendo, istam pecuniam instanter roganti debitori in isto tum temporis recepto immodico valore crediderit, atque exinde gratificando amico debitori suo in coacervanda pecunia credita damnum senserit, istiusmodi damnum extra causam mutui est, ejusdē ratio habenda & creditori à debitore refundendum est, eò quòd circa damni refusionem etiam levissima culpa in considerationem veniat, *l. in lege, 44. ff. ad L. Aquil. Andr. Gail. lib. 2. observ. 22. num. 2. Christoph. Besold. in terminis respons. monetar. 2. §. ein andere Meynung möchte es vielleicht haben, pag. mihi 51.* Atque idipsum tantò magis, si creditor in instrumento obligationis ad illud ipsum sese adstrinxerit, beneficiis juris renunciaverit, aut juramentum desuper præstiterit, quod ipsi, si citra dispendium æternæ salutis fieri possit, omninò servandum est, *c. cum contingat, 28. & ibi Canonist. ext. de jurejur. & authent. sacramenta puberum, ubi Dd. communiter, C. si advers. vendit. cum simil. apud Iacob. Thoming. consf. 9. n. 4. lib. 1. & decis. 37. nu. 8. & seqq. Ioachim. à Beust ad l. jusjurandum, quod in conventione, 17. ff. de jurejur. Caballin. in tractat. de evict. §. 3. quæst. 18. num. 156. & seq. Fab. Turret. cons. 78. n. 24. & cons. 79. n. 8. lib. 1.*

FINIS QUÆSTIONUM CLASSIS SECUNDÆ, de variata numorum debitorum solutione, ob varietatem obligationum pecuniariarum.

CLASSIS TERTIA, DE MUTATIONE MONETARUM, *ob quam numorum debitorum solutio variari potest.*

QUAESTIO PRIMA, QUOMODO BONITATE

qualiumcunq; numorum extrinseca, intra tempus contractus seu dispositionis & solutionis mutata, solutio expedienda sit: vernacula nostra: **Wann die Müntz innerhalb der Zeit deß Contracts/ vnd dem Zahlungs Termin/ geringschätziger oder gültiger worden / welcher gestalt alsdann die Zahlung geschehen soll?**

SUMMARIA.

1 *Transitio ad secundam classem controversiarum monetariarum.*

2 *Intrinseca monetæ bonitas, vernacula nostra,* Korn vnd Schrot/ Gehalt oder Gewicht *quid sit?*

3 *Extrinseca monetæ bonitas, vernacula nostra;* die Würdigung / Valvation oder Werth derselben/ *quænam sit?*

4 *Valorem monetæ impositium rectè bonitatem ejus extrinsecam appellare cōtra nonnullos Interpretes ostenditur.*

5 *Valor monetarum publicus est, qui lege publica constitutus & receptus.*

6 *Valor monetæ publicus verè talis, justus, legitimus, & certus est.*

7 *Moneta tantum valere debet in massa, quantum valet formata.*

8 *Monetarum valori, arbitrio Principum & superiorū vigore translati in ipsos juris monetalis, injustus omninò valor imponi nequit, sed jus divinum & jus gentium, quoad æstimationem materiæ attendendum est.*

9 *Valor monetæ publicus in omnibus negotiis, quoad eius fieri potest, observandus est.*

10 *Monetam probam in valore publico ipsi præstituto nemo recusare, nec in majori valore, sub præstitutis pœnis expendere potest.*

11 *Valorem monetæ concernentes leges & sanctiones, non solùm à privatis, sed etiam Statibus Imperii & Magistratibus observari debent.*

12 *Valorem monetis Imperiali sanctione præfinitum, etiam Status Imperii in suis particularibus edictis monetariis immutare nequeunt.*

13 *Relatū inest referenti cum omnibus suis qualitatibus, & geminatio enixam voluntatem statuentis seu disponentis arguit.*

14 *Valor monetæ usualis est, qui plerunq; in usu est, & à quamplurimis approbatur.*

15 *Valor monetarum publicus & Imperialis, in decidendo & judicando potius attendendus est, quàm valor numorum usualis incertus & difformis.*

16 *Creditore & debitore de valore numorum debitorum usuali circa tempus contractus & tempus solutionis contendentibus, neuter prorsus audiendus, sed valor numorum credi-*

creditorum intrinsecus & juris gentium, ad tempus contractûs relatus attendendus est.

17 *Mutatio valoris monetæ, quando facta censeatur, exemplis declaratur.*

18 *Mutatio valoris monetæ justa quanam sit?*

19 *Mutatio valoris monetæ injusta quanam sit?*

20 *Mutatio valoris pecuniæ injusta, sine consensu ipsorum, nec subditos Principis, nec alios populos obligat.*

21 *Princeps monetas injustè mutare nequit, sed si fecerit, læsis damna refundere tenetur.*

22 *Monetarum valore intra tempus contractus, & solutionis mutato, quomodo solutio numorum debitorum facienda sit, ab Interpretibus nostris admodum obscurè & perplexè est traditum.*

23 *Monetarum valore intra tempus contractus, & solutionis mutato, inter Interpretes nostros non convenit, utrum commodum & incommodum mutatæ monetæ debitoris vel creditoris sit.*

24 *Numis in specie debitis, & secundùm valorem temporis contractus solvendis, commodum & incommodum augmenti & decrementi valoris monetæ debitoris est; sed secundùm valorem temporis solutionis numis debitis in specie solvendis, commodum & incommodum illud ad creditorem spectat.*

25 *Numis in genere debitis, & secundùm valorem temporis contractus solvendis, commodum & incommodum augmenti & decrementi valoris monetæ creditoris est, sed iisdem secundùm valorem temporis solutionis solvendis, commodum & incommodum illud ad debitorem spectat.*

26 *Recapitulatio prædictorum, & quod hæc quæstio sine prævia distinctione obligationis specificæ & genericæ difficulter explicari possit.*

27 *Valore monetarum intra tempus contractus & solutionis mutato, in obligatione super certis monetarum speciebus, augmenti & decrementi valoris monetæ commodum & incommodum in totum creditori applicandum.*

28 *Numorum debitorum solutionis, secundùm valorẽ temporis solutionis expediendæ controversia, hodie utplurimum ad obligationem pecuniariam genericam pertinet.*

29 *Valore numorum debitorum intra tempus contractus, & tempus solutionis mutato, quamplurimi Interpretes statuunt, in expedienda debiti solutione tempus contractus inspiciendum esse.*

30 *Numi & qualibet res debita in eadem bonitate, qualitate & valore reddi debent, uti fuerunt tempore contractus.*

31 *Numi debiti non amplius extantes, aut conquisitu difficiles, secundùm valorem temporis contractus solvendi sunt.*

32 *Solutio numorum debitorum, & quarumlibet aliarum rerum, secundùm quantitatem & valorem temporis contractus expedienda est.*

33 *Pecunia tanquam res certa ad incertitudinẽ valoris, ex tempore solutionis æstimandi, redigenda non est.*

34 *Debitor pecuniæ creditæ protinus ac ipsi numerata est, dominus fit, & proinde omne commodum & incommodum augmẽti & decrementi valoris etiam ad ipsum pertinet.*

35 *Clausula, rebus sic stantibus, cuilibet actui & dispositioni tacitè inesse censetur.*

36 *Ius alicui tempore contractus acquisitũ postea auferri nequit.*

37 *Incertitudo omnes contractus & dispositiones vitiat.*

38 *Debitor creditori solvendo pecuniã in nimio & immodico valore, secundùm tempus solu-*

solutionis in magnum damnum infert, qualem iniquitatem jura nostra improbant.

39 Valorem numorum debitorum solvendorum secundùm tempus contractus, & non secundùm tempus solutionis attendendum esse, prejudiciis Cameræ Imperialis ostendi potest.

40 Valorem numorum debitorum in expedienda solutione eorundem attendendum esse statuto etiam Saxonico, item consuetudine Moguntinensi & Trevirensi receptum est.

41 Sententia eorum Interpretum tanquã juri magis consentanea recipitur, qui statuunt, valore monetarum intra tempus contractus, & tempus solutionis mutato, in solutione numorum debitorum valorem temporis solutionis spectandum esse.

42 Quando id ipsum, quod solvitur, non est in ipsamet obligatione, sed tantum facultate solvendi, tunc in ineunda æstimatione rei petitæ, non tempus contractus, sed tempus solutionis attenditur.

43 Pecunia nec ut sola massa, nec ut sola abstracta quantitas, seu sub solius valoris impositi ratione, sed sub ratione intrinsecæ & extrinsecæ bonitatis simul in contractus & dispositiones deducitur.

44 Commodum & incommodum augmenti & decrementi per edictum publicum mutati valoris monetæ intra tempus contractus & tempus solutionis æquè ad debitorem, atq; ad creditorem referri debet.

45 Leges & edicta monetaria publica non minus atq; aliæ leges observanda, & secundum ea judicandum est.

46 Beneficium legis alicui competens, ipsi invito auferri nequit.

47 Lites ob rem modicam inprimis non multiplicari, sed cohiberi potius convenit.

48 Valor monetarum imposititius licet mutetur, attamen ejusdem & monetarum bonitatis intrinsecæ, debitam proportionem & congruentiam haberi oportet.

49 Pecuniæ valorem impositium etiam proportionatum, & eatenus uniformem & certum esse, nec ad contractus, nec ad dispositiones diversi temporis applicari oportet.

50 Num debiti sive in specie, sive in quantitate generica, si in alius numis præstentur, valor eorum ... secundùm tempus solutionis exigendus est.

51 Pecuniam debitam secundùm valorem temporis solutionis creditori in alia pecunia, habita tamen ratione bonitatis intrinsecæ temporis contractus, præstandam esse, confirmatur duabus sententiis Cameræ Imperialis.

52 Numorum debitorum tam ad obligationem genericam quàm ad specificam, non alia pecunia tempore solutionis currente, expedienda solutio secundum valorem illius temporis est.

53 Doctorum nostrorum dissensio, vel secundùm valorem temporis solutionis potissimùm etiam obligationem numorum debitorum specificam concernit.

54 Collectæ Imperiales, uti etiam pecuniæ Cameræ Imperiali à Statibus Imperii, vel litigatoribus debitæ, secundùm valorem Imperialem publicum, tempore solutionis adhuc durantem, solvi debent.

55 Valor & æstimatio numorum debitorum, juxta tempus solutionis, tam in obligatione specificâ, quàm genericâ locum habet.

56 Valor solvendorum numorum debitorum, juxta tempus solutionis etiam attenditur, etsi valor numorum grossorum, sive propter caritatem metalli, sive propter debilitatas paulu-

paululum minores monetas accreverit.

57 Valor numorum tempore ſolutionis currentium nõ attenditur, nec iiſdem antiquæ obligationes genericæ diſſolvi poſſunt, ſi iſtiuſmodi valor prorſ⁹ injuſt⁹ & immodicus ſit.

58 Valor pecuniæ ſecundùm tempus ſolutionis, nõ ſolùm in cõtractu mutui, ſed etiã in aliis contractibus conſimili ratione attenditur.

59 Annui reditus & Canones Emphyteutici etiam in quantitate generica, & non in ſpecie debiti, ſecundùm valorem monetarum tempore ſolutionis currentiũ præſtãdi ſunt.

60 Vſuræ etiam & aliæ acceſſiones ſecundùm valorẽ temporis ſolutionis præſtandæ ſunt.

61 Valor numorum debitorum, in obligatione quoq; conditionali ſeu diei annexa, ſecundùm tempus ſolutionis in diſſolvenda obligatione attenditur.

62 Numi debiti ſecundùm valorem temporis ſolutionis reddendi ſunt, etſi debitum non gratuitum, ſed uſurarium ſit.

63 Valor temporis ſolutionis etiam in ſolutione & reſtitutione dotis attenditur.

64 Numi debiti ex teſtamento vel qualibet alia ultima voluntate, etiam ſecundùm valorem temporis ſolutionis præſtandi ſunt.

65 Numi debiti ex Legibus, Reſcriptis Principũ, ſtatutis, conſuetudine, vel ex ſententiis judicum, ſecundùm valorem temporis ſolutionis ſolvendi ſunt.

66 Valor numorum debitorum ſecundùm tempus ſolutionis attenditur, etſi is non legitimus, ſed conſuetudinarius tantum fuerit.

67 Valor numorum debitorum ſecundùm tempus ſolutionis etiam in retractu gentilitio ſeu municipali regulatur.

68 Valor numorum debitorum etiam regulatur ſecundùm tempus ſolutionis in retractu conventionali.

69 Res quæ non in obligatione, ſed in facultate ſolvendi ſunt, ſecundùm valorem illius temporis æſtimari oportet.

70 Cap. cum Canonicis, 26. ext. de cenſib. non de bonitate monetarum extrinſeca, ſed intrinſeca loquitur.

71 Initium obligationis non ſolùm, ſed etiam finis ejuſdem ſpectandus, cumprimis, ſi in eodem ſtatu non permanſerit.

72 Valor numorum hodiernus & uſualis probè perpenſis omnib. circumſtantiis, nihilominus ad certitudinem quandã reduci poteſt.

73 Pecuniæ debitæ periculum ad debitorem pertinet, ſive valor ejuſdem ad tempus contractus ſive ad tempus ſolutionis referatur.

74 Edicta monetaria recentiora particularia ordinationi monetariæ Imperiali & juribus ex veteribus contractibus alicui quæſitis nihil præjudicant.

75 Collatio bonitatis & quantitatis numorum debitorum minorum ſolvendorum ad certitudinem redigit.

76 Numis debitis, eorumq; quantitate & bonitate intrinſeca, cum numis tempore ſolutionis currentibus collatis, & ſecundùm valorem illius temporis æſtimatis, omnia ad certitudinem rediguntur.

77 Mutatio valoris monetarum injuſta, incongrua & variabilis in æſtimandis rebus petitis, aut numis debitis non attenditur.

78 Præjudicia & deciſiones Cameræ Imperialis, aliarumq; curiarũ non habent authoritatẽ neceſſariã, ſed probabilem tantùm.

79 Monetariæ controverſiæ præ aliis admodum perplexæ & variæ ſunt.

80 Limitationes octo propoſitæ regulæ de ſolvendis numis debitis ſecundùm valorem iſtius temporis.

81 Sententiæ Cameræ Imperialis ad controverſias illas, earumq; circumſtantias applicãda, & ſecundùm illas intelligenda ſunt.

82 *Statuum Imperii Edicta monetaria particularia, nisi simul legitima consuetudine firmata sint, edicto monetario Imperiali derogare non possunt.*

83 *Sententiarum & praejudiciorũ Cameræ Imperialis plures etiam ad mutatam monetæ bonitatem intrinsecam pertinent, in qua tempus contractus indubitatò inspicitur.*

84 *Valore grossarum monetarum, ob multiplicationem & deteriorationem minorum specierum monetæ, per quas majores æstimantur, adaucto, is valor injustus non attendendus est.*

85 *Conciliatio Dn. Andr. Gailii, & Dn. Ioachimi Mynsingeri circa hanc quæstionem.*

86 *Conciliatio nonnullarum sententiarum Cameræ Imperialis, & Interpretum dissentientium.*

87 *Litigatorum altero de valore nummorum Imperiali & publico, altero de usuali contendente, valor Imperialis in judicãdo præferendus est.*

88 *Litigatorum alterutro de valore usuali temporis cõtractus, altero de usuali valore temporis solutionis, neglecto valore Imperiali publico cõtendentibus, neuter in effectu audiendus, sed valor nummorum creditorum intrinsecus temporis contractus, seu jure gentium attendendus est.*

89 *Nummorum creditorum quantitas & qualitas intrinseca, & juris gentium ex tempore contractus, eorundem verò solvendi facultas & æstimatio per alios nummos eodem tempore currentes, ex tempore solutionis dignoscitur.*

90 *Consuetudo solvendi nummos debitos, secundùm valorem temporis contractus, arguit jus commune esse in contrarium.*

91 *Limitatio prima, quod consuetudo seu statutũ de solvendis nummis debitis, secundùm valorem temporis contractus omninò valeret.*

92 *Consuetudinis & statutorum de valore monetarum solvendarum disponentium, termini & actus, super quibus disponunt, accuratè considerandi & distinguendi sunt.*

93 *Obligationis monetariæ exemplum super certis speciebus monetarum, pro declaratione statuti vel consuetudinis.*

94 *Obligationis monetariæ exemplũ super summa collectiva seu generica, pro declaratione consuetudinis seu statuti.*

95 *Limitatio secunda, quod valor usualis temporis solutionis, difformis & brevioris temporis non observandus sit.*

96 *Tertia limitatio, quod valor temporis solutionis non attendatur, si mutatio monetæ prorsus injusta ex avaritia Principis, vel ex deterioratione & multiplicatione minorum monetarum, per quas majores æstimantur, provenerit.*

97 *Thalerus Imperialis debitori in summa etiã collectiva ad 25. bacios creditus, tempore summi abusus monetarum ad 75. bacios creditori invito solvi non potuit.*

98 *Valorem monetarum injustum & incertum temporis solutionis non attendi, & tam in obligatione specierum, quàm in obligatione generis debitæ pecuniæ bonitatem intrinsecam & extrinsecã simul considerari, quinque rationibus demonstratur.*

99 *Florenis Francofurtensibus tribus thalero Imperiali ad 75. bacios æstimato, tempore summi abusus monetarũ vix tantundem mercium comparari poterit, atque floreno Francofurtensi antehac unico, ubi thalerus Imperialis 25. baciis æstimatus fuit.*

100 *Contractus uti non claudicare, ita etiam ab iisdem omnẽ inæqualitatem, cumprimis immodicam læsionem excludi oportet.*

Valore

101 *Valore grossarum monetarum propter multiplicatas minores monetas adaucto, is in effectu non, sed numerus tantum minutæ monetæ adauctus censetur, modo bonitas earundem intrinseca non debilitata sit.*

102 *Creditor, qui leves florenos credidit, à debitore tales etiam recipere tenetur, nec fortes exigere potest.*

103 *Limitationes plures hujusce conclusionis remissivè.*

1 PROXIMÈ † antegressis tribus quæstionibus Classis secundæ, & respectivè primæ varietate obligationum, ex quibus pecunia debetur, & quomodo ejusdem, nimirum 1. solutionis ad obligationem pecuniæ debitæ in specie, 2. ad obligationem generis, & 3. deniq; ad obligationem speciali pactione super certo modo faciendæ solutionis munitam pecuniæ solutio expedienda sit, succinctâ brevitate exposita, nunc consequens est, modum solvendi etiam explicare, si intra tempus contractus seu dispositionis numorum bonitas, sive intrinseca, sive extrinseca immutata fuerit.

2 Est † autem bonitas monetæ intrinseca bonitas ejusdem ex materia seu metallo, unde conflata est, & pondere ejusdem considerata; *argum. l. 1. in princ. ff. de contrah. empt. l. 1. C. de veter. numism. potest. lib. 11.* quæ paris significationis voce etiam liga appellatur, vernacula nostra, Schrot und Korn / oder Gehalt unnd Gewicht / *Schneid. ad § in bonæfidei, 30. num. 33. Instit. de action. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 1. nu. 2. & in primis lib. 1. cap. 7. num. 2 & 3.* ubi tradit, ligam, vernacula nostra, das Gehalt oder Korn / pondus, das Gewicht oder Schrot denotare, *Laudens. de monet. num. 9. & n. 12. Gail. lib. 2. observ. 73. nu. 7. Borcbold. ad c. unic. quæ sint regal. num. 62. Berlich. part. 2. pract. conclusion. conclus. 35. num. 4. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 7. num. 152. Menoch. cons. 49. num. 9. vers. intrinseca verò, Fichard. cons. 29. num. 9. vers. intrinseca dicitur, vol. 1. & cons. 47. num. 1. vol. 1. Besold. in thesaur. pract. lit. S. num. 33. verb.* Schrot und Korn / *in princip. & vers. seq. Iacob. Aleman. in palæstr. consultat. quæst. princip. 1. pag. 384. vers. dehinc accuratè, D. Theod. Reinkingk de retract. consanguin. quæst. 6. num. 158. Benjamin Leuber. de reduct. monet. ad § pondus autem, 10. pag. 55. & seqq.* ubi eruditè ostendit, bonitatem numi intrinsecam, non in solo pondere, sed & unâ in materiâ consistere, licet utrumque inter se differat.

Extrinseca † verò monetæ bonitas, est 3
bonitas ejusdem in æstimatione valore usu & cursu cujuslibet monetæ consistens, vernacula nostra, die Würdigung / æstimation oder Valvation der Müntzsorten / Item der Werth / oder wie sie gång oder gebe seyn / *d. l. 1. ad fin. ff. de contrah. empt. l. 1. C. de veter. numis. potest. lib. 11. Iohan. Andr. & Anton. de Butrio ad d. cap. quando, 18. ext. de jurejur. Schneid. ad § in bonæfidei, 30. num. 33. Instit. de act. Budel. de re numar. lib. 1. cap. 7. nu. 4. Iohan. Aquil. de utilitat. & potest. monet. part. 2. theorem. 1. vers. altera est bonitas, Berlich. practic. conclus. part. 2. conclus. 35. num. 5. Fichard. cons. 28. num. 3. vers. extrinseca vero, volum. 1. & cons. 47. num. 2. post princ. vol. 2. Menoch. d. consil. 49. num. 9. in princ. vol. 1. Cothman. d. consil. 34. num. 17. 18. & 19. volum. 1. Besold. d. verb.* Schrot vñ Korn / *vers. extrinseca verò, junct. lit. V. num. 1. verb.* Valvation / *pag. 792. Aleman. d. loc. D.* Reinkingk *d. quæst. 6. num. 159.*

Ut † maximè enim nonnulli Dd. no- 4
strorum, *puta Iacob. & Godofred. referente Cyno ad l. 3. n. 9. ff. de reb. cred. & in l. in minorū. 3.*

n. 15. C. in quib. caus. in integr. rest. non est necess. quorum opinionem etiam veritati magis consentaneam esse asserit *Molin. d. tractat. de usur. & fruct. lib. quæst. 92. num. 696.* æstimationem & valorem monetæ, utpote in quibus substantia ejusdem subsistat, eademque sublata moneta esse desinat, istiusmodi valorem, bonitatem monetæ intrinsecam & extrinsecam esse arbitrantur, *attamen infra quæstione primâ & secundâ, Classis quintæ à me ostensum est*, quod ad substantiam monetæ non valor tantum, sed etiam justæ materiæ pondus & quantitas, quæ potissimæ ejusdem formæ partes & requisita sunt, requiratur, & proinde metalli, ex quo moneta conflatur, liga & qualitas ejusdemque pondus, seu quantitas meritò monetæ bonitas intrinseca, valor autem ejusdem impositi-tius extrinseca monetæ bonitas appellantur. Quem loquendi modum ex ipsamet monetæ substantia desumptum, vel tribus seculis jam invaluisse, & communiter receptum esse, ipsemet Molinæus *d. num. 696.* non diffitetur, & proinde ab eo loquendi modo propter evitandam confusionem terminorum, nunc etiam recedendum non est, *argum. l. si de interpretatione, 37. ff. de leg.* Vocabula enim valent usu sicut numi, *Iacob. Aleman. in palæstrâ consult. 8. quæst. princip. 2. pag. 717. vers. vulgò jactatur, Wilhelm. Antonii de rescript. morat. conclus. 43.* ubi subjiciunt *ex Quintil.* eo planè utendum esse sermone, ut numo, cui publica forma est, & alias etiam vel solus communis loquendi usus verborũ proprietati anteferri solet, *l. librorum, 52. §. quod tamen Cassius, 4. ff. de leg. 3. Gl. & Br. in l. talis scriptura, 30. in princ. ff. de legat. 1. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. cas. 489. num. 1.* eaq; de re latius videri potest Anton. Faber *de variis numor. debitor. solut. cap. 1. pag. mihi 25. & seqq.*

5 Cæterùm † pro dexteriori intellectu hujusce quæstionis circa mutationẽ bonitatis monetarũ extrinsecæ, intra tempus contractus, & tempus solutionis ulterius etiam sciendum est, quod præter-misso jam valore monetarum intrinseco, qui ex sola materia & pondere numorum æstimatus juris gentium, & prorsus invariabilis est, de quo latè Anton. Faber *de variis numor. debitor. solut. cap. 1. & hinc inde imprimis posterioribus capitibus istius libri*, bonitas extrinseca monetarum seu valor earundem impositititius etiam non uniusmodi, sed alius publicus, alius usualis est. Publicus monetarum valor ille est, qui lege publica receptus, & constitutus est, *l. 1. in princ. ibi: eaq; materia forma publica percussa usum dominiumq; non tam ex substantia præbet, quàm ex quantitate, ff. de contr. empt. l. 1. C. de veter. numism. potest. lib. 11. Aristot. lib. 1. politicor. cap. 6. Zabarell. in Clementin. si beneficio quia, 11. de decim. Alexand. in l. eleganter, 24. §. qui reprobos, 1. ff. de pignorat. act. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. præsupposit. 1. num. 19. Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 5. num. 2. Ant. Faber de variis numor. debitor. solut. cap. 1. hinc inde. Consil. Marpurgens. cons. 27. vol. 2. n. 55.*

6 Atque † hujusmodi solus monetarum valor publicus verè talis justus & legitimus est, verumque usum numorum in omnibus negotiis & commerciis quocunque tempore incidentibus præstat, utpote qui solus etiam perpetuus, uniformis & certus sit, *d. l. 1. in princ. ibi: cujus publica & perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subveniret, ff. de contrah. empt. l. numus, 5. ibi: cum certa numo-*

rum sit æstimatio, ff. de in lit. jurando, l. ideo. 5. ibi: pecuniarum quoq; licet videatur una & eadem potestas, ubiq; esse, ff. de eo, quod cert. loc. & l. 1. in princ. ff. de condiction. triticiar. in qua condictio pecuniæ excluditur, eò quod pecuniæ semper certa sit quantitas: ac proinde propter certitudinẽ valoris pecuniæ omnes alias res per ipsam, & non contra pecuniam per alias res tanquam incerti valoris & æstimationis æstimari oporteat, *l. si ita fidejussorem, 42. in fin. ibi: quia non ut æstimatio rerum, quæ mercis numero habentur, in pecunia numerata fieri potest, ita quoque pecunia merce æstimanda est, ubi etiam gloss. & Dd. ff. de fidejussor. & mandator. Carol. Molinæus in tract. de usur. & fruct. quæstion. 92. num. 694. item num. 697. & 698. Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 17. num. 5. Anton. Faber de variis numor. debitor. solution. cap. 1. hinc inde Iacob. Aleman. in palæstrâ consult. 8. quæst. princip. 1. pag. 390. vers. tertia, & ead. quæst. princip. 1. partit. 17. pag. 516. vers. & in tuendâ.*

7 Quæ † tamen omnia cum hoc moderamine accipienda sunt, ut moneta lege publica cudetur, talis, qualis ubiq; expendi possit, & moneta extra sumptus monetales ad minimum tantùm contineat seu valere possit in massa, quantum valet formata, *argum. l. fin. C. de veter. numism. potest. lib. 11. junct. l. quæsitum. 78. §. illud. 4. & l. item legato. 49. §. si uxori. 5. ff. de legat. 3. cap. quantò. 18. extr. de jurejurand. Bald. column. ult. Innocent. & DD. in cap. quanto. 18. extr. de jurejurand. Bartol. in l. 1. §. fin. ff. de aur. & argent. legat. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. præsuppositiõn. 1. num. 1. & 2. item num. 20. versic. Alibi autem. ubi & Bald. in l. fin. C. de fals. monet. refert,* quod in moneta cudenda duo requirantur, veritas & authoritas. Anton. Fab. *de variis numor. debitor. solution. cap. 1. pag. mihi 19.* ubi hunc in modum colligit: Apparet igitur, nunquam posse æstimationem extrinsecam tantæ esse authoritatis, ut intrinsecæ potestatem omnino deleat, alioquin dicendum esset, nihil interesse, utrum ex auro, an ex ferro nummus conficeretur. *Hactenus Faber.*

Ut † maximè enim commodius expediendorum commerciorum causa, & ut homines à sollicitudine examinandarũ monetarum liberi essent, jus cudendæ monetæ ad superiores & principes, ut easdem suo charactere signarẽt, devolutum sit; *l. 1. in princ. & ibi DD. communiter, ff. de contrah. emption. Aristot. lib. 1. politicor. cap. 6. Carol. Molin. in tract. de usur. & fruct. quæstion. 92. num. 694. & quæstion. 100. num. 798. & num. 799. Ant. Faber de variis numor. debitor. solution. cap. 1. ab init.* attamen eo ipso populi consensu tanta potestas in principes & superiores translata non est, ut pro suo lubitu ex quacunque materia monetam conflare, eidemq; valorem justo majorem contra jus divinum, *Genes. cap. 23. vers. 16. ibi: quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ & jus gentium. d. l. 1. ff. de contrah. empt.* imponere possint, *uti supra quæstion. monetar. 3. section. 2. class. 2. num. 27. ostensum, & infra quæstion. 1. & quæst. 2. class. quinta latius probabitur,* sed ut ministri tantum jurisgentium sint, charactereque & imagine publica testificentur, monetam tali signo percussam, esse probæ materiæ & justi ponderis. Carol. Molin. *de usur. & fructib. quæstion. 100. num. 793.* ubi ait, formam & characterem monetæ nihil aliud esse, quam quandam testificationem veritatis & justitiæ ipsius monetæ &c. Anton. Faber *de variis numor. debitor. solution. cap. 1. pag. mihi 13.* ubi hunc in modum scribit: Itaq; 8

figura illa numi extrinseca, quæ ex charactere deprehenditur, non magis augere vel minuere potest æstimationem materiæ, quam ipsammet materiam, sed materiæ duntaxat prodit & indicat quantitatem, hoc est, probat sola sui inspectione, tantæ magnitudinis, tantiq; ponderis esse numum, quanti esse debet, ut apud omnes gentes suam, id est certam habeat æstimationem, *&c.*

9 Cujusmodi † publicus & Imperialis monetarum valor cùm verè legitimus justus, perpetuus, uniformis & certus sit, is etiam quoad ejus fieri, & negotio proposito accommodari potest, in solutione pecuniarum debitarum æstimandisq; omnibus rebus omninò attendendus fuerit: *Zabarell. in Clement. si beneficio. quæstion. 11. extr. de decimis Albert. Brun. de augment. & diminution. monet. præsupposition. 1. num. 5. & num. 19. Sixtin. consil. Marpurgens. vol. 2. consil. 12. num. 157. & seqq.* cumprimis quod tam veteribus, quam recentioribus Edictis monetariis suæ etiam pœnę adjectæ sint, & proinde tantò minus ab istiusmodi valore publico Imperiali sanctione præfinito recedendum sit, *argum. l. congruit, 13. ff. de offic. præsid. l. si pœnam. 68. ff. de verb. obligat. §. alteri. 18. versic. planè si quis, Instit. de inutil. stipulation. Sixtin. d. consil. 12. num. 160.*

10 Quemadmodum † enim monetam in vero & publico valore ipsi præstituto dolosè & ex proposito recipere recusans pœnam arbitrariam graviorem incurrit, *argum. l. 1. & l. ult. C. de veter. numism. potestat. lib. 11. Decian. in tractat. criminal. lib. 7. cap. 28. num. 8. 9. & 10. Sixtin. de regalib. lib. 2. cap. 7. num. 134. Harprecht. ad §. Item Lex Cornelia. de falsis, 7. num. 62. Instit. de public. judic.* ita pariter monetam in majore valore seu æstimatione, quam ipsi publica lege præstitutus est, expendens, pro modo commissi à Magistratu puniendus est, *Ordinat. monetar. Ferdinand. Imperator. de Anno 1559.* §. Welche aber dieses vbertretten / vnd den Goltgülden ꝛc. *& duobus §§. seqq.* §. Welche aber dieses vbertretten / vnd obgesetzte frembde. *Item in Recess. Imperii de Anno 1576.* §. Vnd auß sondern vernünfftigen Bedencken. *Sixtin. de regalib. lib. 2. cap. 7. nu. 139. Petr. Denais. de jur. Camer. in verb. monetarium Edictum num. 10. & 11. Harprecht. ad d. §. Item lex Cornelia de fals. 7. num. 61. Instit. de publ. judic.*

Cujusmodi † leges & sanctiones Imperiales non solùm homines privatos & infimos, sed etiam quoslibet alios tam inferiores, quàm superiores etiam Romani Imperii status concernunt & constringunt, tum quòd de jure etiam communi citra mandatum Imperatoris nemo monetæ æstimationem & valorem imposititium mutare possit, *tot. tit. C. de veteri numismat. potestat. lib. 11. Zabarell. in Clementin. si beneficio. de decim. quæst. 11. Albert. Brun. de augment. & diminution. monet. præsuppos. 1. num. 6.* tum verò etiam quod adversus *Ordin. monetar. Ferdinand. I. Imperat. de Anno 1559.* in qua omnib. monetis certus pes & valor publicè & sanctione Imperiali præstitutus, eademq; in omnibus pene subsequentibus Recessibus repetita est, nulla constitutio, nullumq; privilegium, sive eam antecesserit, sive secutum fuerit, valere & consistere, sed omnia circa rem monetariam istiusmodi ordinationi tanto studio, labore & prudentia authoritateque Cæsarea & omnium statuum Imperii factę, conformiter peragi, & ab omnibus Magistratibus & subditis obser- 11

obser-

observari debeant, *d. ordination. monetar. de Anno 1559. prope finem.* §. Were es auch sach. *& duobus §§. seqq.* Wo aber jemands. *&* §. Dem allem nach verkünden wir. *Sixt. consil. Marpurgens. vol. 2. consil. 12 num. 163. & 167.*

12 Quod † usque adeò verum est, ut licet alias circulis vel statibus Imperii in suis provinciis & ditionibus particularia etiam monetaria Edicta, ordinationi tamen Imperiali conformia publicare, *Recess. Imper. de Anno 1594.* §. Daneben sollen die Reyß. rc. attamen absq; Imperatoris & reliquorum Imperii statuum consensu, nullus Princeps vel status Imperii monetam lege Imperii de Anno 1559. taxatam immutare, eidemvè valorem ab Imperiali diversum imponere potest. *Recess. Imperii de Anno 1570.* §. Wir setzen/ordnen/vnd gebieten ferners. *ibi:* in jhrem vnterschiedlichen gesetzten Werth / *& item* §. vnd zu ferner beständiger Handlung/ rc. *&* §. vnd auß sonderm nohtwendigen. *ibi:* deß Reichs Müntz anders/ oder in höhern Werth/dann sie gevalvirt/in einigen Schein oder Weg außgegeben oder genommen werden/ rc. *Item* in Keyser *Maximiliani II.* Müntz *proclamate, sub dato* Prag den 20. *Ianuarii Anno* 1571. *ibi:* Noch in Kauffen / Verkauffen / oder andern Handlungen vnd Bezahlungen anders/ dann in jhrem vnterschiedlichen gesetzten Werth gegeben oder genommen werden/ rc. *& ibi:* Deßgleichen den fürnehmen Landpässen rc. Sollen dann nun die Reichs-Müntze höher nicht/als sie in den *Constitutionibus Imperii* gewürdiget / außgegeben/ oder genommen werden / wie kan diese vbermässige Steygerung derselbigen *colorirt* oder *defendirt* werden / bevorab / weil dasjenige noch in *Anno* 70. der Müntz halben geschlossen vnd verabschiedet / hernacher in vnterschiedlichen Reichsversamblungen *repetirt* vnd erfrischet worden. *Item in Recess. imperii de Anno* 1576. §. Setzen/ ordnen vnd wollen darauff/ daß mehrgemelt Keyserlich Müntz *Edict. &c.* §. Wann aber wenig nutzet / *&* §. derhalben zu förderlicher beständiger rc. *Item Recess. Imperii de Anno* 1582. §. Wann nun von gemeinen Ständen. *Item Recess. Imper. de Anno* 1594. §. Als wir dann für den vierdten *articul, in quo præcipuè circa fin. versic.* setzen / ordnen / vnd wollen / *ordinatio monetaria principalis Ferdinandi I. Imperatoris de Anno* 1559. *& omnes ejusdem subsecuta declarationes & confirmationes de Anno* 1556. 1570. 1571. 1576. *& de Anno* 1582. *repetuntur & de novo confirmantur. Item in Recess. Imperii de Anno* 1598. §. Vnd obwol wir auch gantz gern. *&* §. Wir ordnen vnd wollen aber / rc. *Item in Recess. Deputator. de Anno* 1600. §. Ferner ist auch im mehrgedachten nechsten Regenspurgischem Reichs Abschied rc. *& denique in Recess. Imperii de Anno* 1603. §. So setzen/ ordnen vnd wollen wir/ rc.

Cujusmodi † multifaria repetitio anteriorum Recessuum Imperii in subsequentibus, eorundemque mutua relatio ad se invicem evidenter arguit, quòd valor monetarum hodiernæ primævæ & Imperiali sanctioni Romani Imperii nullatenus præjudicet, sed is volente, & jubente Imperatore & statibus Imperii, qui tales Recessus approbarunt & subscripserunt, adhuc stare censeatur, & quoad ejus citra prejudicium justitię fieri potest, omnino observandus sit, tum quod relatum referenti inesse censeatur cum omnibus suis qualitatibus, *l. asse* 13

toto.

toto.77. ubi Dd. de heredib. instituend. l. in testamento.27. ff. de condit. & demonstration. Bartol. in l. si quis servum.8. § fin. num. 5. ff. de legat. 2. Andr. Gail. lib. 1. observat. 82. num. 25. & 26. Peregrin. de fideicommiss. art. 16. num. 2. & art. 29. nu. 17. Tiraquell. de LL. Connubial. gloss. 7. num. 182. & seqq. Bursat. consil. 28. num. 8. Paris. consil. 23. num. 66. lib. 1. Wilhelm. Antonii de rescript. morator. conclus. 20. n. 36. & conclus. 66. n. 115. tum verò etiam, quòd ea quæ crebrius & iteratò constituuntur, enixam voluntatem statuentium ostendant, & tenacius ac strictius observanda sint. *L. Ballista. 32. uti Bartol. & Dd. ff. ad SC. Trebellian. l. cum scimus. 22. & ibi Bartol. C. de agricol. & censit. Nicolaus Eberhard. in loc. Legali, à vi geminationis, num. 1. & seqq. Alexand. consil. 54. num. 67. lib. 1. Sixtin. consil. Marpurgens. vol. 2. consil. 12. num. 159. Aleman. in palæstrâ consult. 8. quæst. princ. 2. extens. 1. pag. 667. vers. ejusdem fateri. Wilhelm. Antonii de rescript. morat. concl. 20. n. 15. & seqq.*

14 Valorem † monetæ verum, publicum & legitimum usualis ejusdem valor consequitur, qualis plerunq; in usu est, & à quàm plurimis approbatur, Sixtin. *consil. Marpurgens. vol. 2. consil. 12. num. 153. & 154.* qualem valorem in judicando & decidendo nonnulli etiam attendendum existimant, eò quod virtus legis & consuetudinis paribus passibus ambulent, *l. de quibus. 32. ubi Dd. ff. de LL. § fine scripto. 9. Inst. de jur. natur. gent. & civil. Reusner. cons. 13. nu. 94. vol. 1. Geil. lib. 1. observ. 36. n. 13. Virgil. Pingizer. quæst. jur. civ. & Sax. 19. n. 7.* & sicut dolus ex insolitis arguitur: *c. quisquis, dist. 41. c. quod super his. 7. de fide instrum. l. si quis sub conditione, ff. de condit. instit. Cravet. cons. 969. n. 14. D. Theodor. Reinkingk de retract. consanguin. quæst. 8. nu. 94. Andr. Scheffer part. 3. quæst. 45. nu. 6. Wilhelm. Antonii de rescript. morator. conclus. 5. nu. 66.* ita is, qui id agit, quod plerunq; fit, non peccare, neque in dolo esse censetur, *l. quid sit fugitivus. 17. §. apud Labeonem. 12. ff. de Ædil. edict. Iason & Dd. in l. certi condictio. 9. § si nummos. 8. ff. de reb. credit. Bartol. in l. si pignore. 22. § fin. ff. de pignorat. action. Anchoran. in cap. cum venerabilis. 7. in secundo notabil. versic. & forte est ratio. ext. de consuetudin. Cravett. consil. 6. num. 78. Decian. respons. 29. num. 16. vol. 1.* & alias etiam in dubio secundùm id, quod fieri solitum est, interpretatio fiat, *l. quod si nolit. 31. §. quia adsidua. 20. ff. de Ædil. edict. l. semper in stipulationibus. 34. ff. de reg. jur. l. eum qui probabilem, 19. C. de Episc. & Cleric. cap. 1. & ibi Iohan. Andr. Iohann. de Imol. & Dd. communiter extr. de Cleric. non residend. Roland. à Vall. consil. 88. num. 14. Cephal. consil. 96. num. 3.* adeoq; in specie in solutionibus numorum debitorum communem consuetudinem etiam attendendam, & secundum eam solutionem circa valorem etiam expediendam esse, præter alios tradunt *Alexander in l. Paulus, ff. de solution. & liberation. Angel. in l. æris. C. de collation. æris. lib. 10. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. præsuppos. 1. num. 7. in fin. & num. 8. item limitat. 3. num. 1. & num. 2. Andr. Kohl exercitat. legal. cap. 19. num 17.*

Verùm † cum istiusmodi valor usualis monetarum utplurimum non uniformis, sed difformis esse consueverit, & secundùm eum singulis pene annis numi nunc in hoc, nunc in illo valore expendantur, quales difformes actus consuetudinem non inducunt, *argument. l. nemo. 123. §. temporaria. 1. ff. de reg. jur. Dd. in l. quib. 32. ff. de LL. & in cap. fin. ext. de consuetud. Bart. in l. 2. in fin. princ. ff. solut. matrimon. Natta consil. 106.* 15

fil.106.num.59. Cravett.consf.96.num.5. Roland. à Valle consil.87.num.55.lib.5. Usualis etiam iste numorum valor contra ordinationem monetariam Imperii Romani de Anno 1559. quam plurimis Imperii Recessibus improbatus, & verus Imperialis valor approbatus sit, uti paulo ante num.12.ostensum est, quales interrupti actus consuetudinem itidem non efficiunt, cap.illud.8. & ibi Dd. ext. de præscription. Bartol.& Dd.in l.naturaliter.5.ff.de usucapion. gloss. & Dd.in l cum notissimi.7.C.de præscript. 30.vel 40.annor. cùm etiam per unicum actum contrarium cõsuetudo interrumpatur, Ioan. Francisc. Balb. in tr. de præscript. part.5.quinta partis princip.quæst.12.n.4.Iacob. Aleman.in palæstrâ consulc.5. pag.267.vers. dum vel per unicum actum. imò istiusmodi valor numorum usualis ut plurimum injustus & improbus sit, uti proximis temporibus cumprimis Anno 1621.1622. & 1623. comprobatum est, argum.l.2.C.quæ sit long.consuetud.l.quod non ratione.39.ff. de LL.cap.fin. §.fin. extr.de consuetudin. Angel. in authent. ut nulli judic. §.1.collation.9. Menoch.adipiscend. possess.remed.5.num.95.& lib.2.arbitrar.judic, cas.82.hinc inde, Andr.Gail.lib.1.observat.112. num.3. & lib.2.observ.31.num.14. cumprimis verò omnis consuetudo contra expressam legem, & tantò magis contra ordinationem monetariam Ferdinandi I.Imperatoris de Anno 1559.cõtra quam etiam nullum privilegium anterius vel posterius valere debeat, d. §. Were es Sach.& §.seq.ordinat. monetar.de An.1559. prope fin.non consistat: Sixtin.consilior. Marpurgens.vol.1.consil.12.nu.108. Andr.Rauchb. lib.1.quæst.34.num.72.& seqq. Albert.Brunus de augment. & diminution. monet. præsuppos.1. num.6.ubi ait, ad mutabilitatem cambiorum veritatem & æstimationem monetarum publicam non immutari: talis utique valor monetarum usualis, difformis, inconstans & injustus, ut plurimum verus, justus, legitimus, perpetuus, uniformis & certus monetarum valor censeri nequit, nec in decidendo vel judicando necessario sequendus, sed valor monetarum Imperialis uniformis, justus & perpetuus attendendus est, non enim exemplis, sed legibus judicandum est, l. nemo. 13.C.de sentent.& interlocution.omn.judic.l.sed licet.12. in fin. ibi: non tamen spectandum est, quid Romæ factum est, quàm quid fieri debeat, ff. de offic.præsid. Garsias de expens. & melioration. cap.9.num.68. Andr. Rauchb. lib.2. quæst.27. num.26. Regner. Sixtin. in terminis d. cons.12. num.157.163.167.& 168.

Quæ † tamen omnia cum hoc moderamine intelligi volo, quod nimirum 16
istis solùm pecunia seu numi debiti secundum valorem Imperialem publicum & perpetuum adjudicandi sint, qui in contrahendo & negotiando talem etiam valorem ipsimet observarunt: qui verò eundem neglexerunt, & fortassis ipsimet pecuniam creditam in diverso seu majori valore usuali expenderunt, istiusmodi beneficio, ut nimirum pecunia in justo illo legitimo & modico valore reddatur, non fruuntur. Qui enim in legem committit, beneficio legis sese indignum reddit, cap.ex eo. & cap. Quia frustra. 14.de reg.jur.in 6.Schurf.consil.37.n.1.cent.1. Menoch.remed.recup.possess.9.num.169. Petr. Peck.de testam.conjug.lib.1.cap.10.num.4.adeóq; delinquentibus in eas beneficia sua jura nostra non attribuunt, Zoannett. de Imper.Roman.nu.86. Menoch.lib.5.præsumpt. 10.num.1.& seqq. sed potius in concursu

Dd hoc,

hoc, dum alter litigatorum pro obtinendo usuali valore temporis contractus, alter de valore usuali temporis solutionis pugnant, neuter istiusmodi valorum usualium attendatur, & pro observanda æqualitate, ob defectum valoris publici & Imperialis, quem uterq; transgressus est, præ valore usuali injusto & incerto valor juris gentium certus ex materia & pondere, qualis fuit tempore contractus consideratus, & per pecuniam tempore solutionis currentem æstimatus, attendatur, & creditori tantundem in eadem bonitate & qualitate adjudicetur, quantum revera & secundum bonitatem monetæ intrinsecam tempore contractus credidit seu debitori numeravit, *l. cum quid.* 3. *& ibi Dd. communiter, ff. de reb. credit.* atque ita creditori nec quicquam desit, nec debitori quicquam supersit, & ita vicissim, *l. in perpetuum.* 61. *ff. de solution. & liberation. Andr. Knich. de Saxon. non provocand. privileg. cap.* 5. *num.* 337. *Anton. Faber de variis numor. debitor. solution. cap.* 5. *item cap.* 8. *pag.* 260. *&* 261. *item cap.* 21. *pag.* 284. *& cap.* 22. *pag.* 299. *&* 300. *Ernest. Cothmann. consil.* 49. *num.* 22. *vol.* 4. Ita quidem, ut si monetæ tempore solutionis currenti, quoad intrinsecam bonitatem, aut quod perinde est, propter immodicum & injustum prorsus ipsi impositum valorem respectu monetę creditę quicquam desit, id ipsum creditori à debitore suppleatur, aut vicissim aliquid supersit, & moneta tempore solutionis currens monetâ creditâ melior & fortior sit, illud ipsum à debitore creditori detrahatur, *argum. cap. olim.* 20. *& cap cum Canonicis.* 26. *ext. de censib. l.* 1. *& l.* 2. *C. de ponderat. & aur. illation. l.* 1. *& l.* 3. *C. de veter. numism. potestat. lib.* 11. *Dd. in cap. Quanto.* 18. *extr. de jurejurand. & complures alii enumerati ab Andr.* Kohl *exercitation. legal. cap.* 18. *n.* 1. *& id ipsum satis largè deducit* Anton. Faber *d. tract. de variis numor. debitor. solut. hinc inde, & inprimis etiam cap.* 1. *circa fin.* §. *de intrinseca verò &c.* ubi tradit, nihil interesse quoad comparandas merces & valorem verè publicum omnibus gentibus æquè communem, seu intrinsecam ex materia & pondere monetarum æstimatum, in aureis 70. melioribus, numerus tantùm eorum augeatur, & 90. aurei debiliores ex iis conflentur, an verò 70. aurei veteres retineãtur, & valore augeantur, eò quòd nec aucto aureorum numero 90. videlicet vilioribus & recentioribus, nec retento antiquorum aureorum fortiorum numero septuaginta duobus veteribus, sed in valore adauctis plus mercium apud exteras cumprimis gentes comparari possit, atq; si antiquus aureorum numerus & pristinus eorum valor omnino retentus fuisset. Valore † 17
monetarum seu bonitate earundem extrinseca, tam Imperiali quàm usuali expositâ, pro dexteriori intellectu hujusce quæstionis, nunc etiam mutatio ejusdem exponenda venit, quando videlicet valor monetæ, seu æstimatio ejusdem immutatur, hoc est augetur vel diminuitur, Wann der valor und Werth der Müntze verendert / und entweder ersteigert / oder herunter und abgesetzt wird. *Novell. Dn. Augusti Elector. Saxon. part.* 2. *constit.* 28. *post princip. Schneidw. ad* §. *In bona fidei, num.* 33. *versic. sed tamen valor aureorum, Inst. de action. Borcholt. ad cap. unic. Quæ sint Regal. num.* 58. *in fin.* Exempli gratia thaleris Imperialibus, quales in Recessu Imperii Augustano *de Anno* 1566. §. Und als sie demnach uns.

demum

demum recepti & approbati sunt, *in eodem Recess. §. seq.* Demnach haben wir uns mit ihnen ꝛc. valor -- 68. cruciferorum seu septendecim baciorum singulis ad quatuor cruciferos æstimatorum, qualis valor thalerorum Imperialium vetus, publicus & Imperialis est, qui tamen successu temporis secundum valorem usualem magis magisq; excrevit, & nunc reducto etiam & diminuto valore monetarum in ordinationib. monetariis Suevicis & Rhenensibus ad -- 72. cruciferos adauctus est, ita ut nunc thalerus Imperialis sesquifloreno seu -- 90. cruciferis æstimetur. Ita pariter thalerus Imperialis circa valorem usualem etia Anno 1622. & sub initium Anni 1623. hisce in locis 4. florenis ad minimum seu -- 240. cruciferis æstimatus, in hodiernis ordinationibus monetariis ad duos florenos cum dimidio circiter seu -- 150. cruciferos diminutus & sesquifloreno seu -- 90. cruciferis æstimatus est.

18 Cæterùm † quidem valor monetæ alius Imperialis, publicus, justus & perpetuus, alius usualis & ut plurimum injustus est, ita pariter etiam mutatio monetæ alia justa, alia injusta est. Mutatio valoris monetæ justa est, quæ ex justa & probabili causâ præsupposita bonitate monetæ intrinseca & extrinseca factâ juri gentium congruit, *argum. cap. quantò. 18. extr. de jurejurand. & ibi etiam Dd. Andr. de Isern. ad cap. un. quæ sint regal. in verb. monetæ. num. 12. & 13. Covarruv. de veter. numism. collation. cap. 7. num. 6. versic. Mutatio verò pecuniæ, &c. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 7. num. 57.* Ut maximè enim pecunia tam monetarum viliorum & debilitatarum valorem, qui bonitati earundem intrinsecæ non congruit, diminuere, & easdem prorsus tollere, *Andr. de Isern. ad cap. unic. Quæ sint regal. in verb. moneta, num. 12. & ibi etiam Matth. de Afflict. num. 9. Covarruv. d. cap. 7. de veter. numismat. collation. num. 6. §. Mutatio verò pecuniæ versic. nempe quia materia numismatum facta est vilior &c. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 7. num. 60.* quàm propter auri vel argenti suppetentem minorem copiam, aut conquirendi difficultatem, aliamque inevitabilem necessitatem valorem jam conflatarum monetarum probarum & justarum augere potest, *argum. l. 2. C. de veter. numism. potest. Afflict. & Covarruv. modò dictis locis, Sixtin. d. cap. 7. num. 61, 62. & seqq. lib. 2. de Regal. Boer. decision. 327. num. 6. Anton. Faber de variis numor. debitor. solution. cap. 1. pag. mihi. 7. in fin.* attamen ea mutatio aliter fieri nequit, nisi juri gentium congruat, & bonitas monetæ extrinseca, bonitati ejusdem intrinsecæ seu valor ejusdem materiæ & ponderi monetæ correspondeat, *l. 1. & l. 3. C. de veter. numism. potestat. junct. l. 1. in princ. ff. de contrah. emption. Recess. Imperii de Anno* 1570. §. Alsdann auch die Münßgerechtigkeit ꝛc. *Ant. Faber de variis numor. debitor. solution. cap. 1. pag. mihi. 15. 16. 17. & seqq. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap 7. num. 81. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 17. num. 15. & seqq.*

Mutatio † monetæ injusta est, quando 19 eidem valor bonitati ejusdem intrinsecæ & juri gentium incongruus, hoc est, justo major vel minor imponitur, *cap. Quantò. 18. extr. de jurejur.* ubi Pontifex Romanus constituit, nec juramēto quidem actum firmari posse, quo legitima moneta reprobetur, mutetur vel debilitetur. *Belluq. in spec. princip. rubric. 36. §. Grave damnum, num. 10. in fin. Carol. Molin. de usur. & fruct. lib.*

Dd 2 quæst.

quæst.100.num.794.§. Non nego quia quandoq; &c. Covarruv. de veter. numismat. collat. cap.7.nu.6.§. quod si mutatio moneta fiat &c. Sixt. de Regal. lib.2. cap. 7. n. 54. 55. & seqq.

10 Cujusmodi † injusta monetæ mutatio citra consensum ipsorum facta, nec ipsiusmet principis subditos, *d. cap. quantò.18. ibi: irrequisito populo. & ibi etiam Panormitan. Imol. & Felin. extr. de jurejurand. Menoch. lib.2. arbitrar. judicior. quæst.316. nu.47. Sixtin. de regal. lib.2. cap. 7. num. 75.* multò minùs extraneos eidem non subjectos aliosve populos, qui numos ex intrinseca eorundem bonitate, & non ex charactere, seu valore impositio æstimant, obliget, *Bald. in d. cap. quantò.18. extr. de jurejur.* ubi ait, Auctoritas characteris & impositius valor non est omnibus communis, sed illis tantum, qui sunt sub eodem Imperio & parere tenentur, non autem ligat exteros, qui non tenentur recipere monetam, nisi secundùm qualitatem materiæ, quæ ligat omnes. *Anton. Faber de variis numor. debitorum solution. cap.1 pag. mihi 16.17.18. & seqq.* Dissentit Johann. Faber *in Authent. Hoc nisi. C. de solution. & in princ. num.3. Instit. quib. mod. tollit. obligatio*, statuens, quod si princeps constituat, monetam debiliorem currere debere pro alia, quod subditi etiam citra consensum præstitum, id servare debeant, & quod satis hoc statuat eo ipso, quod ordinet novam monetam cursum habere, pro solido & libra, sicut alia fortior currebat, & ita tenendum firmat, sive princeps peccet, sive non, in quo de conscientia, inquit, viderit ipse &c. ut refert, ejusdemq; sententiam improbat *Daniel Mollerus in commentario ad Constitut. Electoral. Saxon. part.2. constitut.28. num.2.*

Monetæ † enim cujuslibet bonitas 11 extrinseca cum ejusdem bonitate intrinseca congruere debet, nec princeps, qui juri gentium obligatur, nudo valore impositio efficere potest, ut detractis imprimis sumptibus monetalibus numus percussus publicè ac perpetuo plus valeat, quam materiæ seu metalli in eo continetur, *argum. d. cap. quantò.18. extr. de jurejurand. l.1. in princ. ibi: publica ac perpetua æstimatio, ff. de contrahend. emption. l.1. & l.3. C. de veter. numism. potest, Deuteronomii cap.25. vers. 13.14. & 15. Exempla ad Roman. cap.3. vers.8. can.1. distinction.14. §. sed naturalia. Instit. de jur. natur. gent. & civil. Hostiens. in cap. quantò. n.3. in fin. Iohann. Andr. num.4. in fin. Panorm. num.11. in fin. extr. de jurejurand. Prosper. Farinac. oper. criminal. part.5. quæst.115. inspection. 1. num. 66. Carol. Molin. in d. tractat. quæst. 100. num. 791. Anton. Faber de variis numor. debitor. solution. cap.18. pag. mihi. 260. & cap. 21. pag. mihi. 284.* Sed potius principes, qui monetas injustè mutant, eisdem præter & ultra legitimum modum valorem imponunt, illis, sine quorum consensu istiusmodi mutationem injustam susceperunt, interesse præstare, omniaq; damna refundere tenentur, princeps enim tanquam custos juris divini, in quo secundum octavum Decalogi præceptum quodlibet falsum, & *Deuter.25. vers.13.14. & 15.* falsa mensura in specie prohibita est, falsum in mensuris seu monetis, per quas omnes res æstimari debent, *d.l. si ita 42. ff. de fidejussor.* committendo, longè gravius contra jus divinum, & jus gentium peccat, quàm privatus, & in conscientia tutus esse nequit, nisi ablata restituatur, *can.1. in princ. ibi: non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. caus.14. quæst.6. Hostiens.*

*Hostiens.num.3.in fin. & ibi etiam Alexand.de Nav. num.63.in fin. ext. de jurejurand. Albert. Brun.de augment.& diminut. monet.præsuppo-sit.1 num.4.vers.& cavere debent Principes, Carol.Molin.de usur.& fructib.quæst.*100 *n.*794. *Prosper.Farinac.oper.crimin.part.5.quæst.*115. *inspection.1.num.56.& 57.Petr.Denais.de jur. Camer.lit.M.in verb.monetarium edictum.*

22 Facta † igitur monetæ mutatione secundùm bonitatem extrinsecam, hoc est, valore ejusdẽ aucto vel diminuto, quomodo tum solutio à debitore expedienda, & utrum æstimatio monetæ solvendæ ad tempus contractus, an verò ad tempus solutionis referenda sit, non eadem Interpretum nostrorum est opinio, à quibusdam etiam quæstio hæc admodum perplexè & obscurè est tradita, uti præter multos alios conqueruntur, *Rener. Budel.de re numar.lib.2.cap.2.n.9.Andr.Knich. de Saxon.non provocand.privileg.cap.5.nu.*318. *Ernest.Cothman.d.consi.34.nu.3. & seqq. vol.1.* Præterquam enim, quod nonnulli eorũ in expositione hujus quæstionis inter mutatam bonitatem monetæ intrinsecam & extrinsecam, non tam accuratè distinguant, quidam etiam non exprimant, de qua obligationis pecuniariæ specie, an de ea, ad quam certa monetæ species debetur, an de ea, ad quam genus seu quantitas tantum pecuniæ in qualibet moneta solvenda est, seu obligatione pecuniæ generica & imaginaria, puta super florenis, thaleris usualibus suam opinionem intellectam velint, ii ipsi Interpretes formulis etiam loquendi, & sententiis inter se discrepant, quibusdam contendentibus, valore monetæ imposititio tantum intra tempus contractus & solutionis mutato, æstimationem seu valorem numorum etiam in eadem & diversa monetæ specie, ad valorem temporis contractus expediendam esse, quibusdam verò statuentibus, æstimationem pecuniæ debitæ, ad tempus quidem contractus referendam, solutionem verò in eadem vel diversa materia, secundùm valorem temporis solutionis explicandam, quibusdam verò asserentibus, æstimationem numorum debitorum etiam ad tempus solutionis referendam, & solutionẽ etiam in eadem vel diversa materia, secundùm valorem temporis solutionis faciendam esse. Quorum terminorum & sententiarum, item intrinsecæ & extrinsecę bonitatis monetarum confusionem, quarum hanc nonnulli Interpretum illorum vel solam etiam, citra consideratione intrinsecæ bonitatis monetarum, in obligationes deduci statuũt, & proinde inter obligationem numorum super certis speciebus contractam, & genericam obligationem accuratè nõ distinguunt, atque exinde subsecutarum opinionum perplexitatẽ circa hanc quęstionem præter alios inprimis etiam notant, *Andr. Kohl exercitat. legal. cap.* 19.*nu.*1. *Additionat.ad quæst.monetar. Hiller. ordine tertiam, Anno* 1623. *Spiræ editam,* §. *monendum quoq; pag.mihi* 106.*& Ernest.Cothman.consil.* 34.*n.*98.*& seqq.vol.*1.

Ex qua † opinionum & obligationum varietate, terminorum & casuum confusione hæc etiam incertitudo provenit, ut vel tempore contractus vel obligationis tempore circa solutionẽ numorum debitorum spectato, nihilominus controvertatur, utrum commodum & incommodum augmenti & diminutionis monetæ, uti complures Interpretes conten- 23

 dunt,

dunt, hocce in casu solius debitoris, & vicissim solutione numorum debitorum ad valorem secundùm tempus solutionis expendienda, nihilominus iterum controvertatur, an hocce in casu commodum & incommodum augmenti & diminutionis valoris monetæ, hoc in casu, soli creditori, uti quamplurimi Dd. faciunt, adjudicandum sit.

24 Numis † enim non in genere, sed in specie debitis, & secundùm bonitatem extrinsecam intra tempus contractus & solutionis mutatis, solutionis verò tempore in eadem vel alia forrassis monetæ specie, tempore solutionis currente, ad æstimationem seu valorem, secundùm tempus contractus solvendis, commodum & incommodum augmenti & decrementi illius, secundùm Dd. inprimis eos, qui valorem numis prorsùs substantialem, & secundùm eum monetas in contractibus deduci statuunt, & hocce in casu tempus contractus inspiciendum statuunt, rectè & reverà debitori attribuitur, quoniam aucto valore numorum debitorum pauciores præstare teneretur, diminuto verò valore plures, & vicissim numis in specie debitis, secundùm valorem imposititium mutatis, & in eadem vel alia monetæ specie secundùm valorem temporis solutionis solvendis, secundùm Dd. huic opinioni addictos, augmentum & decrementū valoris creditori rectè adjudicatur, quoniam aucto valore & æstimatione specierum creditarum, debitor pauciores species, diminuto verò valore earundem plures solvere teneretur.

25 At quando † non certa numorum corpora seu species, sed certa pecuniæ summa seu quantitas, adeoque pecunia in genere, puta 100. floreni, 50. thaleri usuales, vel 60. libræ debentur, tum solutione istius pecuniæ debitæ in aliis monetæ speciеb. ad valorem temporis contractus expedienda, & forte thalero Imperiali, qui tempore contractus 36. albis valebat, sed tempore solutionis 45. albis æstimabatur, ad valorem contractus expediendo, tum commodum istiusmodi augmenti valoris numorum intra tempus contractus & solutionis creditoris, uti & incommodum diminuti valoris numorum ad ipsum pertineret, si valor intra tempus contractus & solutionis numorum solvendorum diminutus fuisset, ita quidem ut in casum aucti valoris thalerorum Imperialium intra tempus contractus, quo 36. albis valebant, & tempus solutionis, quo 45. albis æstimabatur, creditor 400. florenorum ad 27. albos solutione numorum debitorum ipsi in thaleris Imperialibus, secundùm valorē temporis contractus solvendorum à debitore 300. thaleros consequeretur, cùm alias debitor, solutione secundùm valorem temporis solutionis expedienda, præstando 240. thaleros Imperiales in 45. albis, ea obligatione liberari posset. Rursus & è contrario pecunia in genere debita, in numis ob valorem temporis solutionis, puta 400. florenos 27. alborum in thaleris Imperialibus, secundùm tempus solutionis ad 45. albos æstimatis, quorum valor tempore contractus 36. tantum alborum fuit, secundùm tempus solutionis in aucto illo valore 45. alborum reddendis, istiusmodi augmenti valoris commodum debitoris esset, atq; ita propter auctum eorundem valorem creditori

tori pauciores Imperiales, nimirum 240. duntaxat Imperiales præstare, atque ita 40. Imperiales propter eorundem valorem citra tempus contractus, & tempus solutionis lucrari posset; uti vicissim damnum diminuti valoris numorum seu thalerorum Imperialium hocce in casu ad debitorem pertinuisset.

26 Unde † patet, quod priori in casu, nimirum numis in specie debitis, & secundùm valorem impostitium mutatis, solutione in alia numorum specie, secundùm valorem temporis contractus expedienda, commodum & incommodum augmenti & diminutionis monetæ debitoris sit; solutione verò numorũ debitorum in specie per alias monetas ad valorem temporis solutionis expedienda, istiusmodi augmenti & decrementi valoris monetæ commodum & incommodum creditoris sit. Posteriori verò in casu, si pecunia in genere, puta floreni seu thaleri usuales debeantur, & ad valorem temporis contractus solvendi sint, commodum & incommodum aucti & diminuti valoris numorum creditoris erit, ad valorem temporis solutionis solvendis florenis seu thaleris usualibus commodũ & incommodum talis augmenti & decrementi debitoris erit. Ex quibus omnibus apparet, quod hodie inprimis in tanto monetarum abusu, citra distinctionem obligationum, ad quas pecunia vel in specie, vel in genere debetur, hujusmodi variati valoris monetarum, augmenti & decrementi commodum & incommodũ debitori vel creditori tam promiscuè seu simpliciter & indefinitè citra ulteriorē declarationem, uti à plerisque Interpretum nostrorum fit, adjudicari seu applicari nequeat.

Meo † (salvo tamen cujuslibet rectiùs sentientis) judicio quæstio hæc de obligatione pecuniaria super certis speciebus pecuniæ contracta, si valor specierum debitarum intra tempus obligationis & solutionis mutatus sit, hodie tantoperè non controverti poterit, eò quòd numi in specie crediti, & in obligatione & in solutione sint, ac proinde solutio in alia numorum specie regulariter creditori invito obtrudi nequeat, eò quòd semel deberi cœptum, ita etiam deberi, continuetur, *l.cum quid, 3. ff. de reb. cred.* & non nisi in jure definitis modis deberi desinat, *l.obligationum fere, 44. ff. de oblig. & act. Anton. Faber de variis numor. debitor. solut. cap. 13. pag.* 193. nisi species creditæ non amplius extent, aut quod perinde est, difficulter admodum comparari possint, vel quacunque alia ratione in facultate solvendi esse incipiant, tum enim solutio in moneta currente & usuali fieri potest, prestando tantam numorum debitorum æstimationem, quanti species creditæ tempore solutionis secundùm bonitatem intrinsecam & extrinsecam, in quavis alia moneta currente æstimari possunt, aucti & diminuti valoris specierum creditarum, commodo seu incommodo simpliciter sine ulla distinctione relati valoris monetarũ solvendarum ad tempus contractus, vel ad tempus solutionis in totum creditori adjudicato, *argum. l.si Kalendis, 11. ff. de re judic. l.fundum, 28. ibi: præsens æstimatio, ff. de novation. l.hominem, 37. in princ. ff. mandat. l.vinum, 22. ff. de reb. cred. Panormitan. in cap. quantò, 18. num. 12. ext. de jurejur. Gail. lib. 2. observat. 73. num. 7. Iohan. Fichard. consf. 47. num. 2. vol. 1. Ernest. Cothman. consf. 34.* 27

conf. 34. num. 35. 44. & 45. vol. 1. uti etiam suprà class. 2. quæst. 1. à me propositis dubitandi & decidendi rationibus latiùs ostensum est.

28 Qua † de causa hodie cardo hujusce quæstionis controversæ, quomodo monetæ bonitate extrinseca tantum seu valore ejusdem imposititio intra tempus contractus & solutionis mutatis, solutio expedienda sit, potissimùm in obligatione generis pecuniæ, ad quam non certa species debetur, atque ita pecuniæ valor & æstimatio tam in obligatione, quàm in facultate solvendi est, qualis exemplo specierum creditarum ex post facto crescere nequit, *l. omnis, 138. §. nunquam, 1. ff. de reg. jur. Anton. Faber de variis numor. debit. solut.* verti & consistere videtur, quamvis propter adjudicatũ commodum vel incommodũ aucti & diminuti valoris monetarum nunc debitori ex tempore contractus, nunc creditori ex tempore solutionis adjudicato, vel Classici etiam & præcipui Dd. nostrorum de obligatione super certis numorum speciebus accipiendi videantur, uti videre est, *apud Mynsing. cent. 4. observ. 1. num. 1. 2. & 3. & Andr. Gail. 2. observ. 73. num. 9.* qui ab Interpretibus nostris in hac quæstione, ut dissentiẽtes allegari solent, *item Alb. Brun. de augm. & diminut. monet. præsuppofit. 2. part. 6. ubi nu. 1. & 2.* mutata pecuniæ bonitate extrinseca, seu valore in obligatione specierum tempus contractus seu dispositionis inspiciendum statuit, sed *num. 3. vers. ubi autem intervenisset, &c.* in obligatione pecuniæ generica tempus solutionis attendẽdum putat, ut proinde concertatio Dd. nostrorum circa hanc quæstionem non minima ex parte etiam ex confusione obligationis pecuniariæ ad certas species monetæ, & obligationis pecuniæ in genere debitæ, seu imaginariæ exorta esse videatur.

Ipsammet † autem quæstionem nunc 29 aggrediendo, multi Interpretum nostrorum existunt, statuentes, si intra tempus contractus & tempus solutionis monetæ bonitas extrinseca mutata, hoc est, aucta vel diminuta fuerit, quod æstimatio & valor quidem secundùm tempus contractus consideranda, & pecunia debita in eodem valore, in quo est credita, reddenda, atque sic commodum & incommodum augmenti & decrementi valoris monetę intra tempus contractus & tempus solutionis in obligatione generica creditoris sit, quam opinionem præter alios ab ipsis allegatos præcipuè tuentur *Panormitan. in cap. quantò, 18. num. 12. vers. venio ad secundum, ext. de jurejurand. Iason in l. 2. quæst. 36. C. de jur emphyt. Alexand. num. 16. Bolognet. num. 4. Dec. num. 56. Curt. jun. num. 23. Donell. num. 11. & 12. ad l. cum quid, 3. ff. de reb. cred. Covarruv. de veter. numism. collation. cap. 7. §. unic. num. 1. Anton. de Butrio, & Panormitan. num. 12. & 32. in cap. quantò, 18. ext. de jurejurand. Francisc. Curt. in tract. de monet. num. 13. Iohan. Aquil. de monet. part. 2. theorem. 1. vers. altera conclusio, Albert. Brun. de augmen. & diminut. monet. part. 2. particul. 3. num. 1. & seqq. Carol. Molin. de usur. & fructib. quæst. 92. nu. 693. Andr. Knich de Saxon. non provocand. jur. cap. 5. num. 325. & seqq. Bocer. de jur. monet. num. 150. & seqq. Francisc. Hottoman. illustr. quæst. 15. ad fin. Berlich. part. 2. practicab. conclus. conclus. 36. num. 5 & seqq. Petr. Wesenbec. consil. 38. num. 24. & seqq. Besold. part. 2. conf. 58. num. 19. conf. 60. per tot. conf. 61. num. 39. & per tot. conf. 63. in append. num. 32. & seqq. & conf. 81. num. 1. & seqq. & part. 3. conf. 99. nu. 1. & seqq.*

& seqq. & cons.142.num.38.& seqq. Marc. Anton. de Amatis decis.162. per tot. Matth. Ranchin. & Ferrer. in annotat. ad decis. Guid. Papæ 493. Coras. lib.3. miscellan. jur. cap.13. num.5. & in l. vinum, num.7. ff. si cert. petat. dicens, se nuper plerisque licet reclamantibus ita respondisse, *Schrader. de contract. tit.24. de empt. vendit. num.42. & cons.6. num.135. vol.1. Paul. Matth. Wehner. observat. pract. lit. G. verb.* Goldgülden/rc. *pag.255. vers. mutatione monetæ factâ, Frider. Martini in tract. de jur. cens. cap.5. num.66. & seqq. Ioh. Rudolph. Werner in discurs. Acad. super quæst. ecquid in solutionibus tempus contract. vel solut. inspic. num.16. & seqq. Philipp. Henric. Hœnon. disp.3. de divers. reg. jur. l.10 q.2. Nobiliss. Dn. David Döring. tom.1. Bibliothec. juris consult. lit. A. verb.* Ablösung oder Widerkauff *num.3. pag.20. Dan. Moller ad constitut. Elector. Saxon. part.2. const.28. n.2. Treutl. vol.1. disp.20. thes.12. lit.c. & vol.2. disp.29. thes.2. lit.c. Matth. de Afflict. decis.194. per tot. Nicol. Eberhard. à Middelburg cons.115. num.1. & seqq. Marian. Socin. cons.145. num.1. & seqq. Anton. Gabriel. commun. conclus. lib.3. tit. de solut. & liberat. conclus.1. num.1. Cephal. cons.31. num.8. Socin. jun. cons.145. num.94. Fichard. cons.30. num.5. vol.1. Regner. Sixtin. Cons. Marpurg. vol.2. cons.12. nu.170. & seqq.* ubi hanc sententiam veriorem æquiorẽ, Dd. nostrorum suffragiis magis communiter receptam, & insignium curiarum præjudiciis & decisionibus magis comprobatam refert, quod in specie multis firmatum videre licet apud Jacob. Aleman. *in palæstrâ consult. 8. quæst. princ. 2. pag. 603. & seqq.*

Rationes dubitandi.

30 Primò † enim de natura contractus mutui esse ajunt, ut res credita in eadem bonitate & qualitate, cumprimis nō deterior, quam credita est, in eodem genere rerum, quæ sui natura functionem recipiunt, nobis restituatur, *d. l. cum quid, 3. & ibi Dd. communiter, ff. de reb. credit.* unde consequens est, inprimis valore monetæ aucto, quòd debitor creditori monetam usualem ad æstimationem temporis cōtractus omninò solvere in minori valore queat, nec augmentum illud, aucti videlicet valoris monetæ attendi debeat; præcipuè verò quod contrahentes tempore contractus de mutatione futuræ æstimationis monetæ sensisse nō præsumantur, sed de ea tantùm, quæ tempore contractus credita fuit, *Alberic. de Rosat. in l. vinum, 22. ff. de reb. credit. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. præsupposit. 2. partic. 4. num.2. vers. nec etiam contrahentes senserunt, Fichard. cons.30. n.1. vers. cum autem iste, vol.1.*

2. Ratio dubitandi.

Deinde † debitæ antiquæ monetæ, si 31
fortassis non amplius in usu, aut comparatu difficilis sit, æstimationem non secundùm tempus solutionis, sed secũdùm tempus contractus solvendam esse, apertissimis verbis prædicti Interpretes asserunt *in cap. cum Canonicis, penult. ext. de censib. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. præsuposit. 2. part. 5. n.1. & 2.*

3. Ratio dubitandi.

Tertiò † hæc sententia etiam confir- 32
matur ex eo, quòd in quovis negotio, quolibet etiam contractu, & quacunque dispositione semper initium ejus respiciatur, quid nimirum, quale, quantumq; in eandem introductum sit, *l. Rutilia Polla, 69. ff. de contrah. empt. l. uxorem, 41. ff. de legat.3.*

gat.3.si ita esset,7.in fin.ibi: hac demonstratione meum præsens, non futurum tempus ostendi, ff.de aur.& argent.legat.cap.olim,20.ext.de censib. adeoq; quotiescunq; de debiti solutione expedienda questio incidit, tempus contractus inspicitur, *argum.l.Rutilia Polla,69. ff.de contrah.empt.l.venditor,2.§.in hereditate, 1.ff.de hered.vel act.vendit.l.si filiusfamilias,78. ff.de verb.obligat.l.non omne,144.§.1.ff de reg. jur. Anton. Faber de variis numor.debitor.solut. cap.4.pag.86.& pag.90.item cap.5.pag.95. Anton. Gabriel. commun. conclus.lib.3.tit.de solut.conclus.1.num.2. Alderan.Mascard.in tract. de statut.interpret.conclus.6 num.54.* Qua de causa in solutione numorum debitorum ad initialem eorundem æstimationem, qualis fuit tempore contractus vel dispositionis, non ad eorundem ex postfacto mutatum valorem respiciendum fuerit.

4. *Ratio dubitandi.*

33 Atq; † idipsum pro dubitandi ratione Quarta in obligatione, ex qua pecunia debetur, tantò magis, quod pecunia præ cæteris rebus certa sit, eademque omnes res æstimentur, nec juramentum in litem in ea locum inveniat, *l. numis depositis,3.ff. de in lit.jurand.l.stipulationum,74.ff de verb. oblig.l.1.ff.de condict.trit.* ac proinde propter futuros incertos eventus, seu subsecutam mutationem valoris monetæ, contractus initio certos ad quãdam incertitudinem redigi non oportet, *argum.l.in omni,2.ff.de jur.& fact.ignorant.junct. l.certi condictio,9.ff. de reb.credit.*

5. *Ratio dubitandi.*

34 Quinta † dubitandi ratio est, quod is, qui dominus rei est, omne etiam ejusdem periculum sustinere teneatur, adeoq; res quælibet periculo sui domini intereat, deterioretur & augeatur, *l.pignus,9.C.de pignorat.act.l.incendium,11.C.si cert.petat.* At verò debitor protinus, ac si ei numerata est pecunia, fit dominus pecuniæ creditæ, *l.mutuum damus,2.§.appellata est,2.ff.de reb. cred.* Quapropter naturalis æquitatis dictamini nihil magis consentaneum est, quàm debitorẽ, qui periculum amissionis, diminutionis, deteriorationis pecuniæ creditę sustinere cogitur, eundem etiam commodum & incommodum adaucti valoris monetarum intra tempus contractus & solutionis, pro varietate obligationum recipere, *argum. l.secundùm naturam,10.ff.de reg.jur.* Atque sic ad obligationem etiam genericam super thaleris usualibus vel florenis contractã, creditori monetas currentes, nõ secundùm valorem temporis solutionis, sed secundùm valorem temporis contractus expendere tenebitur.

6. *Ratio dubitand.*

Sexto † quælibet dispositio contractus 35 & negotium, secundùm Brocardicum illud, seu clausulam vulgarem, Rebus sic stantibus intelligitur, *argum.l.cum quis,38. ff.de solut.& liberat. l. quod Servius,8.ff.de condict.ob caus.l.quæro,54.§.inter locatorem,1.ff. locat.Viv.lib.2.commun.opin. in verb. conducto, Cæpoll.de servitut.urban.præd.cap.50.num.11. Roman.cons.23.num. 22. Iacob. Aleman.in palæstra consult.8.quæst.princip.2.pag.609.vers. quod omnis obligatio.* Quamobrem contrahentes initio creditæ pecuniæ illam etiã clausulam subintellectam voluisse, ad valorem pecuniæ creditæ, qualis tunc fuit respexisse, nec de futura ejusdem mutatione cogitasse, sed valorem temporis contractus reservasse censentur.

7. *Ratio*

7. Ratio dubitandi.

36 Septimò † Leges, rescripta Principum, Statuta ad nova tantum & futura negotia, non verò ad præterita referuntur, nec negotiis ante perfectis, eorumq; certitudini quicquam derogant, *l. leges, 7. C. de legib. Novell. 19. cap. quia verò, 1. Petr. Peck. de testament. conjug. lib. 4. cap. 25. Molin. de usur. & fructib. quæst. 92. num. 4. & seqq.* Unde consequens est, edictis monetariis recentioribus, valori monetarum initiali, qualis fuit tempore contractus nihil quicquam derogari, nec alterutri contrahentium, jus, quod tempore cōtractus acquisitum habuit, novis monetariis edictis inferri posse, *argum. l. fin. ff. de pact. l. id quod nostrum, 11. ff. de reg. jur. l. 2. ff. de his, qui sui vel alien. jur. sunt, cap. non debet, 22. de reg. jur. in sexto. Bald. in l. 2. C. de servit. & aq. Gail. lib. 2. observat. 56. num. 2. Vultej. Consil. Marpurg. vol. 3. cons. 21. num. 108. Iohan. Georg. Besold. inter consilia filii sui Christoph. cons. 60. nu. 45. part. 2. Christoph. Besold. cons. 39. num. 145. part. 3. ubi ex Gail. ita observatum dicit in causa* Gottschalck à Segraid / *contra Nicolaum* Weissermann / *Anno 68. Iohan. Christoph.* Dornsperg *in respons. jur. de trib. quæst. monetar. num. 143. Frideric. Martin. in tract. de jure cens. c. 5. nu. 35. & seqq. ubi latè.*

8. Ratio dubitandi.

37 Octavò † monetarum valore non ad tempus contractus, sed ad tempus solutionis accommodato, pecuniæ debitæ quantitas semper incerta, & cuivis mutationi valoris monetę, quâ hodie nihil frequentius, obnoxia fuerit: qualis incertitudo non toleranda est, utpote, quæ alias omnem actionem & dispositionem vitiet, *in l. cum duo, 17. ff. de in diem addiction. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. cas. 188. num. 1. & seqq.*

9. Ratio dubitandi.

Nonò † valore monetæ adaucto, & 38 debitore admisso ad solvendum numos debitos, in valore currente tempore solutionis, creditor nimium & ultra modū gravaretur, cumprimis tempore summi abusus monetarum, quod facilè recurrere posset, ubi intra quadriennium & circiter thalerus Imperialis An. 1618. 25. baciis, Anno verò 1622. & seqq. 75. baciis circiter æstimabatur, & in eadem proportione cæteri etiam numi aurei & argentei quoad valorem excreverant, ultra triplum etiam læderetur, atque sic in summa debita 500. florenorum usualium, quam debitori Anno 1619. in 300. thaleris Imperialibus ad 25. bacios tum temporis æstimatos credidit, in usuali illa immodica æstimatione Imperialium, ad valorem 75. florenorum tertiam tantum partem summæ creditæ, 100. nimirum thaleros Imperiales reciperet, & pro mutuationis beneficio ducentos Imperiales amitteret. Cujusmodi summa iniquitas & læsio ultra dimidium etiam, juri divino & humano omninò repugnat, tum propter communem dilectionis regulam, ut quæ sibi quisque bona provenire vult, eadem & proximo velit, & quæ sibi accidere mala non vult, & proximo nolit, *Tobiæ cap. 4. vers. 16. Matth. cap. 7. vers. 12. Lucæ 6. vers. 31. rubric. & tot. tit. ff. quod quisque jur. in al. August. de ver. relig. cap. 46.* tum verò etiam quod omnibus in rebus, maximè tamen in jure æquitas spectanda sit, *l. in omnibus quidem, 90. ff. de reg. jur. Wilhelm. Antonii de rescript. morat. conclus. 63. nu.* 208. & nemo cum damno & detrimento

 alte-

alterius locupletari, *l. nam hoc natura*, 14. *ff. de condiction. indeb. Hartm. Pistor lib. 2. quæst.* 43. *num.* 3. adeoque nemini per alterum iniqua conditio inferri debeat, *l. non debet*, 74. *ff. de reg. jur. Wilhelm. Antonii de rescript. morat. concl.* 3. *nu.* 49.

10. *Ratio dubitandi.*

39 Decimò † sententia hæc de solutione numorum debitorum, quoad valorem & bonitatem eorundem extrinsecâ mutatorum, nõ tempus solutionis, sed tempus contractus inspiciendum esse, non solùm jure communi, sed etiam multis præjudiciis Camer. Imperial. confirmata esse asseritur, *teste Mynsingero cent.* 4. *observ.* 1. *num.* 4. *Bernhard. Grav. ad lib.* 2. *observat. Andr. Gail. conclus.* 73. *consider.* 2. *coronid. remissivo, in fin. Christian.* Barth *part.* 3. *sentent. Cam. pag.* 247. *lit. G. pag.* 900. *lit. E. & pag.* 1139. *lit. D. Sixtin. de regal. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 151. ubi hanc sententiam iterum tanquam veriorem, & juri æquitatiq; magis consentaneam etiam præjudiciis tam Cameræ Imperialis, quàm stilo aliorum etiam Collegiorum & Curiarum approbatam esse ex allegatis ibidem Dd. aliquantò latius refert. Cujusmodi præjudiciorum & sententiarum Cameræ Imperialis, quibus debitoribus numos debitos secundùm valorem temporis cõtractus reddere injunctum fuit, vel quatuordecim etiam videri possunt, ad finem discursus & responsorum juris trium, Bartholomæi, Volckmari & Johan. Wolfgangi Hilleri *nundinis autumnalibus Anni* 1623. *Spiræ editarum, à pag.* 110. *& seqq. usque ad fin. tractat.* Nec minus hanc sententiam judicando aliquoties comprobâsse Senatum Imp. aulicum, den Keyserlichen Reichshoff-Raht/ ex ipsis Dominis Consiliariis se non semel audivisse, & juxta eandem in nupero Conventu Ratisbonensi, in Senatu Imp. aulico decretum fuisse mandatum sine clausulâ in causâ Oldenburg/ contra Lübeck/ 4. die April. Anno 1623. cumque Cæsarea Majestas consilii aulici eâ de re judicium requisivisset, unanimiter illos ita in jhrer Relation vnd Guttachten respondisse 2. Maji, Anno 1624. refert & testatur Dn. D. Theodor. Reinkingk Hassiæ superioris Procancellarius *in tract. de retract. consang. quæst.* 6. *sub n.* 191.

Vltima ratio dubitandi.

Ultimò † & postremò sententia hæc de solvendis numis debitis, ad valorem temporis contractus, statutis & consuetudinibus multorum locorum, cumprimis in Electoratu Saxonico, *secundùm Novell. Constitutionem Dn. Augusti Electoris part.* 2. *constit.* 28. *ubi etiam Daniel Moller.* item in Archiepiscopatu Moguntinensi & Trevirensi, nec non Ducatu Coburgico, Principatu Hassiæ, &c. *teste Rudolph. Werner in discursu Academ. super quæst. ecq; in solut. tempus contract. deb. vel solut. insp. num.* 64. *& seqq. Aleman. de jure monet. consult.* 8. *decis.* 18. tanquam juri & æquitati magis conformis recepta & approbata est, ut proinde eadem in judicando & decidendo magis sequenda videatur. 40

Rationes decidendi.

Verùm † præmissæ Interpretum opinioni non minoris authoritatis Dd. & Canonistæ directò refragantur, statuentes extrinseca tantùm bonitate monetæ mutatâ, seu valoris ejusdem imposititii citra mutationem bonitatis intrinsecæ, mutatione tantum contingente, & solutione 41

tione in alia monetæ specie, quàm credita est, expediendâ, tum æstimationem istorum numorum solvendorum, non secundùm tempus contractus, sed secundùm tempus solutionis ineundam esse, adeoq; commodum augmenti & decrementi monetæ in obligatione generica ad debitorem spectare, quam opinionem præter complures alios Dd. ab ipsis allegatos tuentur *Br. ad l. cum quid. 3. num. 16. & 17. ff. de reb. credit. & in l. Paulus. 101. nu. 7. 8. 9. & 10. ff. de solut. & liber. Andr. de Isern. in cap. un. §. moneta. num. 25. & ibidem etiam Matth. de Afflict. quæ sint regal. lib. 2. Feud. 56. Andr. Gail. lib. 2. observat. 73. num. 9. Wesenb. in comment. de reb. cred. n. 12. ad fin. Schneidw. ad § sequens. 15. Inst. de action. num. 15. Fachin. lib. 2. controvers. cap. 9. versic. Tertia est sententia vera & communis. Iohann. Zanger. de except. part. 3. cap. 1. num. 137. & seqq. Iohan. Borcholt. de reb. credit. cap. 7. num. 17. & ad cap. un. quæ sint regal. num. 58. & seqq. Anton. Faber de variis numor. debitor. solution. cap. 8. & cap. 9. cap. 23. & cap. 24. hinc inde. Budel. de re numar. libr. 2. cap. 2. conclus. 2. n. 23. & seqq. item cap. 10. per tot. Andr. Rohſ exercitat. legal. cap. 19. n. 2. & seqq. Ant. Gabr. lib. 3. comm. conclus. de solut. & liberat. conclus. 2. num. 1. & seqq. Francisc. de Aretio cons. 11. num. 2. & 3. ubi hanc sententiam communem refert. item consil. 112. versic. sed quando sit narratio temporalis. Iacob. Menoch. consil. 49. nu. 9. & seqq. & inprimis etiam cons. 138. num. 9. & seqq. vol. 2. Ernest. Cothmann. consil. 34. num. 101. 102. & seqq. vol. 1. & consil. 50. num. 29. & seqq. vol. 4. Ioan. Saporta in tr. de mora, cap. 3. num. 76. Petr. Nicol. Mozz. in tr. de contr. rubr. de natur. mutui, n. 10. & seq. Hercul. Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 94. n. 11. & seqq. ubi pariter de cõmuni, & ita quoq; Rot. am pluries tenuisse in specie testatur, Modest. Pistor. cons. 23. n. 30. & seqq. vol. 1.*

1. *Ratio decidendi.*

Pro † hac verò opinione, de solvendis 42
nimirum numis debitis, ad valorem eorundem secundùm tempus solutionis primò facit, quotiescunque illud ipsum quod solvitur, non est in obligatione, sed in facultate solvendi, quod tunc in ineunda æstimatione rei petitæ non tempus præteritum, seu obligationis, sed tempus præsens solutionis nimirum spectetur, *l. fundum. 28. prope fin. ibi: præsens æstimatio fundo petito rectè consideretur, ff. de novation. l. hominem. 37. in princ. ff. mandat. l. cum certum. 9. ff. de aur. & argent. legat. l. si Kalendis. 11. ff. de re judicat. l. vinum. 22. & ibi Dd. communiter, inprimis Donell. n. 8. & seqq. ff. de reb. credit. Bartol. in d. l. cum certum. 9. ff. de aur. & argent. legat. Anton. Gabriel. lib. 3. commun. conclus. sub tit. de solution. conclus. 2. num. 4. Anton. Faber de var. numor. debitor. solut. cap. 21. versic. tum ergo, D. Kitzel. in exeges. de obligation. mutui, cap. ult. num. 191. & seqq. Ioann. Grivell. decis. Senatus Dol. ini. 36. num. 2.* At verò in obligatione pecuniæ, ipsamet pecunia debita, qualis & quanta credita fuit, est in obligatione, æstimatio verò seu præstatio ejusdem in qualibet alia pecunia, in facultate tantùm solvendi, siquidem in pecunia non tantum valor ejus extrinsecus, seu æstimatio ejusdem, sed intrinseca etiam bonitas, seu materia & pondus spectatur, *l. 1. in princ. ff. de contrah. emption. l. 2. C. de veter. numismat. potest. latè supra quæstione prima.* Unde non minùs verè quàm eleganter Bl. noster *in d. l. cum quid. 3. § tertii dicunt, versic. sed certè, ff. de reb. credit.* inquit: valor monetæ non est in obligatione, sed venit ab extra, adeoq; in contractu mutui non faciendi, sed dandi versatur obligatio, in qua æstimatio in vicem rei debitæ

tæ regulariter succedere non solet, *l. ubi autem. 75. §. fin. & l. stipulationes. 72. ubi etiam Br. ff. de verb. obligat. Wesenb. in parat. ff. de reb. credit. num. 12.* Qua de causa valore numorum solvendorum extrinseco tantùm intra tempus contractus & solutionis mutatò, æstimatio seu præstatio eorundem in alia pecunia, qualis secundum receptam consuetudinem & quandoque ob necessitatem etiam, re in obligationem deductâ non amplius extante, in facultate solvendi ex parte debitoris posita est, non secundum tempus contractus seu obligationis, sed secundum tempus solutionis ineunda fuerit.

2. *Ratio decidendi.*

43 Deinde † hæc sententia etiam confirmatur ex eo, licet in commerciis & omni contractu pecunia aurea vel argentea non deducatur in obligationem seu dispositionem, tanquā massa, nec tanquam rudis quantitas metalli, sed tanquam pecunia signata, *d. l. 1. in princ. ff. de contrah. emption. l. planè. 34. §. sed si non. 2. ff. de legat. 1.* quod tamen valor numorum impositius vel extrinsecus seu casualis solus, seu sola ab omni materia abstracta & generica quantitas numorum non consideretur, sed principaliter ipsummet corpus pecuniæ, ejusdemq; pondus & materia sub ratione valoris extrinseci attēdatur, *d. l. 1. in pr. ibi: usum dominiumq; non tam ex substantia præbet, quam ex quantitate, ff. de contrah. empt. & l. 2. & l. fin. C. de veter. numism. potest. lib. 11. Bald. in cap. quanto. 18. extr. de jurejurand. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. præsuppositíon. 1. num. 17. & seqq. & ipsemet Carol. Molin. d. tractat. de usur. & fruct. quæst. 92. num. 703. §. ex quo sequitur.* Unde pari ratione consequens est, quod valor pecuniæ solvendæ non ad tempus obligationis, in quam sola pecuniæ æstimatio non venit, sed secundum tempus solutionis, exemplo aliarum rerum æstimandarum, si mora non intervenerit, referendus sit.

3. *Ratio decidendi.*

Tertia † decidendi ratio est, quòd edicta monetaria, quibus valor minorum augetur vel minuitur, juris publici sint, & vigorem ll. generalium obtineant, *argumento l. jura non in singulas personas. 8. ff. de legib.* & proinde augmentum vel diminutio monetæ, ex Edicto monetario tempore solutionis vigente, proveniens, non minùs creditori in casum diminuti valoris monetæ, quàm debitori in casum aucti valoris respectivè prodesse & obesse debeant, *argum. l. secundùm naturam. 10. ff. de reg. jur. cap. qui sentit. 55. de reg. jur. in sextò Matth. Coler. cent. 1. consil. 1. num. 265. & consil. 29. num. 7.* 44

4. *Ratio decidendi.*

Atque † idipsum pro decidendi ratione Quarta tantò magis, quando istiusmodi Edicta monetaria universalia & perpetua, seu sine definitione certi temporis certorumq; contractuum promulgata sunt, tum enim secundùm illa controversias monetarias incidentes, partium peculiari pactione non definitas omninò dijudicari oportet: siquidem LL. cumprimis universales omnium hominum vitas constringunt, & universum omnibus ac singulis parendi necessitatem imponunt, *l. 2. ff. de legib. l. leges ut generales. 3. l. leges sacratissimæ. 9. C. eod. tit.* adeoq; in ferendis sententiis & dandis responsis, tam judi- 45

judices, quam JCtos præcepta legum omninò sequi oportet, *l. nemo judex. 13. C. de sentent. & interlocut. omn. judic. Panormitan. in cap. ex parte. 13. in tertio notabil. extr. de offic. & potest. judic. deleg. Dec. in cap. quoniam contra. 11. num. 6. extr. de probation. Iason. in l. certi juris. 17. n. 9. C. de judic.*

5. Ratio decidendi.

46 Qua † de causa & pro decidendi ratione Quinta commodum augmẽti monetæ, quod ex generali legis provisione citra factum ipsorum provenit, alterutri contrahentium, propter priorem monetæ æstimationem, qualis fuit tempore contractus, sed nova constitutione seu edicto monetario mutata est, nec auferri nec invideri debet, cùm illud ipsum, quod ipsamet lex superioris alicui tribuit, tanquam beneficium legis publicæ alteri ab homine privato auferri nequeat, *auth. lucrum. & ibi Bl. C. de sentent. nupt.* adeoque nemo alienam, sed propriam tantum culpam luere teneatur, *l. 1. C. ne fil. pro patr. l. crimen. 26. ff. de pœn. cap. 2. ext. de his, quæ fiunt à major. part. Garsias de tacit. fideicommiss. nu. 33. Gail. de arrest. Imper. cap. 9. n. 8. Paleothus de noth. & spur. cap. 65.*

6. Ratio decidendi.

47 Atq; † idipsum pro decidendi ratione Sexta tantò magis, quoniam Edictis monetariis, quibus tanquàm salutaribus legibus pro ratione istius temporis, monetarum species, quælibet per albos, grossos aut minores monetas æstimatæ sunt, & quomodo & in quo valore per easdem quælibet summæ collectivæ seu genericæ, puta floreni, thaleri usuales solvendi sunt, secundum æquabilem commensurationem pecuniæ & mercium illius temporis definitum est, non observatis, sed cuivis creditori quantitatem debiti genericam, seu certam summam florenorum, in aliis monetis ad valorem temporis contractus, qualis quoad antiquiores inprimis obligationes antiquatis etiam utplurimùm istius temporis monetis, incertus est, exigere permisso, leges & edicta monetaria redderentur elusoria, totaque Respublica infinitis & inextricabilibus litibus complerетur, quales & inprimis propter quantitatem modicam (uti in justis Edictis monetariis plerunque monetarum valor modicè tantùm mutari solet) *l. scio. 4. ff. de in integ. restitut. l. res bona fide. 54. ff. de contrah. emption.* à quolibet bono Magistratu evitari, & quoad ejus fieri potest, cohiberi debent, *l. properandum. 13. l. apertissimi. 16. C. de judic. l. quidam existimaverunt. 21. in fin. ff. de reb. credit. l. 1. §. inde quæritur. 10. ff. de nov. oper. nunciat. l. si cujus. 13. §. sed inter duos. 13. ff. de usufruct. Andr. Gail. lib. 2. observ. 70. num. 8. & de Arrest. Imper. cap. 10. num. 10. Anton. Faber de var. numor. debitor. solution. cap. 23. pag. mihi 307. Pruckmann. consil. 2. num. 145. vol. 1. Sixt. consil. Marpurg. vol. 2. consil. 21. num. 119. Cothmann. vol. 3. consil. 42. num. 34.*

7. Ratio decidendi.

Quando † enim & pro ratione decidendi Septima publicum etiam & Imperialem monetæ valorem, licet tanquam impositiitius & juris civilis pro circumstantiarum varietate & mutatis temporibus non prorsus & omninò invariabilis sit, sed suadentibus circumstantiis & variatis temporibus, cumprimis propter indigentiam & caritatem metallorum, nec non etiam propter augmentum expensa- 48

penſitum monetalium, variari poſſit, attamen iſtiuſmodi mutationem non injuſtam prorſus & immodicam, ſed æqualem & materiei ponderi & valori monetarum proportionatam eſſe, atque ita in imponendo valore publico & Imperiali licet impoſititio, habito reſpectu copiæ & inopię metallorum, nec non etiã ſumptuum monetalium debitam congruentiam, juſtitiæq; & æquitatis rationem, ut extra ſumptus monetales monetæ non plus contineant in valore, quàm materiei & ponderis in iis continetur, haberi, & intrinſecæ bonitatis cum extrinſeca collationem inſtitui oporteat. *argumento d.l.1. in princ. ff. de contrahend. emption. l.1. & l. 3. C. de veter. numiſm. poteſt. lib. 11. cap. olim. 20. extr. de cenſib. Bartol. in l. qui falſam. 19. ff. ad L. Cornel. de falſ. & in l.1. §. fin. ff. de aur. & argent. legat. Innocent. Panormitan. & Canoniſt. communiter ad d. capit. quanto. 18. ext. de jurejur. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. præſuppoſit. 1. nu. 2. & præſuppoſ. 2. num. 3. in fin. Ipſemet Carol. Molin. in d. tractat. de uſur. & fructib. queſt. 100. num. 793. & ſeqq.* Sintemal (*inquit Ioan. Rudolph.* Werner *in diſcurſ. de mutat. monetæ, ejusq; ſolut. nu. 36.*) nicht allein uff bonitatem extrinſecam, vel adparentem, fictam ſive pictam, beſonders auch ad intrinſecam & veram maximè hâc tempeſtate zu ſehen. Rem enim paulò curioſulis oculis mecũ arbitrare, & e.g. conſidera modium frumenti, qui non tantum extrinſecè, ſed & omninò intrinſecè inſpiciendus, dann es nicht gnug iſt / daß der Scheffel voll ſeye / ſondern iſt nötig / daß das Korn gut ſeye / von Sprew / Windhafer und anderm Ungewächs purgieret / ꝛc.

8. Ratio decidendi.

Alioquin † enim & pro decidendi ratione Octava, ſi valor numorum impoſititius, ad nutum Dominorum monetalium citra reſpectum intrinſecæ monetarum bonitatis prorſus variabilis, & ad tempus hujus vel illius contractus, ſeu diſpoſitionis accommodandus eſſet, illud ipſum naturæ monetarum, per quas tanquam certam & uniformem menſuram tempore ſolutionis ſeu incidentis controverſiæ omnes aliæ res & merces, & ipſæ non per pecuniam æſtimari debent, omnino repugnaret, *l. ſi ita. 42. & ibi Dd. communiter, ff. de fidejuſſor. & mandator.* atq; ita pecuniæ certitudo, qualis ſecundum prædicta in æquali & proportionata cõmenſuratione materiei, ponderis & valoris pecuniæ ſecundùm diverſitatem temporum & circumſtantiarum conſiſtere, eidemq; ſecundum illam valor à Domino monetali ſemper imponi debet, in meram incertitudinem ad contractus diverſos & diverſo prorſus tempore celebratos, referendam, degeneraret, quod formæ & fini pecuniæ ad id adinventæ, ut per eã tanquã rem certam & menſuram omnes aliæ res æſtimentur, omninò repugnat, *d. l. ſi ita. 42. ff. de fidejuſſor. & mandator. junct. l.1. in princ. ibi: publica & perpetua æſtimatio, ff. de contrah. emption. l. univerſos. 3. ibi: uniforme pretium. C. de veter. numiſmat. poteſt. lib. 11. l. numis depoſitis. 3. ibi: cum certa numorum ſit æſtimatio, ff. de in lit. jurand. l. 1. in princ. ff. de condiction. triticiar. l. Ideo. 3. ff. de eo, quod cert. loc. l. ſtipulationum. 74. §. certum eſt. 1. ff. de verb. oblig. Carol. Molin. de uſur. & fruct. queſt. 92. num. 697. verſic. Tertia ratio. & num. 698. Andr.* Kohl *exercitation. legal. cap. 18. num. 4. prope fin. verſic. Quar-* 49

Quartò quia de jure obligatio ad pecuniam &c.

9. *Ratio decidendi.*

50 Unde † iterum & pro decidendi ratione Nona consequitur, si alicui creditori quantitas pecuniæ generica, puta thaleri usuales, Zahlthaler/floreni, libræ, marcæ, aliave quantitas generica debeatur, & in thaleris Imperialibus, Regiis aureis, ducatis, aut alia pecuniæ specie solvantur, quòd creditori species istæ secundùm æstimationem temporis solutionis præstandæ sint, atque ita commodum augmenti vel decrementi valoris monetæ debitoris sit, *Anton. Faber de variis numor. debitor. solution. cap.* 24. Et rursus si creditori alicui aurei, ducati, thaleri Imperiales & Regii in specie debeantur, & propter concessam seu relictam debitori facultatem solvendi species debitas in alia moneta, numerus quidem qualitas & intrinseca bonitas specierum debitarum secundùm tempus contractus considerandа, veruntamen in aliis numorum speciebus, itidem in valore secundùm tempus solutionis præstanda sit, adeoq; hocce etiam in casu, uti aliis in rebus valor & æstimatio monetarum ad tempus solutionis exigenda sit, *d. l. fundum. 28. ff. de novation. l. hominem. 37. ff. mandat. Ant. Faber de variis numor. debitor. solution. cap.* 17. *hinc inde.*

10. *Ratio decidendi.*

51 Atq; † hæc sententia de solvendis numis debitis post mutatam eorundem bonitatem extrinsecam intra tempus contractus & tempus solutionis pro decidendi ratione decima testib. *Andr.* Kohl *d. exercitat. cap.* 19. *num.* 2. *item Author. Symphorem. process. tom.* 3. *statim ab initio in verb.* Ablösung. *& in verb. Annui reditus, pag. mihi,* 15. Præjudiciis etiam & sententiis Cameræ Imperialis confirmata est, quarum duas tantùm huc adscribere lubet, primam *in causa D.* Friderichs Mäwrers Kinder Vormünder Kläger / *contra* die Gemein zu Bechtheim / *Anno* 1591. *mense Augusto statim post dies caniculares.* Alteram *in causa* Reinhardt Grauhets Appellanten, Eins / wider Daniel Pitto *Appellaten*, ander Theils / 27. *Martii Anno* 1622. *publicatam.* Quæ ita habent: In Sachen Weyland D. Jacob Friderich Meurer / jetzo dessen Kinder Vormünder in Bechtheim / Beklagte / andern Theils / ist allem Vorbringen nach / zu Recht erkandt / daß ermelte Beklagte die in Actis angezogene Rent Johannis Baptistæ Anno 1592. auch alle biß hero verfallene vnd künfftige Schulden biß auff gebührende Ablösung / nemblich jedes Jahrziel mit 15. Goltgülden / vnnd so viel derselbige jederzeit zu Wormbs / vermög deß heyligen Reichs Edicts vnd Valvation, an rechtem Werth / an Müntz zu verrichten vnnd zu bezahlen schuldig / aber von dem geklagten Interesse zu absolviren seyen / als wir sie auch zu solchem hiemit condemniren vnnd verdammen / auch respectivè absolviren vnd entledigen / compensatis expensis. Item in Sachen Reinhart Brauhets / Appellanten eins / wider Daniel Bitto / Appellaten, andern Theils / seynd die einkommene gravamina, als vnerheblich nicht / sondern die Sach von Ampts wegen vor beschlossen angenommen / darauff / vnd allem verbringen nach / zu Recht erkandt / daß Richter voriger Instantz wol geurtheilt / vbel davon appellirt / vnd ermelter Appellant die geforderte 2000. Fran-

Hessische Cronen sampt dem außstehenden Interesse, mit gleichmässigen Sonnen-Cronen in specie, oder deren zur Zeit der Zahlung gangbahren Werth zu entrichten und zu bezahlen schuldig, und dergestalt gedachte Urtheil zu confirmiren und zu bestättigen seye / Als wir sie auch hiemit confirmiren und bestättigen / compensatis expensis.

52 Adversus † quæ Cameræ Imperialis præjudicia, licet à dissentientibus Dd. ad variatũ monetæ valorem seu bonitatem extrinsecam ejusdem, tempus contractus respicientibus, urgeri possit, eadem non de obligatione pecuniaria generica seu imaginaria, sed obligatione pecuniæ ad certam speciem concepta esse, & proinde pro confirmatione hujusce quæstionis impertinenter allegari, attamen in obligatione pecuniæ generica collectiva, seu imaginaria, non minus atque in obligatione ad certam monetæ speciem, tam tempus contractus, quam solutionis inspicitur. Et tempus contractus quidem, cùm nimirum quæritur, quid & quantum debeatur, seu qualis pecunia, & in qua bonitate inprimis in obligationem deducta fuerit, *argument. l. Rutilia polla. 69. ff. de contrah. emption. l. venditor. 2. §. in hereditate. 1. ff. de heredit. vel action. vendit. l. si filius famil. 78. ff. de verb. obligat. l. non omne. 144. §. 1. ff. de reg. jur. Anton. Faber de variis numor. debitor. solut. cap. 5.* Quando verò de solutione numorum, tàm ad obligationem in specie quàm ad obligationem genericam debitorum agitur, qui tum temporis solutionis nimirum in aliâ forte pecunia, quàm in quâ crediti sunt, solvendi sunt, tum relatâ bonitate eorundem intrinsecâ ad tempus contractus numos debitos tempore solutionis necessario æstimari & in numis tempore solutionis currentibus secundùm valorem publicum Imperialem istius temporis solvi oportet, atq; ita quoad æstimationem numorum in specie, vel in genere, seu quantitate generica debitorum, utriusq; obligationis debitæ pecuniæ in specie & in genere, seu summâ collectivâ, par ratio est, & utrobiq; nulla mora interposita tempus solutionis inspicitur, *l. vinum. 22. ff. de reb. credit. l. cum certum. 9. l. Titiæ amicæ. 35. ff. de aur. & argent. legat. l. ult. ff. de condict. triticiar. l. hominem. 37. ff. mandat. l. si Kalendis. 11. ff. de re jud. l. fundum. 28. ibi:* præsens æstimatio. *ff. de novation. Anton. Faber de variis numor. debitor. solution. cap. 5. pag. mihi. 107. Iacob. Zanger. de exception. part. 3. cap. 1. num. 173. & seqq. Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 2. conclus. 2. num. 23. Andr.* Kohl *exercitation. legal. cap. 19. num. 2. & num. 19.*

Quinimò † Dd. nostri, uti præter 53 alios videre est ex *Mynsinger. cent. 4. observ. 1, nu 1. 2. 3.* & *4. item Andr. Gail. lib. 2. observ. 73. num. 9.* (quales propter diversimodè adjudicatum commodum & incommodum aucti vel diminuti valoris monetæ, nunc creditori nunc debitori, uti dissentientes circa hanc quæstionem allegantur potissimum de obligatione in specie loquuntur, *uti ex præmissis hujus quæstionis, num. 23. & seqq. item ampliat. 1. & resolutione decimæ dubitandi rationis*, cumprimis verò etiam ex *Albert. Brun.* latiùs videre est, utpote qui aliàs itidem in hac conclusione dissentit, & mutata bonitate monetæ extrinseca valorem temporis contractus in speciebus debitis respiciendum existimat, & nihilominus *in d. tract. de augmento & diminution. monet. præsupposit. 2. declaration. 6. num.*

6. num. 3. versic. ubi autem intervenisset &c. limitando suam opinionem in obligatione pecuniæ generica mutatò valore monetæ tempus solutionis attendendum statuit.

Ratio decidendi postrema.

54 Ex quibus † omnibus & pro decidendi ratione Postrema satis liquet, quòd tam secundùm jus Justinianeum, quàm secundùm pragmaticas sanctiones Imperii supra *num. 11. & 12.* hujus quæstionis allegatus numorum debitorum solutio secundum valorem temporis solutionis publicum Imperialem & perpetuum, & non secundum valorem usualem, & incertum temporis contractus expedienda sit. Nam ut maximè Camera Imperialis diu ante ordinationem monetariam Ferdinandi I. Imperator. de Anno 1559. erecta, Assessoribusq; necessariæ prorsus & laudabilis istiusmodi justitiæ officinæ sua salaria constituta sint, & post eam adhuc duret, ab eo tempore etiam multoties Collectæ Imperiales decretæ sint, & tam ante quam post illam ordinationem monetariam de Anno 1559. valor monetarum usualis Imperiali publico & Imperiali in illa Ordinatione præfinito prorsus incongruus fuerit, *ut præter alios colligere licet ex Rener. Budel. de re numar. lib. 2. ad fin. sub. rubric.* Müntzordnung. *pag. mihi. 253. & seqq. usq. ad fin.* attamē Camera Imperialis multifaria mutatione valoris monetarum usualis ante & post illam ordinationē monetariam de Anno 1559. non attenta, valorem publicum & Imperialem monetarum in istiusmodi ordinatione præfixum & nondum sublatum, sed potius in subsequentibus Recessibus Imperii repetitum & confirmatum exigendis collectis Imperialibus & pecuniis ad sustentationem Cameræ Imperialis à Statibus Imperii deputatis, nec non etiam debitis litigatorum in isto judicio, tam strictè & accuratè observat, ut etiam adversus status Imperii & litigatores in istiusmodi valore Imperiali publico debita solvere detrectantes mandata decernat, & à præcepto inchoet, uti ex variis præjudiciis constare potest, referente *Regner. Sixtin. consilior. Marpurgens. vol. 2. consil. 12. num. 161. & 162. Author. Symphorem. at. process. tom. 3. in verbo. Mandata sine clausula. pag. mihi. 191. § Mandata sine clausula* erkändt / wann Gelt wider die Müntzordnung erlegt, ubi sex diversa præjudicia recenset, cujusmodi ex parte nec non alia etiam refert Caspar Guilhelm. Scipio *decis. Rotæ Spir. lib. 2. decis. 173. pag. 152. vers. Mandatum sine clausulâ in Camerâ etiam decernitur,* quibus unum tantum adjicere lubet, sententiam nimirum in causa, Vollin contra Ehrenbergische Vormunder / 12. Octobr. Anno 1617. in Camera Imperiali publicatam, quæ ita habet: In Sachen Kunigunde Jacobe Vollin Klägerin / wider die Ehrenbergische Vormunder / Beklagte / Mandati sine clausula pro præstandis alimentis, seynd Doctor Mosen seine der declaration pœnæ vel arctiorum halben noch zur Zeit / wie auch in der am 3. Octob. jüngst einkommener Schrifft beschehene Begehren abgeschlagen / sondern D. Kramern / so viel das jüngstverfallene Ziel betrifft / vorgewender Einrede ohnverhindert nachmaln glaublich Anzeig zu thun / daß dem außgangenen / verkündeten vnd reproducirten Käys. Mandat / mit Erlegung desselben / dem außgangenen Reichs Müntz

söfischeCronen/sampt dem außstehenden Interesse, mit gleichmässigen Sonnen-Cronen in specie, oder deren zur Zeit der Zahlung gangbahren Werth zu entrichten vnd zu bezahlen schuldig / vnd dergestalt gedachte Vrtheil zu confirmiren vñ zu bestättigen seye / Als wir sie auch hiemit confirmiren vnd bestättigen / compensatis expensis.

52 Adversus † quæ Cameræ Imperialis præjudicia, licet à dissentientibus Dd. ad variatũ monetæ valorem seu bonitatem extrinsecam ejusdem, tempus contractus respicientibus, urgeri possit, eadem non de obligatione pecuniaria generica seu imaginaria, sed obligatione pecuniæ ad certam speciem concepta esse, & proinde pro confirmatione hujusce quæstionis impertinenter allegari, attamen in obligatione pecuniæ generica collectiva, seu imaginaria non minus atque in obligatione ad certam monetæ speciem, tam tempus contractus, quam solutionis inspicitur. Et tempus contractus quidem, cùm nimirum quæritur, quid & quantum debeatur, seu qualis pecunia, & in qua bonitate inprimis in obligationem deducta fuerit, *argument. l. Rutilia polla. 69. ff. de contrah. emption. l. venditor. 2. §. in hereditate. 1. ff. de heredit. vel action. vendit. l. si filiusfamilias. 78. ff. de verb. obligat. l. non omne. 144. §. 1. ff. de reg. jur. Anton. Faber de variis numor. debitor. solut. cap. 5.* Quando verò de solutione numorum, tam ad obligationem in specie quàm ad obligationem genericam debitorum agitur, qui tum temporis solutionis nimirum in alia forte pecunia, quàm in quâ crediti sunt, solvendi sunt, tum relatâ bonitate eorundem intrinseca ad tempus contractus numos debitos tempore solutionis necessario æstimari & in numis tempore solutionis currentibus secundùm valorem publicum Imperialem istius temporis solvi oportet, atq; ita quoad æstimationem numorum, in specie, vel in genere, seu quantitate generica debitorum, utriusq; obligationis debitæ pecuniæ in specie & in genere, seu summâ collectivâ, par ratio est, & utrobiq; nulla mora interposita tempus solutionis inspicitur, *l. vinum. 22. ff. de reb. credit. l. cum certum. 9. l. Titiæ amicæ. 35. ff. de aur. & argent. legat. l. ult. ff. de condict. tritic. ar. l. hominem. 37. ff. mandat. l. si Kalendis. 11. ff. de re jud. l. fundum. 28. ibi*: præsens æstimatio. *ff. de novation. Anton. Faber de variis numor. debitor. solution. cap. 5. pag. mihi 107. Iacob. Zanger. de exception. part. 3. cap. 1. num. 173. & seqq. Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 2. conclus. 2. num. 13. Andr.* Kohl *exercitation. legal. cap. 19. num. 2. & num. 19.*

Quinimò † Dd. nostri, uti præter 53
alios videre est ex *Mynsinger. cent. 4. observ. 1. nu. 1. 2. 3. & 4. item Andr. Gail. lib. 2. observ. 73. num. 9.* (quales propter diversimodè adjudicatum commodum & incommodum aucti vel diminuti valoris monetæ, nunc creditori nunc debitori, uti dissentientes circa hanc quæstionem allegantur) potissimum de obligatione in specie loquuntur, *uti ex præmissis hujus quæstionis, num. 23. & seqq. item ampliat. 1. & resolutione decimæ dubitandi rationis*, cumprimis verò etiam ex *Albert. Brun.* latiùs videre est, utpote qui aliàs itidem in hac conclusione dissentit, & mutata bonitate monetæ extrinseca valorem temporis contractus in speciebus debitis respiciendum existimat, & nihilominus *in d. tract. de augmento & diminution. monet. præsupposit. 2. declaration. 6. num.*

6. num. 3. versic. ubi autem intervenisset &c, limitando suam opinionem in obligatione pecuniæ generica mutatò valore monetæ tempus solutionis attendendum statuit.

Ratio decidendi postrema.

54 Ex quibus † omnibus & pro decidendi ratione Postrema satis liquet, quòd tam secundùm jus Justinianeum, quàm secundùm pragmaticas sanctiones Imperii *supra num. 11. & 12.* hujus quæstionis allegatus numorum debitorum solutio secundum valorem temporis solutionis publicum Imperialem & perpetuum, & non secundum valorem usualem, & incertum temporis contractus expedienda sit. Nam ut maximè Camera Imperialis diu ante ordinationem monetariam Ferdinandi I. Imperator. de Anno 1559. erecta, Assessoribusq; necessariæ prorsus & laudabilis istiusmodi justitiæ officinæ sua salaria constituta sint, & post eam adhuc duret, ab eo tempore etiam multoties Collectæ Imperiales decretæ sint, & tam ante quam post illam ordinationem monetariam de Anno 1559. valor monetarum usualis Imperiali publico & Imperiali in illa Ordinatione præfinito prorsus incongruus fuerit, *ut præter alios colligere licet ex Rener. Budel. de re numar. lib. 2. ad fin. sub. rubric.* Müntz ordnung. *pag. mihi. 253. & seqq. usq; ad fin.* attamē Camera Imperialis multifaria mutatione valoris monetarum usualis ante & post illam ordinationē monetariam de Anno 1559. non attenta, valorem publicum & Imperialem monetarum in istiusmodi ordinatione præfixum & nondum sublatum, sed potius in subsequentibus Recessibus Imperii repetitum & confirmatum exigendis collectis Imperialibus & pecuniis ad sustentationem Cameræ Imperialis à Statibus Imperii deputatis, nec non etiam 5 debitis litigatorum in isto judicio, tam strictè & accuratè observat, ut etiam adversus status Imperii & litigatores in istiusmodi valore Imperiali publico debita solvere detrectantes mandata decernat, & à præcepto inchoet, uti ex variis præjudiciis constare potest, referente *Regner. Sixtin. consilior. Marpurgens. vol. 1 consil. 12. num. 161. & 162. Author. Symphoremat. process. tom. 3. in verbo. Mandata sine clausula. pag. mihi. 191. § Mandata sine clausula* erkandt / wann Gelt wider die Müntzordnung erlegt, ubi sex diversa præjudicia recenset, cujusmodi ex parte nec non alia etiam refert Caspar Guilhelm. Scipio *decis. Rotæ Spir. lib. 2. decis. 173. pag. 152. vers. Mandatum sine clausulâ in Camerâ etiam decernitur,* quibus unum tantum adjicere lubet, sententiam nimirum in causa, Wollin contra Ehrenbergische Vormunder / 12. Octobr. Anno 1617. in Camera Imperiali publicatam, quæ ita habet: In Sachen Kunigunde Jacobe Wollin Klägerin / wider die Ehrenbergische Vormunder / Beklagte / Mandati sine clausula pro præstandis alimentis, seynd Doctor Mosen seine der declaration pœnæ vel arctiorum halben noch zur Zeit / wie auch in der am 3. Octob. jüngst einkommener Schrifft beschehene Begehren abgeschlagen / sondern D. Kramern / so viel das jüngstverfallene Ziel betrifft / vorgewen, der Einrede ohnverhindert nachmaln glaublich Anzeig zu thun / daß dem außgangenen / verkündeten vnd reproducirten Käys. Mandat / mit Erlegung desselben / dem außgangenen ReichsMüntz

Edict gemäß / gehorsamblich gelebt seye / Zeit pro termino & prorogatione 3. Monat / deßgleichen zu Einbringung gebührender Rechnung getragener Vormundschafft ebenmässige Zeit pro termino & prorogatione von Amptswegen angesetzt / mit dem Anhang / wo er solchem also nicht nachkommen wird / daß gedachte Beklagte jetzo alßdann / und dann als jetzt / in die Pön berührtem Mandat einverleibt / hiermit erklärt / ferner Proceß auch erkändt / daß sie ihrem Gegentheilen die Gerichtskosten derwegen außgeloffen / nach Rechtlicher Ermässigung zu entrichten und zu bezahlen schuldig seye / und respectivè auff Gegentheils ferner Anruffen ergehen soll / was recht ist. *Publicata Anno* 1617. 12. *Octobr.*

1. Amplialitiones.

55 Cæterùm † conclusio licet de solvendis numis debitis ad valorem temporis solutionis, si valor eorundem intra tempus solutionis & contractus immutatus sit, procedit, & pro Ampliatione Prima & secundùm modò tradita locum habet, non solùm in obligatione, ad quam certa species pecuniæ debetur, in qua valore numorum debitorum & æstimatione eorundem per alios forte numos inferiores ad tempus solutionis relato, commodum & incommodum incrementi & decrementi valoris monetæ secundum supra tradita creditoris est, sed etiam in obligatione generis, ad quam non certa species, sed certa pecuniæ quantitas debetur, in qua uti ab initio dictum est, commodum & incommodum augmenti monetæ ipsiusmet debitoris est, v.g. debitori alicui Anno 1535. 1000. flor. Francofurtensibus in aureis Rhenensibus & thaleris Joachimicis seu Imperialib. creditis seu mutuo datis, quales tum temporis crediti videlicet, licet valoris aliquantò minoris fuerint, & in Ordinatione monetaria Imperiali de Anno 1559. & 1566. aureo valor 75. & thalero Imperiali valor 68. cruciferorum præstitutus sit; attamen hodie secundum valorem temporis solutionis Imperiale ai nimirum justum & perpetuum, in prædictis Ordinationibus monetariis definitum solvi possint, & commodum augmenti valoris aureorum & thalerorum non ad creditorem, sed ad debitorem pertinet, *Budel. de re numar. lib. 2. cap. 2. num. 29. & seqq. Brun. de augm. & diminution. monet. præsupposition. 2. declaration. 6. num. 3. versic. ubi autem intervenisset &c.* ubi licet in præcedentibus, quoad obligationem in specie tempus contractus respiciendum existimet, attamen isto in loco in obligatione generis pecuniam debitam, secundùm valorem temporis solutionis solvendam esse arbitratur.

2. Ampliatio.

Deinde † hujusmodi assertio de solvendis numis debitis ad valorem currentem tempore solutionis non solùm procedit, si valor numorum edicto aliquo publico sive propter diminutionem intrinsecæ bonitatis numorum mutatus fuerit, verum etiam si mutatio illa, seu potius valor grossarum monetarum accreverit, propter debilitationem monetæ minoris magis ærosæ & intrinsecus factæ debilioris & vilioris, modò, uti ab initio & fine hujus quæstionis à me traditum est, istiusmodi mutatio in utroque casu justa, proportionalis & modica seu æqua- 56

æqualis, nõ injusta vel incongrua seu immodica fuerit, exempli gratiâ, thalerus Imperialis, qui in ordinatione monetaria Ferdinandi I. Imperatoris 68. cruciferis seu 17. baciis tum temporis melioribus & gravioribus æstimatus est, si hoc nostro tempore propter indigentiam argenti puri ejusdemq; caritatem, nec non etiam propter majores sumptus monetales, ordinatione monetarũ Imperiali, paulò pluribus cruciferis seu batzenis, seu paululum levioribus etiam æstimaretur, constitutio neque Imperiali universali confirmaretur, istiusmodi utiq; legi Imperiali, quoad mutationem valoris monetarum extrinseci ex justis & probabilibus causis factis, omninò standum, & creditoribus summæ collectivæ seu genericæ in thaleris usualibus, seu florenis debitæ in monetis Imperialibus probis & justis ad valorem illius temporis solvi possent. Quando enim istiusmodi exilis & minima debilitatio minutarum monetarum, vel grossarum etiam modicè adauctus, valor ex justis causis ab Imperatore & Statibus Imperii facta, nisi à rei numariæ peritissimis, in negotiationibus vix attendatur, & novi leniter debilitati nũmi minores pari valori cum veteribus (exceptis Judæis & numulariis) à plerisque expendantur, paribusq; passibus inter negotiandum currant, tum modicum illud & exiguum augmentũ valoris grossarum monetarum, puta thalerorum Imperialium ad unum bacium fortassis parum curatur, & creditoris non multum interest, ipsosmet numos creditos, puta thaleros Imperiales, vel alios numos usuales tempore solutionis currentes veteribus cruciferis & monetis inferioribus æquivalentes recipere. Hoc enim intuitu thalerus Imperialis, utpote qui veteribus baciis 17. recentioribus verò 18. vel 19. valet, propter veterum & recentiorum baciorum, seu crucificerorum simultaneum cursum in effectu, quoad valorem, non auctus, sed in pristino valore conservatus censetur, & modica illa mutatio successu temporis non attenditur, prout in aliis etiam negotiis modicus excessus parũm curatur, *l. si quis, 9. ff. de dol. mal. l. scio, 4. ff. de restitut. in integr. l. 1. §. quod autem prætor, 15. ff. de ventr. inspiciend. l. si quis conduxerit, 46. ff. locat. l. res bona fide empta, 54. ff. de contrah. empt. Anton.* **Faber** *de variis numor. debitor. solut. cap. 6. & cap. 23. pag. mihi 307. & cap. 24. pag. 313. & seqq. Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 2. num. 35. & 36. Andr. Kohl exercitat. leg. d. cap. 19. num. 12. Cravett. cons. 47. num. 6. vol. 1.* nec propter modicam læsionem cuique actio, vel in integrum competit restitutio, *Ioh. Chrysostom. Dornsperg. in resp. jur. de trib. quæst. monet. n. 65. & 400. Riminald. jun. cons. 15. num. 57. & cons. 593. n. 55.*

Quod † si verò propter notabilem prorsus injustam, immodicam & repentinam monetarum minutarum deteriorationem, uti hisce conclamatis temporibus factũ est, monetarum grossarum valor accreverit, tum sententia hæc nõ procedit, sed creditori vel ipsæmet species promissæ solvendæ, aut tanta earum præstanda est æstimatio, quanti secundùm bonitatem earum intrinsecam, juxta tempus contractus consideratam tempore solutionis in viliori ista moneta æstimari possunt, in obligatione verò generica itidem tantum numorũ viliorum & debilitatorum solvendum est, quanti 57

pecunia credita secundùm bonitatē intrinsecam, qualis fuit tempore cōtractus, tempore solutionis in viliori moneta æstimari potest, *uti ad finem quæstionis de obligatione numorum generica, & tam ad princip. quàm ad finem in limitationibus hujusce quæstionis latiùs ostensum est.*

3. *Ampliatio.*

58 Tertiò † hæc conclusio etiam ampliatur, & non solùm in obligationibus ex mutuo, seu in quibus pecuniæ numeratio intervenit, sed etiā in locatione conductione, emptione, venditione, stipulatione aliisq; contractibus, qui consensu, verbis seu literis perficiuntur, locum obtinet, utpote in quibus omnibus nulla mora interposita sive pecunia promissa fuerit, & ex obligatione debeatur, sive in facultate solventis sit, tam ex natura alternativæ obligationis, quàm æstimationis rei petitę, secundùm valorem temporis solutionis creditori præstanda est, per supradictas decidendi rationes, *Boër. decis.* 317. *Fachin. lib.* 2. *controv. cap.* 10. §. *quod attinet ad tertiam, Andr.* Kohl *exercitat. legal. cap.* 19. *nu.* 3. *Bolognet. consf.* 19. *Natta consf.* 454. Diss. Afflict. *decis.* 194. *Iacob. Aleman. in palæstrâ consultat.* 8. *quæst. princip.* 1. *pag.* 400. *vers. tertiò, cum aliis ab ipso allegatis interpp.* statuētes, valorem numorum solvendorum hisce casibus ad tempus contractus reducendum esse.

4. *Ampliatio.*

59 Quartò † conclusio hæc etiam ampliatur in censibus, canone emphyteutico, annuis reditibus, salariis, aliisq; præstationibus annuis, quales in summa collectiva, seu in quantitate generica debita, monetarum intrinseca bonitate, seu liga & pondere adhuc salvis, & moneta tantum secundùm bonitatem extrinsecam modicè & justè mutata, non ad valorem temporis contractus, sed in moneta currente & usuali, secundùm valorem monetæ tempore solutionis currentem prȩstandi & solvendi sunt, verbi gratia, si alicui annuus reditus census, aut salarium etiam annuum 100. fortassis florenorum Francofurtensium cōstitutum fuerit, eo tempore, quo thalerus Imperialis 64. cruciferis æstimabatur, tempore verò solutionis thalerus Imperialis, secundùm monetarum edictum Imperiale justum & perpetuum, de Anno 1559. adhuc nondum sublatum 68. cruciferis æstimatus, tum liga & pondere thalerorum Imperialium adhuc durantibus, debitor solvendo 100. florenos annuorum redituū, seu salarii annui in thaleris Imperialibus, secundùm ordinationē monetariam Imperialem, de Anno 1559. adhuc vigorem legis obtinens 68. cruciferis, atq; ita 4. cruciferis plus quàm cōtractus & dispositionis tempore valuerunt, æstimatis, liberabitur, nec eosdem secundùm valorem temporis contractus seu dispositionis pro 39. albis creditori expendere tenebitur, iisdem per rationes decidendi supra deductas, *Budel. de re numar. lib.* 2. *c.* 23. *Molin. de usur. & fruct. quæst.* 100. *num.* 89. *& seqq. Menoch. consf.* 49. *nu.* 23. *& seqq. vol.* 1. qui ambo hanc sententiam etiam tuentur, etsi præter bonitatem extrinsecam seu valorem impositītium, bonitas monetæ intrinseca mutata, seu deteriorata fuerit, quod tamen non procedere sequenti quæstione latius demonstrabitur.

5. *An-*

5. Ampliatio.

60 Quintò † hæc sententia etiam in usurarum solutione procedit, in quarũ præstatione itidem numorum valor non secundùm tempus contractus, sed secundùm tempus solutionis attenditur, *Alber. Brun. alias dissentiens d. præsuppos. 2. limitat. 5. num. 1. & seqq. cum ibi allegatis Interpretibus, Dissentit Besold. cons. 58. quæst. 4. & cons. 62. num. 43. part. 2.* Nec non etiam in solvendis decimis & tributis, qualia valore pecuniæ mutato pariter secundùm valorem temporis solutionis, & non secundùm tempus contractus præstãda & solvenda sunt, *Clement. si beneficiorum, de decim. & ibi etiam gloss. junct. l. creditor, 102. in princ. ff. de solut. & liberat. Albert. Brun. d. præsuppos. 2. limit. 7. nu. 1. & 2. vide Alexand. Monet. in tr. de decim. cap. 9. n. 149. & seq.*

6. Ampliatio.

61 Sextò † hæc conclusio etiam obtinet in obligatione seu dispositione conditionali, vel in diem etiam concepta, utpote in quibus itidem valor numorum solvendorum, nõ ad tempus contractus, sed ad tempus solutionis, seu adventus conditionis & diei reducatur, *arg. l. cum qui post apertum, 104. ff. de condit. & demonstr. Andr. Robl exercitat. legal. cap. 19. nu. 6. Oldrad. cons. 168. incip. ad primam in secundo dubio,* Diss. Albert. Brun *de augment. & diminut. monet. præsuppos. 2. declarat. 8. num. 1. & seqq. Berlich. pract. concl. c. 36. num. 14. Anton. Gabr. commun. conclus. lib. 3. tit. de solut. concl. 1. nu. 3.* statuentes, in obligatione & dispositione conditionali, seu tempori illigatâ valorem monetæ non ad tempus solutionis, purificatæ cõditionis, seu adventus diei, sed ad tempus firmatæ seu contractę obligationis reducendum esse.

7. Ampliatio.

Septimò † hæc assertio de solvendis numis debitis secũdùm valorẽ temporis solutionis, & non secundùm tempus cõtractus etiam procedit, etsi debitum non sit gratuitum, sed usurarium, eò quòd usuræ illicitæ, & sorti immixtæ eandem nõ vitient, uti *Paulus ait in l. usuras illicitas, 20. ff. de usur. Cagnol. in l. 2. quæst. 63. num. 210. C. de pact. int. emptor. & vendit. composit. Anton. Faber de variis numor. debit. solut. cap. 11. Andr. Robl exercitat. legal. cap. 19. nu. 16. Nevizan. cons. 88. n. 16.* 62

8. Ampliatio.

Octavò † etiam hæc conclusio in solutione & restitutione dotis locum obtinet, utpote quam extra commissam moram in pecunia debita, non ad valorem temporis contractus, sed secundùm valorem temporis solutionis solvi & restitui oporteat, per suprà deductas decidẽdi rationes, *Bocr. decis. 327. nu. 4.* ubi hanc sententiam communem refert, *Fachin. lib. 2 controv. cap. 10. in princ. Bl. cons. 217. Bologn. cons. 16. Natta cons. 454. Menoch. cons. 49. nu. 47. vol. 1.* Anton. Faber *de variis numor. debitor. solut cap. 17. & 18. & cap. 19.* ubi adversus Carol. Molin. refutatis ipsius argumentis, dotem super aureis seu certis numorum speciebus constitutam, vel in aureis & iisdem numorum speciebus, quæ in obligationem deductæ sunt, vel in aliis numis secundùm valorem temporis solutionis solvendos esse. Dissentit Matth. de Afflict. *decis. 194.* statuens, dotis solutionem & restitutionẽ soluto matrimonio in pecunia ad valorem temporis cõtractus expediendam esse, & aliter distinguit Carol. Molin. *d. tractat. de usur. & fructib. quæst. 97. num. 731 & 732. vide etiam* 63

Gerard.

Gerard. de Maynard.decis.Tholos.lib.3. decis.31. Guid. Volaterran.in tract. de mineral.tit.9. nu. 70.& seqq.

9. *Ampliatio.*

64 Nonò † assertio & conclusio hæc etiam ampliatur in solvendis debitis ex testamento, aut ex alia qualibet ultima voluntate dependentibus, utpote in quibus præstandis valore monetæ impositio mutato, & nulla mora interposità, non tempus conditi testamenti, vel mortis testatoris, vel hæreditatis aditæ, sed tempus solutionis attendatur, secundùm suprà relatas decidendi rationes, *Castr. in l.3. C. commun.de legat.& fideicommiss. Alciat.ad d.l. cum quid,3.num.15.ff.de reb.credit. Budel. de re numar.lib. 2.cap. 18. Fachin. lib. 2.controvers. cap.10.quæst. 5. Anton. Faber de variis numor. debitor.solut. c.71. Andr.* Kohl *exercitat. legal. cap.19.num.5. Natta cons.156. num. 16. lib. 1. Menoch.cons.49. num.50. vol.1.* Diss. Carol. Molin.*in d.tract.de usur.& fructib.quæst.99. num.742.& seqq. Albert.Brun. de augment.& diminut.monet.præsupposit.2.declarat.9. Eberh. cons.105.& alii plures ab ipso allegati,* statuentes, legata aliaque in testamentis relicta, partim ad valorem temporis conditi testamenti, partim ad valorem monetæ tempore mortis testatoris, solvenda esse, *Adde etiam Iohan. Guid. Volaterran.in tract.de mineral.lib.3.tit.9.num.73. Anton.Gabr.commun.conclus.lib.3. tit. de solut. conclus.4. Iacob. Aleman.in palæstrâ consult.8.quæst.princ.1.pag. 398.& quæst.princip.2.rat.dub.1.pag.701.versic.respondetur, Petr. Peck.in tract.de testament. conjug.lib.4.cap.27.num.1.& 2.Cardin.Mantica de conjectur.ult.volunt. lib.3.tit.11. num.8. Iohan.Rudolph.Werner in discursu Academ.de quæst.ecquid in solut.tempus contracti deb. vel solut.insp.n.43.Pruckm.cons.12.n.4.vol.2.*

10. *Ampliatio.*

Decimò † hæc conclusio etiam ampliatur, & locum obtinet in solvendis debitis dependentibus ex Legibus, Rescriptis Principum, Statutis vel consuetudine, aut sententiis etiam Judicũ condemnatoriis, qualia debita, nullâ morâ contracta, itidem in pecunia currente & usuali, non ad valorem pecuniæ temporelegis, introductæ consuetudinis, vel latæ etiam sententiæ vigentem, sed valorem temporis solutionis præstanda & solvenda sunt, *Anchoran. in Clementin.si beneficiorum,de decim.Tiraquell.de retract. lignagier.gloss.18.num.73.& gloss.20.nu.14. Andr.* Kohl *exercitat.legal.cap.19.num.4. Budel.de re numar.lib.2.cap.19.n.3.& seqq.* Diss. Brun. *de augment.& diminut.monet.præsupposit.2.declarat.10.num.1.& 2. Aquil.de potest.& utilit. monet.part.2.theorem.6.* tempus legis, consuetudinis & latæ sententiæ respicientes. Aliter Curtius *in tract.de monet.num.17.18. & 19.* statuens, pecuniæ æstimationem fieri debere ad tempus legis & statuti, si pecunia ista concernat legis solennitatem, ad tempus solutionis autem & exortæ obligationis, si statutum seu lex super ipsamet pecunia solvenda concepta sit: Vide præterea de omnibus hisce casibus separatim nunc cõsentientes, nunc dissentientes Gabriel.*d. lib. 3. §.1.tit.de solut.conclus.5.6.7.Iohan.Guid.de mineral.lib.3. tit.9. num. 74.77.& seqq. Iacob. Aleman.in palæstra consult.8.quæst.princ.1. pag.400. vers. secundò,& pag.401. vers.cæterùm.* 65

11. *Ampliatio.*

Undecimò † hæc etiam conclusio ampliatur, si valor pecuniæ solvendæ nõ per edictum monetarium publicum, sed etiam per consuetudinem, seu contrariam 66

riam

riam observantiam, sciente & patiente superiore, aliisq; requisitis debitis interpositis, immutatus fuerit, *per gloss. ad verb. frangere, in fin. ext. de Treug. & pac.* ubi habetur, sed quod dicit, hic non tenet, & Episcopi, qui servant hanc conditionem, nō dicuntur transgressores, *Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. præsupposit. 2. limit. 3. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 29. num. 6. & seqq. Aretin. consil. 11. incipit. procedendum est, colum. 3.* Dico autem disertè sciente & patiente superiore, aliisq; debitis requisitis consuetudinis super tali actu regali interpositis, quoniam iisdem deficientibus valor numorum usualis & consuetudinarius non attenditur, *uti suprà num. 14. & seqq. hujus e quæst. latius est expositum.*

12. *Ampliatio.*

67 Duodecimò † hæc nostra conclusio in retractu quoque municipali seu gentilitio locum habet, utpote in quo, si venditio facta sit in certis numorum speciebus, puta ducatis, aureis vel thaleris usualibus, illa intra tempus venditionis, & tempus retractus monetæ, quoad intrinsecam bonitatem factâ, retractum in totidem etiam speciebus, uti venditio facta est, vel easdem uti etiam quantitatem genericam, in moneta tempore solutionis currente justa & proba, secundùm valorem illius temporis, emptori reddi oporteat, atq; ita secundùm superiùs tradita priori in casu specierum scilicet debitarum, augmentum & decrementum mutati valoris monetæ creditoris, posteriori verò casu debitæ nimirum quantitatis genericæ debitoris sit, *Tiraquell. de retract. lignager. §. 1. gloss. 18. nu. 26. & seqq. Anton. Fab. de variis numor. debit. solut. cap. 14. per tot.* Diss. Carol. Molin. *in consuetud. Parisiens. n. 13. gloss. 18. quæst. 2. & quæst. 5. & in d. tract. de usur. & fructib. quæst. 94. num. 721. & seqq.* statuens, utroque casu solam æstimationem esse in obligatione, ac proinde eam in numis tempore solutionis currentibus à debitore solvi posse, atque sic commodum & incommodum augmenti & decrementi mutati valoris monetæ utroq; casu debitoris esse. *Addatur etiam in terminis Paul. Christina. vol. 3. decis. Cur. Belg. 55. n. 3. D. Theodor.* Reinkingk *in tract. de retract. consang. q. 6. n. 290. & seq.*

13. *Ampliatio.*

Atque † idem etiam pro Ampliatione Decimatertia in retractu Conventionali obtinet, utpote in quo, modò itidem bonitas monetæ intrinsecâ interea mutata non sit, retrahens vel eundem specierum numerum, in quibus pretium tempore contractus constitutum fuit, vel si in alia pecunia solvatur, tantum in pecunia debita tempore solutionis præstet, quanti pecunia debita, & in contractum deducta, eo tempore æstimari potest, veluti etiam pretium in quantitate generica debitum in justa & proba moneta tempore solutionis currente, secundùm valorem illius temporis justum & uniformem, emptori reddere potest, *Andr. Tiraquell. de retract. convent. §. 4. gloss. 2. num. 2. Nicol. Boër. decis. 327. num. 4. Iohan. Schneidw. ad § in bonæ fidei. 30. num. 33. & seqq. Instit. de action. Andr. Fachin. lib. 2. controversiar. cap. 10. vers. quod attinet ad quartam controversiam, Anton. Faber de variis numor. debitor. solut. cap. 15.* Aliter Carol. Molin. *d. tractat. de usur. & fructib. quæst. 95. nu. 725. & seqq. item Oldrad. cons. 250. & complures alii allegati à Tiraquell. d. gloss. 4. §. 2. num. 2. de retract. convent.* non satis accuratè, inter mutationem boni- 68

ratis monetę intrinsecam & extrinsecam, intra tempus contractus & retractus distinguentes; *vide Iacob. Aleman. in palæstrâ consultat. 8. quæst. princip. 2. pag. 689. extens. 3.*

1. *Resolutio rationum dubitandi.*

69 Prima † igitur dubitandi ratio diluitur respondendo, licet in natura mutui sit, ut res credita in eadem quantitate & qualitate restituatur; quod tamen inde non sequatur, quod in æstimatione rerum petitarum sive pecuniæ, sive alterius rei, quæ non in obligatione, sed in facultate solvendi est, tempus contractus respiciendum sit, sed sufficiat rem petitam, si extet, vel ipsammet in eadem qualitate & bonitate creditori reddi, atque eatenus tantùm, quod nimirum in contractū deductum fuerit, tempus ejusdem considerari, aut si non extet, exemplo aliarum rerum petitarum non extantium, eatenus secundùm tempus solutionis æstimandarum, tantam creditori æstimationem seu pecuniam præstari, quanti æstimari potest tempore solutionis, *argum. l. hominem, 37. ff. mandat. l. vinum, 22. ubi Dd. communiter, ff. de reb. cred. junct. l. fundum, 28. ibi: præsens æstimatio fundo petito rectè consideretur, ff. de novat. & delegat.*

2. *Resol. ration. dubit.*

70 Ad secundam † dubitandi rationem desumptam *ex cap. cum Canonicis, penult. ext. de censib.* respondetur, quòd ille textus nō de extrinseca, sed de intrinseca monetæ bonitate, qualis ad æstimationē seu qualitatem & quantitatem temporis contractus omninò præstanda & solvenda est, accipiendus sit, quod ex toto illius capituli contextu, & inprimis ex verbis (de meliori moneta exigunt, sibi solvi, &c.) luculenter patet, ac proinde capitulum hoc ad decisionem hujusce quæstionis, ad quemnam valorem, vel temporis cōtractus, vel temporis solutionis pecunia debita solvenda sit, si stante bonitate intrinseca bonitas tantum ejusdem extrinsecá, seu valor impositius immutatus fuerit, applicari nequeat, *Anton. Faber de variis nummor. debitor. solut. cap. 4. & cap. 18. pag. mihi 258. vers. primum objicit, &c.*

3. *Resolut. ration. dubit.*

Eadem † penè ratione Tertia etiam dubitandi ratio refellitur asserendo, licet 71 in quolibet contractu, & quovis negotio initium ejus, & quid in obligationem deductum sit, omninò attendendum & respiciendum veniat; quòd tamen illud ipsum nō excludat considerationem negotii & obligationis, si in eodem statu non permanserit, sed mutatio intervenerit, veluti hocce in casu, ubi valor pecuniæ impositius, intra tempus contractus & solutionis fuit immutatus, non æquè tempus contractus, sed tempus solutionis respiciendum est, eò quòd in casu debitæ pecuniæ, uti nonnulli Dd. dissentientes statuunt, non bonitas solum extrinseca, seu valor ejusdem, sed simul intrinseca etiam ejusdem bonitas, seu materia monetæ, cum debito ejusdem pondere; quæ si non extet tempore solutionis, æstimanda est, in obligationes deduci censeantur, *argum. l. 1. & l. 2. C. de vet. numism. potestat. junct. l. 1. C. de ponderat. & aur. illation.* ac proinde regula hæc, quod in qualibet obligatione tempus contractus respiciatur, eatenus tantum locum inveniat, si consideretur, quid in contractū fuerit deductum, & quid ex eo debeatur,

non

non verò procedat, seu ad hunc casum pertineat, si de eo æstimãdo agatur, quod debetur, & quotiescunque illud tale est, ut solvi possit ejusdem æstimatio, *Anton. Faber de var. numor. debitor. solut. cap. 17. pag. mihi 22.*

4. *Resolut. ration. dub.*

72 Ad † Quartam dubitandi rationem respondetur, licet olim & tempore veterum Jurisconsultorum Romanorum pecuniæ valor & æstimatio, præ aliis rebus magis certa fuerit, eademque tanquam certa aliqua mensurâ, omnes res æstimatæ fuerint, *d. l. 1. in princ. ff. de contrah. empt. l. si ita, 42. ff. de fidejussor. l. 3. C. de veter. numism. potest.* quod tamen successu temporis, & inprimis in hac ultima mundi fece monetarum valor, imò bonitas eorundem intrinseca etiam subinde mutentur, & proinde istiusmodi variationis in decidendo & judicando hodie etiam rationem haberi, & istiusmodi mutationem unâ cum ea, quid, quale & quantum in contractum deductum sit, respici oporteat. Quibus ita simul consideratis, & valore usuali monetarum incerto & non perpetuo ad valorem intrinsecum juris gentium invariabilem revocato, tale incertitudinis periculum non suborietur, sed eo, quod initio in contractum deductum est, & subsecuta mutatione simul collatis, omnia ad certitudinem quandã mediante etiam æstimatione reduci, omnesque res caducæ, licet mutationi obnoxiæ sint, nihilominus tamen ad æqualitatem quandam certamque æstimationem redigi poterunt, *arg. l. cum hic status, 32. §. si sponsus, 22. ff. de donat. int. vir. & uxor. junct. l. quemadmodum, 29. §. si navis, 2. ff. ad L. Aquil. l. 1. ff. de in lit. jurand. l. plerumq., 205. ff. de reg. jur. Tiraquell. de retract. convent. §. 2. gl. unic. num. 37. & seqq.*

5. *Resolut. ration. dub.*

Quinta † dubitandi ratio diluitur respondendo, etiamsi omne periculum pecuniæ creditæ factâ ipsi numeratione & dominio ejus in ipsum translato, ad debitorem pertineat, quod tamen exinde non consequatur, valorem pecuniæ debitæ solvendæ, utpote quæ nõ eodem numero, sed in eodem genere reddenda sit, præcisè ad tempus contractus referendum esse, sed si quæ in ejusdem solutione, quoad valorem impostitium intra tempus contractus & solutionis intervenerit, pecuniæ à creditore acceptæ periculum nihilominus debitoris esse, utpote qui utroque in casu ejusdem dominus fiat, & proinde meritò etiam periculum pecuniæ sibi numeratæ, sive ad valorem temporis contractus, sive ad valorem temporis solutionis solvendæ, periculum sustineat, *argum. l. pignus, 9. C. de pignor. act. & l. incendium, 11. C. si cert. petat.* 73

6. *Resol. rat. dubit.*

Sexta † dubitandi ratio nostram sententiam magis confirmat, quàm infirmat, siquidem omnibus dispositionibus & allegationibus secundùm clausulam, rebus sic stantibus accipiendis, inde necessariò consequens est, quod statu eorundem mutato, non initialis tantum earundem status & conditionis, sed mutationis etiam ratio habenda sit, ac proinde cùm hocce in casu, valoris nimirum impostitii debitæ pecuniæ mutatio, intra tempus contractus, & tempus solutionis inopinato intervenerit, de qua cõtrahentes tempore contractus forte non 74

cogitarunt, ejusdem etiam ratio tempore solutionis haud immeritò habenda fuerit, *l. qui jure, 7. ff. de testam. milit.*

7. *Resol. ration. dub.*

75 Pari † ratione Septima etiam dubitādi ratio huic assertioni de solvendis numis debitis ad valorem temporis solutionis nihil refragatur. Siquidem uti edicta monetaria recentiora particularia, inprimis præteritis, & juribus exinde quæsitis, & tantò magis ordinationi monetariæ Imperiali contractibus nihil derogant aut præjudicant; ita pariter contractus ipsimet legibus & juribus tam veteribus, quàm novis, de facienda numorum debitorū solutione, si valor eorundem impositius intra tempus contractus, & tempus solutionis immutatus fuerit, nihil præjudicare possunt, sed quibuslibet legibus & juribus tam de solvēdo eo, quod in obligationem deductum est, quando nulla mutatio intra tempus cōtractus & solutionis intervenit, quàm de solvendis numis debitis, secundùm valorē temporis solutionis, sistante bonitate intrinseca monetarum in pristino statu, valor eorundem impositius, seu bonitas extrinseca tātum immutata fuerit, promulgatis, suus vigor constare, & LL. veteres de facienda numorum debitorum æstimatione, cum recentioribus edictis monetariis tempore solutionis vigentibus pro expedienda & administranda sincera justitia conjungi debent. Quibus præterea modis leges vel constitutiones novæ etiam ad præteritos casus retrotrahantur, vel non? Vide omninò Gail. *lib. 2. observ. 9. num. 76. Iohan. Chrysost. Dornsperg in resp. jur. monet. nu. 144. Alderan. Mascard. in tractat. de statutor. interpretat. conclus. 2. num. 131. & seqq.*

8. *Resolut. ration. dub.*

Octava † dubitandi ratio simpliciter 76
negando refellitur. Ut maximè enim ipsamet mutatio bonitatis intrinsecæ & extrinsecæ numorum debitorum, tanquam in futurum eventum collata tempore contractus incerta sit, nec contrahentibus de ea constet; attamen eadem progressu temporis jam factā, & juribus de facienda numorum debitorum solutione & æstimanda re petita nō amplius extante, proditis, cum eodem, quod in obligationem deductum est, collatis, omnia ad certitudinem rediguntur, collata nimirum numorum debitorum bonitate & quantitate cum bonitate & quātitate numorum tempore solutionis currentium, factaq; eorundem æstimatione secundùm valorē illius temporis, quantum debitori pro eo, quod in contractu deductum est, seu pro intrinseca bonitate numorum debitorum ad tempus contractus relatā, tempore solutionis in diversa numorum specie, tunc receptā & currente, à debitore præstandum sit, protinus constare potest.

9. *Resolut. rat. dub.*

Ad † Nonam dubitandi rationem re- 77
spondetur, quòd nostra opinio de redigendo valore numorum debitorum solvendorum (extrinseca eorundem bonitate intra tempus contractus, & tempus solutionis mutatā) ad tempus solutionis, & non ad tempus contractus, tum demū procedat, si istiusmodi valoris mutatio justa fuerit, & ex probabilibus causis, puta pecunia auri vel argenti, majoribusvé sum-

sumptibus monetalibus, & consimilibus causis provenerit, & istiusmodi varietas, seu uti frequentius fit auctus monetarũ valor, nihilominus monetarum materię, seu intrinsecæ earundem bonitati correspondeat, & ab aliis etiam gentibus, propter commune requisitũ cujuslibet probæ monetæ, uniformis nimirum & perpetui valoris, æquè atq; à subditis domini monetalis recipiatur, non verò si valor istiusmodi imposititius prorsus injustus, immodicus, & indies contra naturam pecuniæ, cujus certa & perpetua debet esse æstimatio, variabilis sit, qualis injustus, immodicus & variabilis valor pro nullo habetur, & ad numorum debitorum solutiones expediendas inhabilis est, *argum.l.1.ff. de condict. tritic. l.numm.3.ff. de in lit. jurand. l.1. in princ. ibi: publica & perpetua æstimatio, ff. de contrah. empt. l.3. C. de veter. numism. potest. lib.11. Anton. Faber de variis numor. debitor. solut. cap.1. pag. mihi 15. 16. 17. & 19. & latiùs infra limitat. tertia hujusce conclusionis.*

10. *Resol. ration. dub.*

78 Ad † Decimam dubitandi rationem, ex præjudiciis Cameræ Imperialis desumptam respondetur, quod supremorum etiam Tribunalium sententię & prę-judicia non authoritatem necessariam, sed probabilem tantum obtineant, neq; eadem, tanquam jura, inferiores judices in decidendis causis necessariò sequi oporteat: tum quod judices non secundùm eminentissimorum etiã Præfectorum primariorum & procerum sententias aut exempla, sed secundùm leges sacratissimas judicare oporteat, *l. nemo judex, 13. C. de sentent. & interloc. omn. jud.* tum verò etiam, quod propter varias & vel levissimas etiam circumstantias factorũ & controversiarum, super quibus sententiæ feruntur, jus etiam varietur, *l. aut facta, 16. ff. de pœn. l. ut responsum, 15. C. de trãsact. Decius ad l. precibus, 8. num. 4. C. de impub. & aliis substitut. Petr. Anton. de Petr. in præfat. de fideicomm. num. 4. Fichard. consil. 3. num. 3. volum.* 1. ac proinde per istiusmodi peculiares inprimis singulorum factorum circumstantias sententiæ latę inter illas tantum partes contendentes, non verò inter tertios jus pariant, aut in causis tertiorum pro jure allegari possint, *argum. rubr. & tot. tit. C. res inter alios acta vel judicat. aliis non noc. Marian. Socin. in cap. 1. col. antepenult. quæst. 28. & ibidem ex Barbat. num. 15. extr. de lit. contestat. Eberhard. à Middelburg. in loc. legal. 95. num. 10. ibi: ex quo sequitur, quod argumentum ab authoritate decisionum Rotæ Capollæ & Delphin. solum est probabile, quia tales decisiones non habent vim legis, Mascard. de probation. vol. 1. conclus. 485. num. 7. & 8. Bernhard. Graev. in proœm. ad lib. 1. observat. Andr. Gail. num. 62.*

Quod † vel inprimis in quæstionibus & controversiis monetalibus obtinet, quippe quæ tam variæ, perplexæ & controversæ sint, ut propter varietatem obligationum & varias factorum circumstantias, numorum debitorum solutio vix certis juribus & regulis comprehendi posse videatur, *teste Carol. Molin. in tract. de usur. & fructib. quæst. 92. n. 717. pag. mihi 778. ubi hunc in modum concludit: Et sic hæc quæstio & similes magis sunt facti, quàm juris, quò minus mirum est, si Dd. hactenus in hisce quæstionibus multum dubitaverunt, quantò partim falsis fundamentis inhærendo, partim aliorum dicta perperam & præposterè accipiendo, partim rerum & factorum circumstantias negligentius expen-* 79

dendo, universam hanc facti magis quàm juris materiam ad certas commentitias regulas adstringere conati sunt. Cui in eodem argumenti genere etiã adstipulatur *And. Knich. in comment. de Saxon. non provoc. privileg. cap. 5. num. 308. & seqq. item Rener. Budel. de re num. lib. 1. cap. 1. num. 9. 10. & 22. Ioh. Chrysostom. Dornsperg. in resp. jur. de trib. quæst. monet. nu. 1. latè Iacob. Aleman. in palæstrâ consultat. jur. 8. quæst. princip. 1. pag. 373. & duab. seqq. Bocer. de jur. monet. c. 2. num. 75.* Et verò hanc ipsam assertionem de solvendis numis debitis, extrinseca eorundẽ bonitate intra tempus contractus & solutionis mutatâ, secundùm valorem temporis solutionis nõ semper procedere, sed exemplo aliarum regularum & definitionum juris, *l. in toto, 80. & l. omnis definitio, 202. ff. de reg. jur.* multas limitationes admittere, valoremque temporis solutionis in solvendis numis debitis non semper attendi, ab ipsissimet etiam authoribus hujus regulæ de solvendis numis debitis, ad valorẽ temporis solutionis traditum est.

80 Cujusmodi † limitationes inprimis sunt, 1. si consuetudine vel statuto aliud receptum sit, 2. si conventione contrahentium, vel dispositione testatoris aliud definitum fuerit. 3. si creditor accipiendo numos debitos, secundùm valorem temporis solutionis magnum damnum sensurus sit. 4. si tempore solutionis nullum firmum edictum monetarium existat. 5. si numorum tempore solutionis currentium valor prorsus injustè & immodicè auctus vel diminutus fuerit. 6. si valor grossarum monetarum propter inhibitam multiplicationem & deteriorationem minorum monetarũ, per quas majores æstimantur, injustè & immodicè accreverit. 7. vel etiam mora ex parte debitoris aut creditoris intervenerit. 8. aut denique certus solvendi modus præscriptione, seu observantia inductus fuerit, uti ex limitationibus ad hanc quæstionem, & supra etiam propositam quæstionem, de solvendis numis ad obligationem genericam debitis, nec non etiã subsequentibus quæstionibus, de solvendis numis debitis, bonitate eorundem intrinseca intra tempus contractus, & tempus solutionis mutata, mora vel præscriptione etiam interposita, luculenter videre est.

Quarum † limitationum nonnullas 81 etiam in allegatis sententiis & præjudiciis Cameræ Imperialis, quæstionibus Volckmari & Hilleri sub finem adjectis à Dominis Cameralibus attentas fuisse, ex eo etiam verisimiliter colligitur, tum quod pleræque istarum sententiarũ tempore hujusce immodici abusus monetarum publicatæ sint, tum verò etiã quod in nonnullis earundem valor monetarũ etiam ad primævum, & universale Imperii Romani edictum monetariũ Ferdinand. I. Imper. Roman. de Anno 1559. reductus sit.

Cui † inferiorum Principum & Sta- 82 tuum Imperii edicta monetaria particularia, nisi legitima consuetudine simul firmata fuerint, derogare non poterunt: Reichs Abschied *de anno* 1594. §. Darneben sollen die Kreyß / *in fin. ibi*: Sonderbare *Edicta*, Gebott vnd Verordnungen / welche gleichwol dem Müntz Edict nicht zuwider seyen / fürzunehmen / vnd ins Werck zurichten. Veluti etiam in specie major & injusta monetarum æstimatio & expositio, contra definitum modum, & in Cõstitu-

stitutionibus Imperii, sub pœna confiscationis numorum ita expensorum disertè est inhibita, *d. ordinat. monet. Ferdinandi I. Imperat. de anno* 1559. §. Ferner/dieweil etliche Stände im Reich/ *& tribus* §§ *& seqq. item in* §. Welche aber dieses übertretten/vnnd solche obgesetzte frembde/ꝛc. *item ex Recess. Imper. de anno* 1576. §. Vnnd auß sondern vernünfftigen Bedencken/ *in fin. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 7. n.* 139.

83 Quòd † usque adeò verum est, ut non solùm aliqui Statuum Imperii, imò Collegia etiam Mercatorum & aliorum Edicta Statuum Imperii particularia, in quibus monetarum valor quadantenus adauctus est, nunquam receperint, sed universale tantum Edictum monetarium Ferdinandi I. Imperat. de anno 1559. hactenus agnoverint, imò nonnulli etiam Principes & Status Imperii, qui ista particularia edicta monetalia simul publicari fecerunt, nihilominus in certis debitis exigendis, cumprimis Cameralibus, ständige Cammerschulden/ Ferdinandi I. Imperat. edictum monetarium constanter observarint. Qualibus in casibus, quando nimirum creditores particularia edicta monetalia, vel prorsus non, vel etiam in illa causa & debito non receperunt, solutio numorum debitorum, secundùm universale Romani Imperii edictũ monetarium, de anno 1559. cumprimis verò si illud expressè ita provisum aut præscriptum sit, expedienda fuerit, *uti suprà num. 9. 11. 12. 13. 14. 15. & num. 54. latius ostensum est.* Quinetiam pleraſq; illarum sententiarum Cameræ Imperialis, non ad casum mutatæ bonitatis monetarum extrinsecæ, seu valoris earundem, sed ad casum mutatæ bonitatis intrinsecæ, intra tempus contractus & solutionis (quo secundùm omne penè Dd. tempus contractus inspicitur, & idipsum, quod novæ monetæ deteriori in locum veteris surrogitæ deest, à debitore suppleri oportet, aut quod meliori novæ monetæ superest, ab eodem rursus deduci potest, *cap. olim*, 10. *& cap. cum canonicis*, 26. *ext. de censib. l. 1. C. de veter. numism. potest. d. l. 1. & l. 2. C. de ponderat. & aur. illat. Andr.* Kohl *exercitat. legal. cap.* 18. *num. 1. & seqq. & proximè sequenti quæst.* 2.) magis pertinere, vel ex sola inspectione illarum sententiarum videtur posse colligi, utpote, in quib. disertè talium & tot thalerorum, florenorum, alborum, quales tempore contractus in loco isto recepti & currentes fuerint, fiat mentio, eo ipso innuendo, cùm hodierni albi & monetæ minores veteribus illis viliores sint, quod debitores creditoribus suis, qui tempore contractus probam & justi ponderis monetam expenderunt, defectum illum in hodiernis monetis currentibus supplere, aut grossas & majores monetas adhuc illis in minori & justo valore, uti fuerunt tempore contractus, solvere oporteat, *Symphorem process. tom. 3. in verb. annui reditus, pag. mihi* 15. §. *in causa*, D. Friederich Meurers/ ꝛc. *ibi: D. Z. dixit*: Man solle den *Actoribus* so viel an anderm Gelt geben/ als viel *tempore contractus* 26. *albi* haben anlauffen mögen/ *Habendo rationem ad intrinsecam bonitatem*, dann die *albi* damalen viel Silberreicher gewesen/ als jetzige Wormbser *albi*, *&c. subjuncta statim sententia suprà ad fin. rationum decidendi, num. 51. allegata. In causa* D. Friederich Meurers Kinder Vormünder/ *contra* die Gemeyn zu Bechtheim/ in quâ 26. albi Wormatienses meliores,

quali-

qualibus tempore contractus aureus æstimabatur, mediante eodem aureo, cum albis Wormatiensibus vilioribus tempore solutionis currentibus commensurantur, bonitate illorum intrinseca ad tempus contractus, æstimatione verò eorundem, & bonitate extrinseca ad tempus solutionis relatâ.

84 Quod † assertioni nostræ non repugnat, sed probè & ad unguem usq; congruit, eò quòd ex deterioratione monetarum propriè & verè non æstimatio earundem, sed propter admissam viliorem monetam, aut detractũ pondus tantum numerus monetarum augeatur, veluti ex multiplicatis & deterioratis minoribus monetis, puta grossis, quorum olim 24. tantum thalero Imperiali æquivalebant, in immodico verò monetarum abusu, vel trecenti etiam thalerum Imperialem, secundùm ligam Romani Imperii, vix adæquabant, plus quàm manifestum est, per quam minorum monetarum multiplicationem & deteriorationem grossarum monetarum adhuc probarum, æstimationem, valorem & bonitatem extrinsecam earundem necessariò quoque augeri & crescere oportuit, *arg. l. pro imminutione, 2. C. de veter. num: sm. potest. Anton. Faber de var. numor. debitor. solut. cap. 1. prope fin. vers. de extrinseca verò apparet, &c. usque ad fin. capitis, item cap.* 18. *pag. mihi* 240. *&* 241. *item cap.* 14. *in fin. Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 2. nu.* 33. *&* 34. Carol. Molin. *d. tract. de usur. & fructib. quæst.* 93. *nu.* 716. *& imprimis quæst.* 92. *num.* 704. ubi tradit, quando probæ & grossioris monetæ valor extrinsecus, ob depravationem & multiplicationem minutiorum numorũ augetur, quod tum verè, & in effectu valor grossarum & probarum monetarum auctus non sit. Quando enim aurei aucti sunt in valore seu numero solidorum, aut nostrates thaleri usuales in numero grossorum & alborum tantò magis diminuti & deteriorati sunt in materia & pondere, licet in veteri manserint æstimatione solidorum, grossorum, vel alborum, ex certa summa penningorum collectorum; qualis injusta deterioratio & multiplicatio minorum monetarũ, per quas majores æstimantur, & proinde earundem æstimationem necessariò etiam crescere oportet, justi & perpetui monetarum valoris, seu extrinsecæ bonitatis vim omnino sustinere nequit, ut supra latius ad quæstionem 2. class. 2. de solvendis numis debitis ad obligationem genericam, limitatione quarta, & quod hocce in casu, ubi in effectu intrinseca monetarum bonitas mutata est, non tempus solutionis, sed tempus contractus inspici oporteat, latius ostendi.

Et hoc † ipsum alii etiam Interpretes 85 ante me animadverterunt, *Andr. Gail. & Ioachim. Myns.* qui ab Interpp. nostris circa hanc quæstionem tanquam Dissent. allegantur, hoc modo inter sese conciliantes, atque ita re ipsa & in effectu inter se consentire existimantes. Quando enim And. Gail. *lib. 2. observ. 73. num* 9. statuit, valore numorum extrinsecus aucto vel diminuto, wann die Münz gültiger oder geringschäßiger werden / lucrum & damnũ creditoris esse, ac proinde tempus solutionis attendi, Joachim. Mynsing. verò *cent. 4. observ. 1. num. 1. & 2.* tradit, si valor monetæ intra tempus contractus & solutionis creverit, vel decreverit, quod damnum & lucrum debitoris, ac proinde tem-

de tempus contractus inspiciendum sit, allegatis etiam *num.*4.prejudiciis Cameræ Imperialis, nonnulli Interpretum nostrorum eos ita conciliant, quod Andr. Gail. loquatur de casu mutatæ solum bonitatis monetæ extrinsecæ, quo casu tempus solutionis secundùm eum rectè attendatur; Mynsinger autem loquatur de casu mutatæ bonitatis monetæ intrinsecæ potissimùm, circa quam mutationem in solutione numorum debitorum tempus contractus rectè attendatur, subjiciendo ulterius, quod *huic observationi* Dn. Mynsingeri *nu.*2.*&* 3.aliqua successu temporis inspersa sint, quæ in priori editione non habeantur, quod ex conclusione *nu.* 5.*ejusdem observationis* ex hisce inprimis verbis patere possit (quare si pecunia mutata fuerit, & deterior facta, nō tenetur quis eam recipere) qualis Dn. Mynsingeri collectio, non nisi de intrinseca bonitate monetæ mutatâ accipi possit,& proinde præmissas etiam seu numeros præcedentes, *nu.* 1. 2. *&* 3.*d.observ.*1.*cent.*4. *Mynsing.* ejusdem generis fuisse præsumēdum sit, *Addition. ad quaestion. tres monetar. Volckmari & Hilleri*, *anno* 1623. *Spiræ editas prope initium*, §. *inter cætera autem ex præcipuis est*, *pag. mihi* 78. *&* 79. qualis conciliatio, modò de prætensis Mynsingeri verbis in editione priori constaret, non inconcinna,& huic nostræ sententiæ prorsus congrua foret.

86 Quinetiam † prædictis omnibus & singulis probè perpensis, & distinctione valoris numorum imposititii in Imperialem seu publicum, qui justus & legitimus est, & in usualem, qui ut plurimum difformis, incertus & illegitimus est, *suprà ad initium hujus quaestionis*, *nu.* 9. *& seqq.* hunc in locum revocata, non tam præjudicia Cameræ Imperialis pro contrariis inter sese allegata, quàm ipsorummet etiā Dd. nostrorum nonnullis, quorum aliqui valorem numorum temporis contractus, aliqui valorē temporis solutionis in expedienda numorum debitorum solutione respiciendum esse arbitrantur, inter sese etiam hac ratione videntur conciliari posse.

Quod † enim in oblata controversia 87 monetaria, alteruter litigatorum de valore Imperiali, alter verò de usuali certet, nullaq; prægnans & in jure approbata causa subsit, vel doceri possit, quod à valore publico Imperiali recessum sit, tum in dubio, quoniam valor Imperialis publicus & legitimus, usualis verò difformis & illegitimus est, secundùm eum, qui de valore Imperiali certat, pronunciandum est, atque sic revera & in effectu, quoniam valor iste Imperialis adhuc durat, nec sublatus est, in expedienda numorum debitorū solutione, tempus hodiernum seu valor temporis solutionis attenditur, *uti ex suprà tradita ultima decidendi ratione, num.*54.*& in eadem allegatis præjudiciis sententiaq; Cameræ Imperialis satis liquet.*

Quod † si verò in controversia inter 88 litigatores oborta, utrinque à valore Imperiali & publico valoris numorum recessum sit, & alter eorum de valore usuali numorum ad tempus contractus, alter de valore numorum usuali tempore solutionis certet, tum quoniam istiusmodi valor usualis, incertus, difformis & illegitimus est, neuter in effectu attenditur, sed ad valorem numorum intrinsecum seu juris gentium invariabilem recurri-

tur, spectata nimirum bonitate numorũ intrinseca temporis contractus, quanti revera numeratum & creditum fuit, & totidem etiã ejusdem qualitatis & quantitatis numis, nec pluribus nec paucioribus, nec fortioribus nec debilioribus, ut neutri quicquam desit vel supersit, creditori adjudicatis, *l. in perpetuum, 61. ff. de solution. & liberat. junct. l. tutor, 41. §. Lucius, 1. ff. de usur. l. obsignatione, 9. C. de solut. & liberat. Anton. Faber de variis numor. debitor. solution. cap. 5. Ernest. Corthman. volum. 4. consi. 49. numero 337.*

89 Atq; † hæc omnia cum hoc moderamine, ut nimirum quantitas & qualitas numorum debitorum ad tempus cõtractus referatur, & si extent, eadem etiam ratione solvendi sint, sin verò conquiri nequeant, & in alia numorũ specie tempore solutionis currente, solutio facienda sit, illa facultas solvendi, & æstimatio numorum debitorum ad tempus solutionis per numos probos eo tempore currentes expediatur, juxta duas sæpiùs propositas juris nostri definitiones. Quando quæritur, quid & quantum debeatur, tempus contractus inspicitur, *l. Rutilia Polla, 69. ff. de contrahend. emption. leg. mutuum damus, 2. §. mutui datio, 1. ff. de reb. credit. l. venditor, 2. § in hæreditate, 1. ff. de hæredit. vel action. vendit. l. si filiusfamilias, 78. ff. de verbor. obligat. l. non omne, 144. §. 1. ff. de regul. jur. Anton. Faber de variis numor. debitor. solution. cap. 4. pag. mihi 86. & 90. item cap. 5. pag. 95.*

Quando verò de facultate solvendi rei petitæ, & æstimatione ejusdem agitur, tempus solutionis spectatur, *d. l. vinum, 22. ff. de reb. credit. l. ult. ff. de condict. trit. l. hominem, 37. ff. mandat. l. quoties in diem, 59. ff. de verbor. obligat. l. qui autem, 12. § illud, 1. ff. si quis caution. in jud. sistend. l. fundum, 28. ff. de novation. Anton. Faber de variis numor. debitor. solut. cap. 5. pag. mihi 107.* veluti illud ipsum etiam ex sententia Cameræ Imperialis Grandhers *contra* Bitto / *supra num. 50. ad fin. relata*, in quâ Appellanti injunctum est, vel bis millenos coronatos Francicos ejusdem qualitatis, uti in obligationem deducti fuerunt, solvere, vel æstimationem eorundem, uti tempore solutionis in justo valore æstimari possunt, solvere, luculenter patet. Quod etiam in effectu in aliis sententiis super quantitate generica conceptis factum est, sed discrimen illud, quoniam æstimatio pecuniæ utrinque & in obligatione & facultate solvendi est, non tam evidenter, uti in obligatione specierum, in qua certa numorum species in obligatione, numi verò alii tempore solutionis currentes tantum in facultate solvendi sunt, animadverti, sed hoc tantum attendi potest, quod numorum debitorum qualitas & quantitas seu valor eorundem intrinsecus & juris gentium, semper ad tempus contractus relatus sit, quales si non conquiri possint, & in aliis numorum speciebus solvendi sunt, numos debitos utique relata eorum bonitate intrinseca ad tempus contractus, per pecuniam tempore solutionis currentem, secundùm valorem illius temporis æstimari, adeoque bonitatem numorum debitorum & solvendorum intrinsecam solutionis tempore æquâ lance commensurari oportet, quod una & simplici jussione (cùm in hac obligatione genetica, uti dictum, æstimatio numorum & in obligatione, & in facul-

facultate solvendi sit) condemnatione videlicet, ad valorem juris gentium intrinsecum & invariabilem temporis cōtractus, facilè expediri potest, uti in sententiis Cameræ Imperialis super quātitate generica publicatis videre est, quibus si solutio in aliis numis tempore solutionis currentibus, & numorum creditorum seu bonitatis eorundem intrinsecæ tempore solutionis per alios numos in facultate solvendi existentes, expedienda æstimatio prorsus non excluditur, sed tacitè vel ex lege etiam talibus sententiis inest.

Resolutio rationis dubitandi ultimæ.

90 Postrema † & ultima dubitandi ratio ex allegatis in eadem statuti deducta resolvitur, si nimirū in Saxonia secundùm Constitutionem Novellam Domini Electoris Augusti *part.* 2. *Constitut.* 28. item in Archiepiscopatu Trevirensi & Moguntinensi, mutatâ monetarum bonitate extrinsecâ tempus contractus, & non solutionis attendatur, quod illud ipsum nostræ assertioni non repugnet, sed eam confirmet potius. Nam posito eo in prædictis Electoratibus singulari statuto & consuetudine receptum esse, quod mutato valore monetarū intra tempus contractus, & tempus solutionis tempus cōtractus inspiciendum sit, exinde protinus consequitur, regulā seu jus commune esse in contrariū, & secundùm id tempus solutionis attendi, *argum. l.* 1. *ff. de reg. jur. l. nam quod,* 4. §. *fin. ff. de pen. legat. l. quæsitum,* 12. §. *idem,* 43. *vers. deniq., ff. de instr. vel instrum. legat.* Johan. Zanger in terminis *in tr. de except. part.* 3. *c.* 1. *n.* 177. *&* 178. ubi tradit, huic opinioni communi contradixisse Azonem, qui tempus cōtractus respexerit, & ejus opinionem etiam approbasse Electorem Saxoniæ Dn. Augustum *d. part.* 2. *Const.* 28. Ex quibus satis liquere arbitror, quòd regulariter solutio numorū debitorum, & cumprimis etiam summæ collectivæ seu quantitatis genericæ, secundùm valorem temporis solutionis, & secundùm edictum monetarium justum & perpetuum loci destinatæ solutionis expedienda sit.

Limitationes.

Primò † igitur hujusmodi regula de solvendis numis debitis, valore eorundem intra tempus contractus & solutionis mutato, ad valorem currentem tempore solutionis limitatur, & tempus contractus inspicitur, si illud ipsum statuto vel consuetudine peculiari receptum & approbatum sit, *argum. l. sed & ea,* 35. *& l. imò magnæ,* 36. *ff. de legib. cap. fin. ext. de consuet. Anton. Gabriel. Roman. comm. conclus. lib.* 3. *sub tit. de solution. conclus.* 1. *num.* 22. *&* 39. *Andr. Kohl exercitat. legal. cap.* 19. *num.* 17. *Zang. d. tract. de exception. part.* 3. *cap.* 1. *nu.* 177. *&* 178. *ubi constitutionem Electoratus Saxoniæ allegat, Iacob. Aleman. de jur. monet. consult.* 8. *decis.* 18. ubi de statuto seu consuetudine Trevirensi & Moguntinensi attestatur. 91

Verùm † circa hanc statutorum & cōsuetudinis peculiarem dispositionem de solvendis nimirum numis debitis ad valorem temporis contractus accuratè observandum, uti alias etiam fieri assolet, quousque & in quibus præcisè terminis, an in obligatione pecuniaria ad certas monetæ species, an in imaginaria collectiva & generica obligatione, an verò in utraque contraria illa dispositio facta sit; 92

eò quòd in controversiis monetalibus multoties contingat, quod Dd. qui verbis inter se dissentire videntur, re ipsa & in effectu inter se consentiant.

93 Ita † in obligatione ad certas monetæ species, si statuto seu consuetudine dispositum fuerit, quòd solutio istarũ monetarum debitarum, puta thalerorũ Imperialium secundùm tempus contractus fieri debeat, debitor vigore istius consuetudinariæ seu statutariæ dispositionis, vel thaleros Imperiales in specie, vel totidem & tales meliores grossos creditori suo præstare tenebitur, quot & qualibus secundùm intrinsecam & extrinsecam bonitatem thalerus Imperialis tempore contractus æstimatus fuit, aut si tales & ejusdem bonitatis grossi non extent, secundùm juris communis & aliorum Dd. opinionem, qui valore pecuniæ seu extrinseca ejusdem bonitate tantum, intra tempus contractus & solutionis mutatâ, statuunt, tempus solutionis spectandum, secundùm istud tempus etiam solutionem expediendam statuunt. Si verò insuper intrinseca etiam bonitas majorum & minorum monetarum mutata sit, eatenus tempus etiam cõtractus attendendum existimant, & eatenus debitor defectũ bonitatis intrinsecæ grossorum, tempore contractus in aliis monetis tempore solutionis currẽtibus supplere, & thaleros Imperiales debitos secundùm auctum valorem eorum, tempore solutionis, in pluribus grossis tum temporis currentibus, creditori suo præstare tenebitur, quod perinde est (modò thalero Imperiali, grossi tempore cõtractus currentes pauciores, & tempore solutionis currentes plures, quibus utroque tempore æstimatus fuit, quoad intrinsecam & extrinsecam bonitatem correspondeant) atque si debitor creditori pro thaleris Imperialibus singulis pauciores grossos, quibus tempore contractus æstimatus, & tum temporis in usu fuerunt, præstitisset. Quod ipsum non solùm in prædicta constitutione Electorali Saxonica *part. 2. constitut. 28. in princip. hisce verbis:* Da der valor vnd der Werth/ vnnd also bonitas extrinseca verendert / dardurch die Müntz gesteigert oder fället/oder gantz abkommet/soll der Werth/wie er zur Zeit deß Contracts gewesen (si videlicet numi debiti extent, & haberi possint) bezahlet vnd erlegt werden. *Et in verbis finalibus ejusdem constitutionis:* Also auch wann Schrot vnd Korn/vnnd also bonitas intrinseca an der Müntz verendert / so soll die Zahlung derer Müntz / die tempore contractus ganghafftig gewesen / oder da man die nicht haben kan / noch derselbigen Werth vnnd æstimation (tempore solutionis scilicet, si numi debiti non amplius extent, & in alia numorum specie solutio facienda sit) geschehen / welcher sich vnsere Verordnete allzeit können vergleichen / darbey wirs auch bewenden lassen) ita dispositum est, sed etiam ex Cameræ Imperialis sententiarum collatione, cumprimis In Sachen D. Friederich Meuers Kinder Vormünder / contra die Gemeyn zu Bechtheim / suprà in ultimâ decidendi ratione relatâ, satis manifestum est, utpote in qua reis conventis injunctum est, ad obligationem antiquam supra 15. aureis annuorum redituũ, qui tempore contractus 26. albis Wormatiensibus æstimati fuerunt, sed tempore solutionis longè pluribus albis tum tem-

temporis vilioribus voluerunt, Actoribus singulis annis vel 15. aureos, vel tantam eorundem æstimationem, quanti tempore solutionis in minoribus vel aliis monetis Wormatiæ expenduntur, præstare. Quod itidem in effectu perinde est, atque si debitoribus injunctum fuisset, creditoribus suis loco singulorum aureorum 26. albos, tempore contractus Wormatiæ currentes præstare, quales & in eadem bonitate intrinsecâ, cùm tempore solutionis Wormatiæ non extitetint, debitores bonitatē eorundem tam intrinsecam, quàm extrinsecam, in monetis tempore solutionis currentibus, secundùm valorem istius temporis supplere oportuisset.

94 Porrò † obligationes pecuniarias super quantitate generica, seu summis collectivis & imaginariis, puta florenis, thaleris usualibus, libris, & consimilibus summis contractus, quod attinet, in iisdem res paulò secus se habet. Ut maximè enim in hujusmodi etiam obligationibus genericis, quando intra tempus contractus, & solutionis intrinseca bonitas monetarum, inprimis monetarum, per quas majores æstimantur, mutata est, secundùm nostros Dd. qui mutato valore monetarum in faciendis numorum debitorum solutionibus, tempus contractus respiciendum existimant, adaucto valore monetarum bonitatis intrinsecæ defectum, tempore solutionis, in monetis currentibus, debitorem supplere oporteat, sin verò valor interea diminutus sit, debitor augmentum intrinsecæ bonitatis creditori deducere possit, atq; eatenus rursus hi Dd. alias valore monetæ mutato tempus contractus respicientes, in effectu conveniant, attamen idipsum tantum procedit, quando valor grossarum monetarum, multiplicatis admodum & deterioratis minoribus monetis, aut contra iisdem diminutis & meHoribus factis immodicè admodum auctus & diminutus est, uti ad finem superiorum quæstionum, de facienda numorum debitorum solutione, ad obligationem pecuniariam genericam vel pactitiam latius ostensum est. Quando verò minores monetæ, per quas majores æstimantur, successivè, paulatim & non sensibiliter, atq; ita justè etiam propter majorem fortassis caritatem materiæ monetarum, aut majores etiam sumptus à superiore talem potestatem habente mutatæ seu deterioratæ sunt, atque ita, uti plerunq; fieri assolet, grossarum monetarum æstimatio seu valor nonnihil, & non admodum sensibiliter adauctus est, tum minoris istius, & nō admodum sensibilis mutationis valoris monetæ, propter evitandas multas confusiones & inextricabiles lites in Republica, non habetur ratio, & obligationes istiusmodi genericæ, citra supplementum decrementi aut deductionem augmenti, quoad intrinsecam bonitatē minorum monetarum temporis contractus in pecunia & monetis tempore solutionis currentibus, secundùm valorem istius temporis dissolvi possunt, uti superiori ampliatione secundâ ad hanc quæstionem latius videre est.

Ampliatio secunda.

Secundò † hæc conclusio etiam limitatur, & mutato valore monetæ imposititio, seu bonitate ejusdem extrinsecâ tantum in solutione numorum debito- 95

rum valor eorundem tempore solutionis non attenditur, si istiusmodi valoris imposititi mutatio non perpetua, sed modici tantû temporis fuerit, tum enim modica istiusmodi valoris mutatio non attenditur, sed secundùm valorem constantë seu proximè antecedens edictum monetarium perpetuum, aut eadem deficiente etiam, secundùm valorë intrinsecum juris gentium seu tempus contractus solutio facienda est, *argum. l. pretia rerum, 63. §. ult. ff. ad L. Falcid. Panormitan. in cap. quantò, 18. col. penult. ext. de jurejur. Covarruv. de veter. numism. collat. cap. 7. §. 1. num. 4. §. Sexta conclusio hæc, Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. declarat. 9. uti etiam class. 2. sect. 1. quæst. 2. limit. 2. num. 31. aliquantò latius ostensum est.*

3. *Limitatio.*

96 Tertiò † hæc conclusio de solvendis numis debitis ad valorem temporis solutionis etiam fallit, si mutatio valoris monetæ prorsus injustè & immodicè, & ex mero lucro seu avaritia superiorum conciliata fuerit, cumprimis verò ex deterioratione intrinsecæ bonitatis minutarum monetarum, quibus majores æstimãtur, provenerit; qua ratione majores monetas in eadem bonitate intrinseca consistentes, pro observanda æquali commẽsuratione & proportione ad monetas deterioratas, secundùm bonitatem extrisecam seu valorë impositiium necessariò quoq; crescere oportet, veluti tempore summi abusus monetarum, cumprimis Anno 1622. & 1623. percussorum grossorum sex vel octo quoad bonitatem intrinsecam vix unum grossum veterem confecerunt, & ne quidem cruciféro veteri adæquari poterunt, usque adeò, ut tempore summi istius abusus monetarum propter tantam numorum deteriorationem, veteres grossi cum novis non amplius promiscuè & in eodem, sed diverso prorsus valore expendebantur.

Unde † factum est, ut thalerus Imperialis, qualis ante 24. annos, 20. bazenis, ante 14. ann. 22½. baciis ante 10. annos 25. bazenis valuit, propter illam injustam & immodicam deteriorationem minutæ monetæ prædictis annis nonnullis in locis 75. baciis æstimatus fuerit, & proinde invito creditori, qui eundem debitori autem 10. ann. tum temporis pro 25. bazenis exposuit, in tam immodico & injusto valore, nimirum pro 75. baciis in tanta monetariorum edictorum incertitudine, reiq; numariæ abusu obtrudi nõ potuerit. 97

Primò † enim istiusmodi valoris impositii mutatio pecuniæ, qua alias omnes res æstimari oportet, *l. 1. in princ. ff. de contr. empt. l. si ita, 42. ff. de fidejuss. & mandator.* monetæ naturæ repugnat, & veterum Jurisconsultorû tempore prorsus incognita, & pecuniæ æstimatio semper certa fuit, *l. numis depositis, 3. ff. de in lit. jurand. l. 1. de cond. tritic. l. ideò, 3. de eo, quod cert. loc. Fachin. lib. 2. controv. c. 3. prope fin. §. ad secundum argumentum.* 2. Deinde omnes penè Dd. assertores hujus conclusionis, qui numos debitos citra distinctionẽ obligationis genericæ & specificæ ad valorem temporis solutionis creditori solvendos existimãt, in hoc conveniunt, quod augmentum & decrementum valoris impositii monetarum non debitoris, sed creditoris esse debeat, *uti ex allegatis Dd. ab Andr. Kohl exercit. legal. d. exerc. 19. n. 2. Matth. Berlich. pract. concl. part. 2. concl. 36. nu. 2. satis constare potest.* 98

Atq;

Atq; idipsum in vim tertii argumenti ex hac potissimum ratione, quòd in obligationes pecuniarias, nō sola æstimatio numorum, sed simul etiam ipsamet corpora seu materia & bonitas pecuniæ intrinseca deducta esse censeatur, *arg. l. 1. & l. 2. C. de vet. numis. pot. l. 1. C. de pond. & aur. illat. lib. 11. uti in rat. decid. latius ostensum est.* Unde pro Quarta ratione consequēs est, quemadmodum in obligatione specierum bonitas non extrinseca solum pecuniæ, sed intrinseca simul consideratur, & si in alia monetę specie solvatur, creditori in moneta quidē proba & usuali ad valorē temporis solutionis (factâ prius pecuniæ debitæ, & in obligationē deductæ æstimatione) præstanda est; ita pariter idem etiam in obligatione generis expediendū, nec sola pecuniæ æstimatio secundùm tempus contractus, sed simul etiā bonitas ejusdem intrinseca, uti eodē tempore contractus fuit, consideranda, solutionis tempore æstimanda, & ad valorem istius temporis in moneta proba usuali & currente reddenda est. Nam uti extrinsecus pecuniæ solvendæ valor, secundùm hanc conclusionem ad tempus solutionis refertur, ita pariter intrinseca monetæ bonitas secundùm tempus cōtractus attenditur, uti in proximè sequenti quæstione secunda hujus Classis latius docebitur.

5. Quo pro Quinta ratione non admisso, & in obligatione generis pecuniæ, puta florenis seu libris debitis, consideratione bonitatis pecuniæ intrinsecæ exclusâ, seu minutâ monetâ, quâ majores numi æstimantur, bonitate ejusdem tam extrinseca, quàm intrinseca, non æquè, ut in grossa pecunia perpensa, consequens foret, credita pecunia, creditorem, qui debitori pecuniam credendo beneficium præstitit, damnum tantum sentire, contra verò debitorem, qui pecuniam acceptam tempore contractus in minori valore expendit, & longè plus, quàm in tanto augmento fieri potest, pro ea comparavit, solum lucrum percipere, siquidem aucto valore monetæ grossæ, rerum quoque pretia in minuta moneta, qua major æstimatur, proportionaliter augentur, *l. 2. C. de vet. numism. potest. lib. 11. Angel. & Paul. Purpur. in d. l. cum quid, 3. num. 171. ff. de reb. cred. Carol. Molin. de usur. & fruct. q. 93. n. 5.*

6. De † quo immenso & intolerabili damno in summo superiorum temporū monetario abusu, ubi minuta moneta, quâ major æstimatus fuit, ultra triplum corrupta, & in bonitate intrinseca deteriorata, contra verò valor grossæ monetæ eadem proportione ultra triplum adauctus fuit, ita ut etiam rusticis & hominibus imperitis constare potuit. Licet enim thalerus Imperialis in eadem bonitate intrinseca perstitisset, uti fuit ante 8. 14. & 24. annos, florenus etiam usualis Francofurtensis minor, æquè uti ante 10. 14. vel 24. annos 27. albis seu 18. grossis constet; attamen minutæ monetæ, puta albi & grossi, quibus florenus Francofurtensis æstimatur, in tantum quoad bonitatem intrinsecam deteriorati fuerunt, ut secundùm superius dicta, tres grossi deteriorati, vix unum veterem grossium, quoad bonitatem intrinsecam adæquaverint, & proinde thalerus Imperialis, qui ante 10. annos 25. batiis æstimabatur, tempore summi monetarum abusus quinque florenis, seu 75. batiis æstimatus fuerit, & 99.

tamen

tamen thalero Imperiali quinque florenis æstimato, eo tempore non plus mercis comparari potuerit, quàm antea, ubi 25. tantum baciis æstimatus fuit. Contra verò pro merce unius floreni Francofurtensis ante 10. annos Anno 1622. & 1623. ultra tres florenos Francofurtenses, propter tantam deteriorationem minutæ pecuniæ, & immodicum augmentum valoris grossarum monetarum emptores expendere oportuerit, eaq; ratione creditor ne quidem tertiam partem pecuniæ creditæ ad obligationem generis super sorti pecunia contractam receperit.

100 Cujusmodi † summa injustitia & læsio longè ultra dimidium, imò ultra triplum etiam in Republica non toleranda, sed æquè in pecunia minutâ, atque in grossâ bonitas ejusdem intrinseca secundùm tempus contractus spectanda, & tẽpore solutionis in moneta usuali æstimanda, supervenientisq; deteriorationis ratio omninò habenda, adeoq; debitum illud vel de pecunia æquè bona, vel de nova ad æstimationem antiquæ solvenda est, tum *per cap. olim, 20. & cap. cum Canonicis, penult. extr. de censib.* tum quòd aliàs etiam inter contrahentes inæqualitatem excludi, & contractus claudicare non oporteat, *l. 1. ff. de rescind. vendit. l. si pater puellæ, 12. C. de inoff. testam. Bartol. in l. Paulus, 101. ff. de solut. & liberat. circ. fin. Gabriel. Roman. commun. conclus. lib. 3. conclus. 1 num. 19. & conclus. 2. num. 7. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. declarat. 6. num. 5. & 6. item limitat. 8. num. 5. & limitat. 10. in fin. Carol. Molin. de usur. & fructib. quæst. 97. num. 733. §. secunda quam omisit, Rener. Budle. de renumar. lib. 2. cap. 2. num. 33. & 34. Anton. Faber de variis numor. debitor. solut. cap. 6. Andr. Kohl exercitat. legal. cap. 19. nu. 15.* qui ambo licet modicæ mutationis valoris monetæ grossæ propter modicam, & non admodum notabilem deteriorationem minutæ monetæ rationem non habendam esse existiment: attamen hanc immodicam majorem & injustam deteriorationem minutæ monetæ, quoad intrinsecam bonitatem, & ex eâ subsecutum immensum augmentum valoris grossæ monetæ, omninò attendendum, & omnia ad æqualitatem reducenda arbitrantur.

Quinetiam † Anton. Faber *d. tractat. de variis numor. debitor. solut. cap. 1. ad fin. pag. mihi 27. §. quod verò si aurei, &c.* elegãter monet, quòd hocce in casu, ubi aurei vel aliarum grossarum monetarum æstimatio seu valor propter debilitatas & multiplicatas minores monetas adaucta est, quod aureus seu grossa moneta eatenus in effectu & re vera, nec secundùm intrinsecam, nec secundùm extrinsecam bonitatem mutatus, sed numerus tãtum monetæ multiplicatus est, modò in minoribus monetis nulla ulterior fraus commissa sit. 101

Quæ † omnia etiam eadem ratione procedere existimo, si creditor tempore istiusmodi immodici valoris certam pecuniæ summam in genere, seu imaginariam & collectivam, puta 100. florenos vel thaleros usuales crediderit, quod nimirum valore monetarum injusto abrogato & diminuto, debitor injustum illud augmentum creditori itidem deducere possit, ex natura correlativorum, qualis exigit, quod in uno relativorum dispositum est, ut idem etiam procedat in altero, *Iohan. Borcholt. de feud. cap. 7. membr. 3. nu. 10. uti sup. sect. 2. q. 3. class. 2. latius ostensum est.* 102

Latior

103 Latior † deductio tam harum, quàm aliarum etiam hujusvé conclusionis limitationum, quod nimirum valore monetarum intra tempus contractus & solutionis mutato, non semper tempus solutionis respiciendum sit, cumprimis si conventione contrahentium, aut dispositione testatoris aliud provisum sit, si creditor accipiendo pecuniam oblatam, à debitore damnum facturus seu passurus sit, aut intrinseca monetarum bonitas mutata sit, si mora vel præscriptio etiam intervenerit, ex præcedentibus & subsequentibus quæstionibus à quovis facilè huc repeti seu referri poterit.

QUAESTIO SECUNDA,

QUOMODO SOLUTIO numorum debitorum facienda sit, si intra tempus contractus seu dispositionis & tempus solutionis numorum debitorum bonitas intrinseca mutata fuerit? **Wann die Müntz innerhalb der Zeit / deß Contracts / vnnd der Zeit der Zahlung / an Schrot vnnd Korn / oder im Gehalt verringert oder vermehrt worden ist / welcher Gestalt alsdann die Außzahlung geschehen müsse?**

SUMMARIA.

1 *Transitio ad hanc quæstionem.*

2 *Intrinseca bonitas monetæ quænam sit?*

3 *Liga Imperialis thalerorum Imperialium, eorumq; semissium & quadrantium.*

4 *Liga Imperialis cruciferorum Imperialium.*

5 *Liga Imperialis penningorum Imperialium.*

6 *Liga Imperialis aureorum Rhenensium & consimilium.*

7 *Liga Imperialis ducatorum Imperialium.*

8 *Mutatio bonitatis intrinsecæ monetæ quænam sit?*

9 *Mutatio bonitatis intrinsecæ monetæ tam in materia, quàm in pondere duobus luculentis exemplis declaratur.*

10 *Mutationis monetariæ summa fraus & impostura ostenditur.*

11 *Sententia eorum Interpretum proponitur, qui statuunt in numis creditis tantum æstimationem eorundem spectari, eosdemq; in monetis etiam debilitatis ejusdem valoris tempore solutionis currentibus solvi posse.*

12 *Numorum & monetarum totam substantiã tantũ in valore eorundem, & æstimationẽ citra contemplationem materiæ consistere.*

13 *Principem pro Reipublicæ suæ utilitate & necessitate, retento eodem valore monetarum materiei & ponderi aliquid detrahere posse.*

14 *Minus & indignius semper cedit ei, quod dignius majus & potentius.*

15 *Stipulatio irrita & inutilis est, quando stipulator de alia re interrogat, & promissor de alia re respondet.*

16 *Pecunia uniformis & perpetuæ æstimationis esse, & in obligationes tanquam res omninò certa, imo certissima deduci debet.*

17 *Commoda & incommoda augmenti & decrementi monetæ inter debitorem & creditorem non debent esse inæqualia.*

18 *Creditor recipiendo æstimationẽ pecuniæ creditæ, uti fuit tempore contractus, in moneta nova, currente tempore solutionis, supplementum intrinsecæ bonitatis veteris monetæ petere nequit.*

19 *Sententia eorum Interpretum refertur, qui statuunt, mutata intrinseca bonitate monetæ, tempus contractus inspici, & debitorem supplementum defectus intrinsecæ bo-*

nitatis creditori præstare teneri, duobus exemplis declaratur.

20 Moneta substantia in tribus vertitur, proba materia, justo ejusdem pondere, congruo & valore monetarum.

21 Numi debiti creditori in eadem bonitate & quantitate uti in cõtractum deducti sunt, & ab initio deberi cœperunt, reddendi sunt.

22 Tempus contractus seu dispositionis in omnibus negotiis & tractatibus regulariter inspici.

23 Tantundem creditori à debitore solvi debet, quantum creditum est in eadem bonitate & qualitate, nec plus, nec minus.

24 Creditoris quando interest, monetæ novæ pro veteribus, cumprimis debiliores solvi non possunt.

25 Causæ aliquot, cur creditoris intersit, pecuniã recentem pro antiquã non recipere.

26 Mutationis pecuniæ creditæ periculũ, cum semel debitoris factũ sit, non creditorẽ, sed ad debitorẽ tanquã dominũ ejusdem pertinet.

27 Tempus contractus, quoad mutatam bonitatem intrinsecã monetæ respiciendum esse, per cap. olim, 20. ext. de censib. ostenditur.

28 Exceptionis nonnullorum Interpp. refutatio, quod c. olim, 20. ext. de censib. de mutatione bonitatis monetæ extrinsecæ accipiendũ sit.

29 Tempus cõtractus, monetã secundùm intrinsecã bonitatẽ mutata, spectare debere probatur per cap. cum Canonicis, 26. ext. de censib.

30 Numis ex lege scriptâ, vel non scriptâ, privilegio Principis, sententiâ judicis vel arbitri debitis, & intra illud tempus & tempus solutionis bonitate eorundem intrinseca mutata, tempus legis seu obligationis potiùs, & non tempus solutionis inspicitur.

31 Numorum ex testamento debitorum, & intra illud & tempus solutionis secundùm intrinsecam bonitatem mutatorum, supplementum vel decrementum intrinsecæ bonitatis etiam secundùm tempus testamenti vel relicti ineundum est.

32 Tempus contractus quoad mutatam intrinsecam bonitatem monetarum etiam in obligatione conditionali inspicitur.

33 Tempus contractus etiam spectatur, quoad mutatam bonitatem intrinsecam monetæ, etsi obligationi inserta fuerit clausula, de solvendo debito in moneta currente tempore solutionis.

34 Tempus contractus quoad bonitatem intrinsecam monetæ non inspicitur, si obligationi inserta sit clausula, de facienda solutione per pecuniam in valore currente tempore solutionis.

35 Clausula faciendæ solutionis in moneta & valore illius temporis pecuniã debilẽ & depravatã nõ includit, nisi nominatim pactũ sit, q solutio in pecunia tẽpore solutionis currẽte debiliori etiã ejusdẽq; valore fieri possit.

36 Bonitatis intrinsecæ mutatio secũdum tempus contractus attenditur, etsi recenta eadem bonitate extrinseca, omnes monetæ species secundùm intrinsecam tantum bonitatem pari proportione mutentur.

37 Mutationis monetæ secundùm intrinsecã bonitatem supplementũ ad tempus cõtractus refertur, etsi grossæ monetæ in eadem bonitate intrinseca perstiterint, & valor earũ tantum propter debilitatas & multiplicatas minores monetas auctus fuerit.

38 Mutationis monetarum secundùm intrinsecam bonitatem ratio etiam ad tempus cõtractus refertur, etsi bonitas intrinseca & extrinseca simul mutata fuerint.

39 Mutatæ bonitatis intrinsecæ monetarum ratio, non in contractu mutui solùm, sed etiã in aliis obligationibus, in quas præter pecuniam

cuniam etiam res deducta sunt, ad tempus contractus refertur.

40 *Numos debitos creditor non tenetur recipere, nisi sint probæ speciei & justi ponderis.*

41 *Numi crediti in eâ bonitate intrinseca, uti in obligationem deducti fuerunt, creditori reddendi sunt.*

42 *Moneta substantialium uno tantum, puta pondere, proba materia vel justo valore, deficiente, eadem cum effectu plenæ liberationis solvi nequit.*

43 *L. quæ extrinsecus, 65. §. 5. ff. de verb. oblig. expositio.*

44 *Pecuniæ valor non absolutè, sed rectè perpetuus & certus esse dicitur.*

45 *Debitor reddens pecuniam creditã in eadem quantitate & qualitate, nullum patitur incommodum.*

46 *Creditor numos deteriores vel debiliores, quàm credidit, non tenetur recipere.*

47 *Mutatio numorum quoad intrinsecam bonitatem non attenditur, si intra tempus contractus & solutionis tantùm quoad characterem immutati sint.*

48 *Bonitatis intrinsecæ defectum creditor à debitore non potest exigere, quando mutatio seu diminutio intrinsecæ bonitatis monetæ, non post, sed ante contractum facta fuit.*

49 *Bonitatis intrinsecæ supplementum creditor à debitore exigere nequit, si obligationi insertum fuerit, quod solutio in alia & diversa monetæ specie & tempore solutionis currente fieri possit.*

50 *Bonitatis intrinsecæ supplementum etiam exigi nequit, quando constitutione Principis statuitur, vel consuetudine receptum est, quod solutio in qualibet moneta usuali tempore solutionis currente fieri possit.*

51 *Pacto & speciali conventione contrahentium etiam provideri potest, ne creditor à debitore supplementum intrinsecæ bonitatis mutatæ monetæ exigere possit.*

52 *Clausula de facienda solutione in moneta currente tempore solutionis, quatenus decrementum vel incrementum mutatæ intrinsecæ bonitatis monetæ includat vel excludat.*

53 *Intrinsecæ bonitatis monetæ mutatio etiam non attenditur, quando de bonitate intrinsecâ monetæ creditæ non liquidò constat.*

54 *Intrinsecæ bonitatis monetarum mutatio in solutione usurarum aliorumq́ accessionum non attenditur.*

55 *Monetarum bonitatis intrinsecæ mutatio etiam non attenditur in summis debitis genericis, modò mutatio illa justa & modica, non immodica & injusta prorsus sit.*

56 *Summaria recensitio opinionis Dd. inter sese dissentientium circa hanc quæstionem.*

VIsâ † proximè antecedenti quæstione, modo & ratione faciendæ solutionis, si monetæ bonitas extrinseca mutata fuerit, consequens nunc est, exponere, quid juris statuendum, & quomodo solutio expedienda sit, si numorũ bonitas intrinseca intra tempus cõtractus seu dispositionis, & tempus solutionis mutata fuerit. 1

Est † autem bonitas monetæ intrinseca, quæ in materia & pondere monetæ, hoc est, in ipsa substantiali qualitate, ac intensa quãtitate monetæ, vernacula nostrâ, im Gehalt vnnd Gewicht / oder im Schrot vnnd Korn / so viel die Müntz an sich selbst / dem Halt nach / an Geld vnnd Silber werth ist, consistit, paris significationis voce etiam liga appellata, *Schneid. ad §. in bonæ fidei, 30. n. 33. Inst. de act. Andr. Gail. lib. 2. obs. 73. n. 7. Regn. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 7. nu. 132. Rener. Budel. de re numar. lib. 2.* 2

cap.1.num.2. Matth.Berlich.pract. conclus.part. 2.conclus.36.num.4. Iohan. Eubard.cons.28. num.4. vers. intrinseca dicitur, vol.1. Mynsch. cons.49. num.9. vers. intrinseca verò, lib.1. Ernest. Cothman. respons.24. num.14. & 15. vol.1. Dist. Carol. Molin. *d. tract. de usur. & fruct. quæst.92. num.696.* contra magis communem Interpp. nostrorum opinionem hãc bonitatem monetæ extrinsecam esse statuens, sicut & alii plerique Dd. ut refert Matth. Coler. *de process. execut. part.1. cap.10. num.7. vers. scio sane*, dum ait, se scire, Doctores communiter concludere, intrinsecam bonitatem monetæ consistere in solo cursu valore, seu æstimatione, quam moneta à publico habeat, utpote quæ formam, substantiam & esse ipsorum numorũ, sine quo valore numus inexpendibilis sit, &, publicè approbatione remotâ, pecunia esse desinat, constituat, materiam verò bonitatem extrinsecam haberi. At enim à receptâ istâ distinctione recedendum non esse vel ex ipsomet Molinæo *d.loc.* opinatur Bocer. *in tr. de jure monetæ, c.2. n.33.*

3 Ita † ligam seu pedem monetarũ nonnullarum tantùm in Imp. Rom. præ cæteris currentium & notissimarum, & primò quidem argentearum breviter & obiter quasi ꝓ dexteriori intellectu hujus quæstionis, recensendo in ordinatione monetaria Imperiali thalero, Imperiali 68. cruciferis æstimato, & eadem proportione etiã partibus ejus, liga præstituta est, talis ut nimirũ ex Marca Coloniensi 16. lotonum (seu quod idem est 12. denariorum, nisi quod unus denarius 24. grana, unus loto verò 18. grana in sese continet) cui lotonum Marcæ 14. lotones, argenti puri cum quatuor granis, quorum 18. lotonẽ cõficiunt, insint, unde etiã vernacula nostra die Reichsthaler / halbe Reichsthaler / vnnd Reichsörter vierzehen lötig / sampt vier Granen appellantur, & 1 tantum loto cupri cum 14. granis immixtus sit, thaleri Imperiales integri seu species conflantur 8. semisses thalerorum Imperialium, quorum quilibet 34. cruciferis æstimatus est, species conficiuntur 16. & denique quadrantum thaleri Imperialis, quorũ singuli 17. cruciferis æstimati sunt ex marca Coloniensi prædicti ponderis & ligæ species conficiuntur 32. *Recess. Imper. August. de anno 1566. §.* Demnach habẽ wir vns mit jhnen vnnd sie sich hinwider-vmb mit vns entschlossen / *& duob. §§. seqq.* am andern halben Thaler / & am dritten viertheil Thaler. Unde colligitur singulos thaleros Imperiales secundùm ligã Imperialem, quoad pondus esse duorum lotonum, & argenti puri 1. lotonis 14. granorum, semissem thaleri Imperialis, quoad pondus 1. lotonis, quoad argentum purum 16. granorum, & deniq; quadrantem thaleri Imperialis, quoad pondus universum esse 9. granorum, quoad purum argentum autem 8. granorum.

Inferioribus † verò monetis & primò quidem cruciferis, quorum 4. bacium & 60. florenum Imperialem 15. baciorum conficiunt, talis liga præstituta est, ut ex marca Coloniensi 16. lotonum, mista ex 6. lotonibus, & 4. granis argenti puri (unde etiam vernacula nostra, die Creutzer 6. lötig / vnd 4. Gran / appellantur) & ex 9. lotonibus & 14. granis cupri cruciferorum species 243½. conflentur, conficientes florenos Imperiales 4. & cruciferos 3½. *Ordinat. monetar. Ferdinandi I. Imperator.* 4

de anno

de anno 1559. §. Zum siebenden. Unde colligitur unum florenum Imperialem ad 60. cruciferos $8\frac{7}{8}$. unius cruciferi, quoad pondus in sese continere 4. lotones, quoad argẽtum purum verò vulgò fein/ 1. lotonem, & 10. grana.

Denique † minimis inferioribus monetis argẽteis, penningis nimirum Rhenensibus, in hoc circulo Rhenensi currentibus talis liga præfinita est, ut penningorum, quorum 210. floreno Imperiali 15. baciorum, seu 60. cruciferorum æstimati sunt, ex marca Coloniensi 16. lotonum, mistâ ex 4. lotonibus, & 9. granis argenti puri (unde etiam vernacula nostra, die Rheinische Pfenning vierlötig/ vnd neun Gran/ oder fünffthalb lötig dicuntur) & 11. lotonibus cum 9. granis cupri, penningorum species 636. in universum 3. florenos, 6. numos constituentes conflentur, *Ordinat. monetar. Ferdinandi I. Imperator. de anno* 1559. §. Rheinische/ Bayerische vnd Schwäbische Pfenning/ etc. Unde iterum colligitur, quadrantem marcæ numorum Rhenensium numos videlicet 159. seu 19. albos, 6. numos, numorum circiter vulgò ein Pfund Gelt / 4. lotones in pondere 1. lotonem, & $2\frac{1}{4}$. grana argenti puri, vulgò Fein in sese continere.

Ein Marck $\frac{1}{2}$. lib. oder 16. Loth/ 18. Gran/ vnd also ein Marck 288. Gran.

	Zahl der Stück auß einer Marck	Fein guth d' Marck.	Zusatz der Marck.	Werth der Stück.	Fein guth der stück.	Zusatz der Stück.	Gewicht der Stück.
Reichsthaler.	8. Reichsthaler.	14. Loth/ 4. Gran.	1. Loth/ 14. Gran:	68. Creutzer.	1. Loth/ 14. Gran.	4. Gran.	2. Loth.
$\frac{1}{2}$. Reichsthaler.	16. halbe Reichsthaler.	14. Loth/ 4. Gran.	1. Loth/ 4. Gran.	34. Creutzer.	16. Gran.	2. Gran.	1. Loth.
$\frac{1}{4}$. Reichsthaler.	32. viertheil Reichsthaler.	14. Loth/ 4. Gran.	1. Loth/ 4. Gran.	17. Creutzer.	8. Gran.	1. Gran.	$\frac{1}{2}$. Loth.
Creutzer.	$243\frac{1}{2}$. Creutzer.	6. Loth/ 4. Gran.	9. Loth/ 14 Gran.	60. Stück/ jeder zu $3\frac{1}{2}$. Pfen. thun 1. Gülden.	1. Loth/ 9. Gran. circiter.	2. Loth/ 9. Gran/ circiter.	4. Loth.
Rheinische Pfenning.	636. Pfenning.	4. Loth/ 9. Gran.	11. Loth/ 9. Gran.	210. thun 1. fl.	1. Loth/ $8\frac{70}{108}$. Gr.	1. Loth/ $14\frac{111}{318}$. Gran.	5. Loth/ $6\frac{510}{3933}$. Gr.

Cæterùm † aureas monetas, quod attinet, propter auri pretiositatem & ponderositatem præ argento, illarum liga nō ut argentearum monetarum secundùm lotones, quorum 16. Marcam Coloniensem conficiunt, & quolibet loto 18. grana, vulgò Gran/in sese continet, sed secundùm caractos seu ceratia, vernacula nostra, Karat oder halbe Metzen/ quorum 24. marcam Coloniensem conficiunt, & eorum quilibet 12. grana in sese continet magis communiter numerari solet. Atque hinc aureis nostratibus, den Rheinischen vnd Teutschen Goldgülden/ *in Ordinatione Imperiali talis liga præstituta est*, ut nimirum singulis eorum ad 75. cruciferos æstimatis, ex marca Coloniensi nostra ex 18. coratiis, & sex granis auri puri, vulgò Fein appellatis, & 12. lotones cum 6. granis conficientibus (unde etiam aurei vernacula nostra, respectu marcæ 12. lotonum, zwölfflötig vnnd 6. Gran/ appellantur) & 5. coratiis cum 6. granis vilioris metalli, vulgò Zusatz/ aurei conficiantur 72. *Ordination. monetar. Ferdinandi I. Imperator. de anno* 1559. §. Fernèr die güldenen Müntz belangend/ *& tribus* §§§. *seqq.* unde constat unum aureum Rhenensiū, seu Imperialem, quoad pondus esse 4. granorum, quorum 218. marcam conficiunt, & $3\frac{1}{12}$. grana auri puri, & $\frac{11}{12}$. unius grani, vulgo Zusatz in sese continere.

Ducatos † verò quod attinet, iisdem 7 in Ordinatione monetaria Imperiali talis liga præstituta est, ut ex marca Coloniensi mista ex auro 23, coratiorum, vulgò Korat oder Halbnutzen/& 8. granorū, vulgò Fein/& viliori metallo 4. tantum granorum, vulgò Zusatz/ Ducati singuli 104. cruciferis æstimati, conflentur 67. *Ordination. monetar. Ferdinandi I. Imperator. de Anno* 1559. §. Ferner/dieweil etliche Stände im Reich/ꝛc. Unde iterum colligitur, singulos Ducatos quoad pondus in sese continere $4\frac{20}{67}$. Gran/quoad aurum purum verò vulgò Fein grana, & $\frac{16}{17}$. unius grani, & $\frac{4}{67}$. vilioris metalli, vulgò Zusatz.

Ein Marck ½. lib. 12. Den/Pfenning/oder Untzen ein Marck/ein Den 2. halbe Den/oder ein Karat/ also ein Marck 24. Karat/ ein Karat 12. Gran/vnd also ein Marck 288. Gran.

	Zahl der Stück auff einer Marck.	Fein guth d. Marck.	Zusatz der Marck.	Werth der Stück.	Fein guth der stück.	Zusatz der Stück.	Gewichte der Stück.
Goldgülden.	27. Goldgülden.	18. Karat/ 6. Gran.	5. Karat/ 6. Gran/	1. fl. 25. Creutzer.	$3\frac{1}{12}$. Gran.	$\frac{11}{12}$. Gran.	4. Gran.
Ducaten.	67. Ducaten.	23. Karat/ 8. Gran.	4. Gran.	1. Gülden 44. Creutzer.	$4\frac{16}{67}$. Gr.	$\frac{4}{67}$. Gran.	$4\frac{20}{67}$. Gr.

Quibus

8 Quibus † ita breviter præmissis, collectu facilè est, mutationem monetarum bonitatis intrinsecæ nihil aliud esse, quàm si monetarum materiei qualitas, vel ejusdem ponderis quantitas mutetur, hoc est, augeatur vel minuatur.

9 Cujusmodi † mutatio sequentibus duobus exemplis in casum diminutæ tantum monetæ, der Schmählerung im Gehalt / vnnd der Auffstückelung / prout perverso hoc nostro seculo, tantùm fieri assolet, cuivis facile innotescere potest, posito enim, singulis marcis argenti, quæ pro octo thaleris Imperialibus 14. lotones cum quatuor granis argenti puri, vulgò Fein / & unum lotonem cum 14. granis cupri, vulgò Zusatz / secundùm Ordinationem monetariam Imperialem in sese continere debet, istiusmodi 4. grana argenti puri tantum detrahit, vernacula nostra, am Halt nuhr auff vier Gran geschmählert worden / istiusmodi exilis detractio in 9. marcis argenti, unde 72. thaleri Imperiales ex singulis nimirum octo conflari debent, duos integros lotones argenti puri, atque ita plus quàm integrum thalerum Imperialem, qualis duos lotones, sed non meri argenti puri in sese continet, conficeret.

Et rursus, singulis marcis 288. granorum, unde octo thaleri Imperiales confici possunt 4. tantum granis in pondere detractis (qualis detractio propter minimas particulas in thalero Imperiali dimidii nimirum grani, qualium particularum unus thalerus Imperialis 72. in sese continet, itidem penè insensilis sit) istiusmodi detractio in novem marcis, ex quibus secundùm Ordinationem monetariam 72. Imperiales, ex singulis nimirum marcis octo conficiuntur 36. grana, seu integros duos lotones ponderis unius thaleri Imperialis conficeret, hoc est, ex novem marcis, à quibus secundùm Ordinationem monetariam Imperialem 72. tantum Imperiales conflari deberent thaleri Imperiales 73. percuterentur, vernacula nostra, Je auff 72. Reichsthaler deroselben einer außgestücklet würde.

Atque † ita monetarius propter hanc 10 geminam, sed penè insensibilem detractionem in singulis novem marcis (quarum nonnunquam centum, 200. 300. vel 400. in uno lebete liquefiunt) seu singulis 72. [illegible]ris Imperialibus, duos lucraretur, quanta collecta nimirum duorum Imperialium de 72. Imperialibus, à nullo penè Imperatore, Rege vel Principe justo subditis suis extra casum summæ & inevitabilis necessitatis unquam est imposita. Unde damnabilis & execranda impostura summi abusus rei numariæ superiorum temporum, vel ex digitis etiam facilè numerari potest, dum Monetarii, Judæi, numularii, aliique rei numariæ depravatores, propter triplicem commissam fraudem in monetis, nimirum in detractione bonitatis, materiei, ponderis ejusdem, nimioque debilitatorum nummorum valore, contrahentes multoties ultra triplum, quadruplum vel quintuplum etiam dolis & machinationibus antehac prorsus inauditis circumvenerint: Cujusmodi Reipublicæ nostræ pesti, quacunq; ratione severioribusq; pœnis semper obviandum fuerit.

Quod

11 Quod † si igitur intra tempus contractus seu dispositionis, & tempus solutionis bonitas monetæ intrinseca mutata, hoc est in puritate materiæ, pondere & magnitudine diminuta, seu quod hisce corruptis moribus rarissimè accidit, aucta fuerit, hoc in casu nonnulli Interpp. nostrorum etiam tempus solutionis spectandum, nec bonitatem intrinsecã monetæ attendendum esse autumant, statuentes, solutionem in nova mutata moneta fieri posse, creditoremque adstringi eandem sine ulla deductione vel suppletione recipere, modo nova moneta tempore solutionis in eodem pretio & valore, quo fuit vetus tempore contractus vel dispositionis, reddatur, eò quòd moneta in obligationes [illegible] dispositiones non ut species seu corpus, sed ut æstimatio sub valoris ratione tantum deducatur, *Ioh. Faber in authent. hoc nisi*, C. *de solution. & liberation. & in* §. 1. *in fin. Instit. quib. mod. toll. obligat. latissimè Carol. Molin. d. tractat. de usur. & fruct. quæst.* 92. *num.* 697. *post Hieronym. Butigell. in repetit. l. cum quid*, 3. *col.* 8. *num.* 77. *ff. de reb. credit. referente Anton. Faber de variis nummor. debitor. solution. cap.* 4. *pag. mihi* 62. *ubi etiam rationes Carol. Molin. potissimas exhibet, item Carol. Molin. num.* 700. *nec non etiam quæst.* 100. *ejusdem tractatus de usur. & fruct. lib. inprimis in princi. num.* 753. 766. *& nu.* 807. *cum seqq. Donell. in l. cum quid*, 3. *num.* 10. *ff. de reb. cred.* Francisc. Hotoman. *illustr. quæstion.* 15. *versic. ergo quantum ad qualitatis, &c.* ubi pro aureo obryzato, hoc est, ex puro auro facto, aureum non obryzatum, si modò eundem valorem publicè habeat, jure solvi posse scribit. Et in eandem etiam sententiam proclivior esse videtur Didac. Covarruv. *de veter. numism. collation. conclusion.* 4. *in fin.* eidemq; adstipulatur Jacobus Menoch. *d. consil.* 49. *incip. perdifficilis est*, *num.* 38. 39. & 42. *volum.* 1. ubi ait, hanc opinionem veriorem & probabiliorem esse, quam Judex prudens & oculatus propter cessantem omnem controversiam super hac de re sequi debeat.

RATIONES DUBITANDI.

1. *Ratio dubitandi.*

Pro † quorum opinione præter alias dubitandi rationes *infra quæst. monetar.* 1. *Class.* 5. *expositas & examinatas*, primò & ulterius facit, quod in pecunia signata non attendatur materia ejusdem, sed tantùm valor & indicatura imposita, *argum. l. cum aurum*, 19. *in princ. & l. Quintus Mucius*, 27. §. *an cui*, 1. *ff. de aur. & argent. legat.* ubi deciditur, licet aliás auri & argenti appellatione quodlibet aurum & argentum tam infectum, quàm factum etiam, puta vasa aurea & argentea contineantur, *d. l. cùm aurum*, 19. *in princip. ff. de aur. & argent. legat. l. quæsitum*, 78. §. *illud*, 4. *ff. de legat.* 3. quod tamen aurum & argentum signatum, seu pecunia aurea & argentea, auri & argenti nomine generali non veniat, *de quo in specie multa vide apud Iacob. Aleman. in palæstra consult.* 8. *quæst. princip.* 1. *partit.* 19. *pag.* 524. & *seqq. lib.* 4. *præsumpt.* 162. *num.* 1. & *seqq. Cujac. lib.* 10. *observat. cap.* 37. *Tiraquell. de retract. lign. ag.* § 1. *gloss.* 20. *num.* 1. 2. 5. 6. 7. *Walther. lib.* 1. *miscell. cap.* 3. *Iohan. Guid. Volaterran. in tract. de mineral. lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 6. ac proinde tota pecuniæ substantia in valore ejusdem imposititio & æstimatione consistat, & numus, quatenus numus, nihil aliud sit, nisi id, quod publicè valet, & quo æstimatur, *argumento l.* 1. *in princip. ff. de contrahend. empt. Carol. Molin. de usur.* 12

de usur. & fructib. quæst. 92. n. 694 & Francisc. Hotomann. d. Illustr. quæst. 45. Donell. ad d. l. cum quid. 3. num. 9. ff. de reb. credit. Unde consequens est, quod in numerum obligationem sola eorundem forma & æstimatio deducta sit, atq; sic à debitore tempore solutionis in moneta tum temporis usuali & currente plus exigi nequeat, quàm fuit æstimatio numorum creditorũ tempore contractus vel dispositionis.

2. Ratio dubitandi.

13 Licet † enim & pro dubitandi ratione Secunda, quandoq; veniat, ut numi tempore solutionis currentes, quoad materiæ bonitatem & puritatem & pondus etiam prorsus nõ congruunt numis veteribus seu iisdem qui crediti sunt, sed ut plurimùm deteriores seu vitiores aliquanto esse soleant, attamen exinde juri creditoris nihil decedit, eò quod Princeps & quilibet superior jus cudendæ monetæ habens, non ut privati & falsarii adulterinam monetam cudant, qualis pro moneta non habetur, sed semper justam & probam monetam fabricare censeantur, adeoq; princeps omnes suos actus secundum justitiam fori & poli regulare præsumatur. *Bald. in l. 1. num. 1. & ibidem etiam Iason num. 3. ff. de Constitut. princip. Andr. Gail. lib. 2. observ. 58. num. 9. Wilhelm. Antonii de rescript. morator. conclus. 49. nu. 85.* quamvis interim is, penes quem potestas & administratio Reipublicæ est, pro utilitate aut necessitate ejusdem, cumprimis propter aucta pretia metallorum, ex quibus moneta conflatur, pedem monetarum aliquadantenus minuere seu minorem materiæ modum præstituere possit, quàm olim fuit servata, eadem permanente indicatura seu valore imposititio, *Matth. de Afflict. ad cap. unic. quæ sint Regal. in verb. moneta. nu. 9. Covarruv. de veter. numism. collation. cap. 7. num. 6. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 7. num. 61. Carol. Molin. de usur. & fructib. quæst. 100. num. 754. §. probant etiam consequenter &c.* Unde iterum consequitur, cum pecunia nova ita percussa, & in qua solutio offertur, sit justa & proba, tam in materia quam in forma & indicatura publicitùs definita & approbata, atque sic communiter & efficaciter valeat summam & quantitatem debitam, creditor utiq; eam recipere tenebitur, & recusando eam pœnam incurret, *per text. in l. 1. C. de veter. numismat. potestat. lib. 11. Bartol. in l. qui falsam. 19. ff. de Leg. Cornel. de fals. Molin. d. quæst. 100. num. 806.*

3. Ratio dubitandi.

Tertia † dubitandi ratio desumitur & 14 juris nostri axiomate, quod illud ipsum quod minus est in consideratione, semper cedat ei, quod dignius, majus & potentius est, majoremq; habet rationem, *l. quæsitum. 78. § illud. 4. ff. de legat. 3. l. sed si meis. 26. ff. de adquir. rer. domin.* Qua de causa cum valor utriusque monetæ novæ nimirum seu currentis tempore solutionis & veteris, quod in contractum deducta est, creditor solutionem in nova ista moneta omninò recusare nequit, eò quod in qualibet moneta vel pretiosa etiam cursus magis & valor, quam materia ejusdem attendatur. *Iohann. Faber in d. authent. Hoc nisi. C. de solution. & in §. 1. in fin. Inst. quib. modis toll. obligat. Anton. de Butr. Panormitan. & alii in d. cap. Quantò. 18. extr. de jurejurand. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. process. 1. num. 8. Menoch. d. consil. 49. num. 40. & 41. vol. 1.*

4. Ratio dubitandi.

Quarta † dubitandi ratio desumitur ex *l. quæ extrinsecus. 65. §. 1. ff. de verb. obligat.* in qua statuitur, quod stipulanti denarios promissor spondendo diversę speciei nummos aureos videlicet ejusdem quantitatis nihilominus obligetur, & stipulatio valeat, quod aliter fieri non posset, nisi monetæ extra considerationem materiæ suæ seu bonitatis intrinsecæ, sub ratione quantitatis solùm seu valoris in obligationem deducerentur, eò quod stipulatio non valeat, nec obligatio inde contrahatur, si stipulator de re alia interrogaverit, promissor verò de alia responderit. *§. præterea. 5. & § si de alia. 22. Inst. de inutil. stipulation.* Ergo debitor liberatur, solvendo creditori in moneta currente tantam æstimationem, quanti fuit moneta credita tempore contractus.

5. Ratio dubitandi.

16 Quinta † dubitandi ratio hujusmodi est. Natura & proprietas pecuniæ est, ut semper ejusdem sit potestatis eundem & uniformem valorem utiq; habeat. *l. Ideo. 3. ff. de eo quod cert. loc. l. 1. in princ. ibi: perpetua æstimatio, ff. de contrah. emption.* Usque adeò ut ab eo recedere non liceat sub comminatione ultimi supplicii contravenientibus præstituti, *l. ult. C. de veter. numismat. potestat. lib. 11.* adeoque obligatio ad pecuniam semper certa esse censetur, imò certissima, *l. numis depositis. 3. ff. de in lit. jurand. l. stipulationum quadam. 74. ff. de verb. obligat. l. 1. ff. de condict. tritic.* At verò solutione pecuniæ debitæ, intrinseca bonitate intra tempus contractus & solutionis mutata, secundùm bonitatem temporis contractus expedienda pecunia, nec ejusdem & uniformis potestatis, nec obligatio ejusdem certa foret, sed deteriorata inprimis pecunia, in intrinseca bonitate, debitor decrementum illud supplere teneretur, prout hâc opinione admissâ in propatulo est; Ergo in solutione nummorum debitorum bonitatis intrinsecę mutatio non attenditur, sed debitor solvendo ęstimationem pecuniæ debitæ, qualis fuit tempore contractus in moneta usuali currente tempore solutionis omninò liberabitur.

6. Ratio dubitandi.

Sextò † debitore adstricto supplere 17 creditori decrementum monetæ novæ quoad veterem, seu quod bonitati intrinsecæ veteris monetæ creditæ decessit, debitor merum damnum sentiret, utpote, qui & debitam quantitatem & simul æstimationem decrementi præstare teneretur, creditor verò merum lucrum perciperet, utpote qui ultra summam debitam, quam in nova moneta accepit, & eandem tanti etiam expendere potest, lucrum æstimationis decrementi intrinsecæ bonitatis accepturus esset. Cujusmodi lucrum creditorum cum detrimento debitorum jura nostra prorsus aversantur, eò quòd nemo cum alterius damno locupletari, *l. nam hoc natura. 14. ff. de condict. indebit.* nec ulli per alterum iniqua conditio inferri debet, *l. non debet. 74. ff. de Reg. jur.*

7. Ratio dubitandi.

Qua † de causa & pro dubitandi ratione Septima, si extante paritate valo- 18 ris novæ & antiquæ monetæ, creditor æstimationem decrementi materię, seu intrinsecæ bonitatis monetæ à debitore consequi vellet, pari ratione & ex eadem æquitate creditor vicissim debitori augmen-

gmentum æstimationis materiæ præstare teneretur, atque ita debitor dimittendo creditori æstimationem decrementi intrinsecę bonitatis, & pro ea recipiendo augmentum æstimationis materiæ monetæ, in effectu idem consequeretur, nec creditori propter istiusmodi vicissitudinariam commodi & incommodi participationem plus quam æstimationē monetæ creditæ secundùm tempus contractus, in moneta usuali tempore solutionis præstiturus est, *argum. l. secundum naturam. 10. ff. de reg. jur.*

Rationes decidendi.

19 At † prædictis dubitandi rationibus non attentis aliorum Dd. opinio longè verior est, quòd monetę bonitate intrinseca intra tempus contractus seu dispositionis & tempus solutionis mutata, hoc est aucta vel diminuta, numi debiti in eadem bonitate præstari debeant, quales fuerunt tempore contractus seu dispositionis, ita quidem, si nova moneta in locum veteris surrogata quoad bonitatem intrinsecam (uti plerunq; fieri solet) diminuta fuerit, debitor creditori æstimationem istius defectus supplere teneatur; si verò nova moneta in locum veteris monetæ surrogata (quod rarissimè contingit) quoad intrinsecam bonitatem deducta fuerit, debitor creditori vicissim æstimationem istius augmenti deducere possit. Ita creditis alicui ante 50. annos 100. thaleris Imperialibus, quorum octo singuli ex Marca Coloniensi conflati 14. lotones argenti puri cum 4. granis cupri in sese continent, debitor solvendo hodiernos thaleros, quorum octo singuli ex Marca Coloniensi percussi vix 12. lotones argenti puri & 4. lotones cupri in se se continent, non liberatur, sed creditori supplementum defectus intrinsecæ bonitatis veterum thalerorum Imperialium, nimirum 2. lotones & 4. grana in singulis octo thaleris Imperialibus supplere tenebitur. Rursus hujusmodi recentioribus thaleris deterioratis centum 4. lotones æris Koht & 12. lotonibus argenti in sese continentib. tempore summi abusus monetarum alicui creditis, & post aliquot annos, quo tempore (uti publica utilitas & vigor Romani Imperii omninò requirit) pes monetarum fortassis ad pristinum statum reductus fuerit, creditori reddendis, tum debitor creditori iterum non centum thaleros recentiores meliores præstare tenebitur, sed augmentum meliorationis seu æstimationem ejus deducere poterit, & pro 100. thaleris deterioribus creditis pauciores thaleros recentiores meliores solvendo liberabitur; Quam opinionem præter alios multos à sese allegatos tuentur *Bartol. in l. Paulus. 101. num. 6. ubi alii etiam Dd. ff. de solution. & liberation. Idem Bartol. num. 17. Paulus de Castr. num. 5. ad l. cum quid. 3. ff. de reb. credit. Nicol. Boer. decision. 327. incip. hæc quæstio sæpe evenit, num. 8. & num. 13. Mynsing. cent. 4. observ. 1. Andr. Gail. lib. 2. observ. 73. num. 7. Andr. Fachin. lib. 2. controv. cap. 10. §. Restat postrema quæstio &c. Covarruv. de veter. numismat. collation. cap. 7. num. 2. Anton. Faber de variis numor. debitor. solution. cap. 4. & cap. 22. Iohann. Borcholt. ad cap. unic. Quæ sint Regalia, num. 62. Coler. de process. executiv. part. 1. cap. 10. num. 18. Albert. Brun. de augment. & diminution. monet. declaration. 1. num. 3. Rener. Budel. lib. 2. de re monetar. cap. 3. num. 11. & seqq. Anton. Faber de variis numor. debit. solut. cap. 4. in fin. & compendios. tot. tract. repetition. conclus.*

7. Andr. Kohl exercitat. legal. cap. 18. num. 1. & seqq. Matth. Berlich. practicar. conclusion. part. 2. conclus. 35. num. 37. & seqq. Zanger. de exception. part. 3. cap. 1. num. 170. & seqq. Natta tom. 2. consil. 302. num. 1. Surd. consil. 151. num. 99. & consil. 220. num. 4. Odrad. consil. 250. num. 2. Socin. jun. consil. 145. num. 94. lib. 1. Ernest. Cothman. consil. 34. num. 50. & seqq. vol. 1. Ioan. Saporta in tract. de mora, cap. 3. num. 77. Andr. Ried. in Ethicâ novâ, tit. de virtutib. in gener. pag. 6. vers. etsi enim virtutes. Iacob. Aleman. in palaestrâ consult. 8. quaest. princip. 1. pag. 391. & seqq. ubi hanc sententiam multis nominibus egregiè confirmat. Bocer. in tr. de jure monet. cap. 2. n. 129. & seqq. Dn. D. Theodor. Reinkingk *de retract. consanguin. quaest. 6. n. 290. & seq. ubi eandem sententiam multifariis summarum curiarum praejudiciis ornat.*

1. *Ratio decidendi.*

20 Pro † quorum sententia communiter etiam recepta, praeter alias decidendi rationes infra quęstione prima classis quintae propositas, Primò facit, quod ad monetam constituendam aestimatio seu valor ejusdem impositius nō sufficiat, sed ad substantiam ejus tria requirantur, nimirum 1. justa & idonea materia. 2. justū pondus 3, & deniq; forma publica seu valor ejusdem impositius seu ęstimatio. *d. l. 1. in princ. ff. de contrah. empt. l. 1. C. de veter. numism. potest. lib. 11.* ubi vel Imperatoris etiam effigie numos percussos nemo recipere tenetur, nisi debiti ponderis & probae speciei sint. *Novell. Leon. Philos. 52. in fin. Ioh. Aquil. de potest. monet. part. 2. cap. 11. coroll. 3. Marsil. in l. qui falsam. 19. ff. ad L. Corn. de fals. Coler. de process. execut. part. 1. c. 10. n.* 8. Usq; adeò ut moneta, si nō contineat tantùm in rudi massa, quantum formata, eadem pro falsa habeatur, *l. 1. C. de ponderat. lib.* 10. *cap. quātò. 18. ext. de jurejur. Extravag. Spondent de crim. fals. Constit. criminal. art. 111. Decian. in tract. criminal. lib. 7. cap. 27. n. 9. Sixt. de regalib. lib. 2. cap. 7. n. 39. & 40. Bodin. de republ. lib. 3. cap. 3. per tot.*

2. *Ratio decidendi.*

Qua † de causa & pro decidendi ra- 21
tione secunda, si numi probae speciei & justi ponderis semel & ab initio in tali qualitate & quantitate in obligationem deducti fuerint, juris nostri ratio requirit, quod tales etiam creditori à debitore reddi & solvi debeant, eò quod semel tales debiti tales etiā deberi non desinant, nec variatio materiae vel ponderis & valoris monetae inter modos dissolvendae seu diminuendae obligationis referatur, *ut tot. tit. Inst. quib. mod. toll. obligat.* tum verò etiam, quod jus semel alicui quaesitum ipsi ne quidem ab Imperatore vel ex plenitudine potestatis, seu ex necessitate etiam & publici boni ergo citra refusionem precii auferri queat, *arg. l. nec damnosa. 3. & l. rescripta contra jus. 7. ff. de precib. Imp. offer. l. venditor. 13. §. si constat. 1. ff. commun. praedior. l. Lucius. 11. ff. de evictiom. l. Id quod nostrum. 11. & ibi Dd. ff. de reg. jur. Andr. Gail. lib. 2. observat. 142. num. 12. Fachin. lib. 8. controv. cap. 63. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 7. num. 71. Zoann. de duplic. donat. n. 56.* & inprimis etiam quod leges novae atq; sic monetariae etiam regulariter nō ad praeteritos casus, in quibus alter jus quęsitum habet, sed ad futuros tantùm referantur & applicētur, *cap. cognoscentes. 2. ext. de constit. l. leges & constitutiones. 7. utrobiq; Dd. & Canonist. C. de legib. Card. Tusch. tom. 5. pract. concl. lit. T. conclus. 264. ubi latè.*

3. *Ratio decidendi.*

Atq; † id ipsum pro decidendi ratione 22
Tertia

Tertia tantò magis, quoniam quælibet res in tali qualitate in obligationem deducta esse censetur, qualis tunc fuit, cum obligatio contraheretur, *l. Ratihabitio.* *69.ff.de contrah.empt.& vendit.l.venditor.2.§. in hereditate.1.ff.de heredit. vel action. vendit. l. non intelligitur.3.§.Divi fratres.5. ff. de jur. fisc.* adeoq; in omnibus penè rebus & negotiis tempus cōtractus & dispositionis inspicitur, *l.non omne.144.§.in stipulationibus. 1.ff.de reg.jur.l.in lege.77.ff. de contrah.empt.l. sed qua loca.22.ff.de servit. rusticor. prædior.l.si voluntate.8.& l.ult. C.de rescind. vendit. Martin.Garrat.Laudens.tractat.de monet.n.25.*

4. *Ratio decidendi.*

23 Unde † & pro decidendi ratione Quarta iterum consequens est, quod creditor numis creditis intra tempus contractus & solutionis quoad intrinsecam bonitatem diminutis & deterioratis, debiliores aut leviores numos recentiores pro creditis antiquis melioribus præstantioribus & puriotibus recipere nō teneatur, eò quod creditori invito aliud pro alio solvi non possit, *l. mutuum damus. 2. §. mutui datio. 1.in fin.ibi: quia aliud pro alio invito creditori solvi non potest, ff.de reb.credit.* sed res debita in eadem etiam qualitate non deterior ipsi reddi debet, *d.l cum quid.3.& ibi Dd.communiter.ff.de reb.credit. Albert.Brun. de augment. & diminut. monet.particul. seu declarat.1. nu. 4.* & debitor creditorem non minus compellere possit, ad accipiēdum minus seu deterius, quam debitū est, arq; creditor debitorem nō cogere potest ad solvēdum plus quam debet, sed utrumq; jure nostro pariter inhibitum sit, *§.si quis agens.33.cum seqq.& §.si minus.34.Inst.de act. l. unic.& utrobiq; Dd.C.de plus petition.*

5. *Ratio decidendi.*

Præcipuè † autem & pro decidendi ratione Quinta, debitor creditori incerto tempore solutionis deteriores numos, quam accepit, seu in materia & pondere diminutos obtrudere nequit, quoniam creditorum sæpius multum interest, tales numos recipere, quales crediderunt, & in obligationem deducti sunt. Ut maximè enim princeps quandoq; ex certa causa, tam intrinsecam quàm extrinsecam numorum bonitatem immutare possit, illud ipsum tamen, uti juri quæsito creditoris secundùm prædicta, ita tanto minùs alii populo ipsi non subjecto præjudicat, *argum.l.fin.ff.de jurisd.Martin.Laudens. tractat. de monet.quæst.8. Iohann.Aquil.de monet.potest.cap.5.Sixt.de Regal.lib.2.cap.7.n.81.* 24

Multis † autem & ex variis causis contingere potest, ut creditoris intersit antiquam & meliorem monetā, qualem credidit, præ recentiori deteriori licet ejusdem valoris recipere, puta si tali moneta fortassis pignora luere teneatur, in alia provincia fortassis debeat, aut negotietur, in qua illa recentior pecunia in tanto inprimis valore non recipitur, pecunia etiam antiqua purior, faciliùs & tutiùs de loco in locū transportari possit, ad asservandum etiā propter periculū subitaneæ mutationis pecuniæ deterioris & longè accōmodatior sit, & ejusmodi cumplures causas alias, ob quas creditoris interest, pecuniā talem, qualem credidit, præ alia currenti tempore solutionis à debitore, qui ad id ipsum etiā adstringitur, recipere, *l.creditorē.99.& ibi Dd.cōmuniter, ff. de solut. & liberat. Coler.de process. executiv. part.1. cap.10.n.9. Andr.Kohl exercit. legal cap.18.nu. 1.versic. Quintò quia cum moneta nova, &c.* 25

6. *Ratio decidendi.*

26 Porrò † pro decidendi ratione Sexta hæc sententia de facienda solutione numorum debitorum secundùm bonitatem intrinsecam ad tempus contractus relatam, etiam hinc confirmatur, quoniam numorum creditorum dominium protinus in debitorem transfertur, *l. mutuum damus. 2. in princ. ff. de reb. credit.* & proinde omne illud, quicquid post contractam obligationem, super pecunia credita, citra culpam & sine facto creditoris contingit, hoc regulariter non ad ipsum, sed ad debitorem spectat, eidemq; obesse vel prodesse potest, *l. certi condictio. 9. §. ult. ff. de reb. credit. l. creditor. 102. ff. de solution. & liberation.* At verò subsequens mutatio pecuniæ secundùm bonitatem intrinsecam sine facto creditoris ex superioris potestate provenit. Ergo periculum istiusmodi mutationis non creditori, sed debitori potius obesse vel prodesse debet.

7. *Ratio decidendi.*

27 Septimò † hæc sententia etiam probatur manifesto textu juris Canonici *in cap. olim causam. 20. extr. de censib.* in quo statuitur, quod Clerici plebis Rupinæ Episcopo Spoletano singulis annis pro synodatico sex denarios Papienses binis vicibus tres in festo Nativitatis, tres in festo Resurrectionis solvendos debuerunt, pro Papiensibus verò denariis ultra 30. annos totidem denarios Lucenses ejusdem Valoris præstiterint. Quando vero successu temporis deprehensum fuerit, unum denarium Papiensem, quoad intrinsecam inprimis bonitatem sex pene Lucensibus denariis æquivalere, Episcopus Papienses denarios sibi debitos à Clericis exegit, quibus id ipsum recusantibus, eidemque denarios Lucenses uti longissimo tempore solverant, offerentibus, controversia illa à Pontifice Romano Episcopo Tudertino terminanda commissa fuit. Auditis igitur partibus earumque probationibus deprehensum fuit, quòd Clerici Regi conventi tantum per 36. annos istiusmodi Synodaticum in denariis Lucensibus solvissent, qualis præscriptio 36. annorum scilicet, cum contra Ecclesiam non sufficiat, sed quadraginta requirantur, *cap. de quarta decimæ. 4. & cap. ad aures. 6. extr. de præscriptionib. Menochius recuperand. possession. remed. 15. nu. 415. & seqq.* tandem pronunciatum fuit, quod Clerici Regi conventi exceptionibus suis non attentis, Episcopo Actori Synodaticum singulis annis in moneta initio constituta, sex nimirum denariis Papiensibus persolvere, vel eorundem æstimationem ad tempus initiale Constituti Synodatici relatum præstare debeant. Unde consequens est, quod de jure Canonico etiam monetę bonitas intrinseca ad tempus contractus referatur, & Clerici plebis Rupinæ adstricti fuerint, Episcop. Spoletano vel denarios Papienses in specie, vel pro eorundem singulis, sex denarios Lucenses, atq; ita 36. pro integro Synodatico licet ante & per 36. annos sex tantum Lucenses solvissent, præstare.

Contra † quem textum licet nonnulli excipiant, quod is non de mutata tantum monetæ bonitate intrinseca, sed extrinseca potius, seu utraq; ad minimum intelligendus sit, attamen ex antecedentibus & consequentibus adeoque toto contextu luculenter constat, eundem de muta- 28

muta-

mutata monetæ bonitate intrinseca accipiendum esse, tum propter verba textus finalia ibi: intelligentes ex hoc quod per monetæ declinationem acciderit, tum verò etiā, quod nec Episcopo Spoletano ejusdemq; Ecclesiæ tam grossa & supina ignorantia imò negligentia etiam imputari possit, quod pro denariis Papiensibus sex triginta sex denariis Lucensibus, quoad valorem etiam impositititium prætenso modo æquivalentibus, nihilominus contra Edicta monetaria, quæ nemo ignorare præsumitur sex denarios Lucenses longè minores æstimationis recepissent, nec etiam Clericis plebis Rupinæ tantus dolus tantaq; circumventio facile imputari possit, quod Episcopo Spoletano per 36. annos Synodaticum debitum in sex Papiensibus denariis in totidem denariis Lucensibus longè deterioribus & minoris æstimationis persolvissent, atq; ita Episcopo illi singulis annis non ultra sextam partem Synodatici præstitissent. Qua de causa & juris rationi & prædictarum partium personæ qualitati & officio magis congruit, hunc textum non de mutata monetæ bonitate extrinseca, seu valore ejusdem impositio, quod cuivis constare potest, sed de mutatione monetæ bonitatis intrinsecæ, quæ propter monetarum puriorum & impuriorum externam similitudinem, simultaneum cursum, æqualemq; earundem valorem, à quovis non tam facile animadverti potest, accipiendum esse.

8. *Ratio decidendi.*

29 Postremo † & pro Octava decidendi ratione, mutata monetæ bonitate intrinseca intra tempus contractus & tempus solutionis, bonitatem monetæ intrinsecam temporis contractus respiciendam, & ad istud tempus etiam æstimationem fieri debere patet *ex cap. cum Canonicis. 26. seu penult. d. tit. extr. de censib.* in quo Pontifex Gregorius Nonus decernit, quod Rector cujusdam Ecclesiæ inferioris, qui majori Ecclesiæ annuatim certas pensiones debebat, easdemque aliquot annis ad monetam antiquam, in qua pensio fuit constituta, persolvisset, postea vero major & melior moneta in locum antiquæ surrogata fuisset, quod Rector istiusmodi Ecclesiæ inferioris à superiori Ecclesia non compelli possit, majorem & meliorem monetam, in locum veteris surrogatæ postea solvere, sed liberetur præstando vel antiquam monetam, vel tantam ejusdem æstimationem in nova moneta, quanti antiqua æstimata fuit tempore contractus, *gloss. Panormitan. Innocent. & Felin. in d. cap. cum Canonicis. 56. extr. de censib.* Unde iterum consequitur, æstimationem & solutionē monetæ debitæ & in intrinseca bonitate mutatæ secundùm tempus contractus faciendam & expediendam esse, veluti & in specie census annuos alicui constitutos juxta intrinsecum valorem, qui cōtractus tempore fuit, omninò persolvendos esse, latè & eleganter tradit *Ant. Faber de variis numorum debitor. solution. cap. 22. & cap. 23. item Henning. Gœden. consil. 67. per tot. in cap.* Sich hält dieser Fall also, *eaque de re latius in utramque etiam partem videri potest Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 23. Matth. Berlich. part. 2. conclus. practic. concl. 35. num. 43.*

Ampliationes.

Cujusmodi † conclusio Primò locum habet non solum in obligationibus ex 30

contra-

contractu descendentibus, sed etiam in debitis ex lege scripta vel non scripta, puta lege, privilegio, statuto, sententia judicis, aut consuetudine provenientibus, in quibus si præcipiatur, pœnas pecuniarias, salaria vel quæpiam alia etiam in certa monetæ specie esse præstanda, tum monetarum illarum bonitatis intrinsecæ subsecuta reliqua mutatióne ejusdem commensuratio & præstatio ad tempus legis seu consuetudinis, seu obligationis potius ex lege seu cõsuetudine resultantis, si lex & obligationis nativitas coincidant, nõ ad tempus solutionis seu præstationis referenda, & secundùm illud metienda & æstimanda est, *Curt. de monet. quæst. 5. num. 19. Coras. lib. 3. miscellan. cap. 13. num. 9. Wurmbs. practicar. observat. lib. 1. tit. de verb. significat. observat. 11. Sebastian. Medic. de novation. part. 2. in verb. moneta. Alb. Brun. de augment. & diminut. monet. proposit. 2. declaration. 11. & 12. per tot. Andr. Kohl exercitat. legal. cap. 18. num. 7. Hieronym. Gabriel cons. 164. num. 5.* Quod etiam obtinet, etsi lex vel consuetudo non de solutione hujus vel illius monetæ disponat, sed alio fine certæ alicujus monetæ mentionem faciat, puta inhibendo alicui appellationem, nisi summa, 50. 100. 200. 300. vel 400. aureos excedat, tum enim eodem modo, ea monetæ bonitas intrinseca, modò de ea constet, (alias enim prout sequenti quæstione docebitur, moneta nova in locum veteris surrogata attenditur) inspicienda est, quæ fuit tempore legis istius privilegii & consuetudinis, *Bald. in l. Illud. 19 nu. 18. C. de SS. Eccles. & in l. ult. in princ. ubi etiam Castrens. num. 3. C. commun. de legat. Martin. Laudens. de monet. num. 27. Andr. Kohl exercitat. legal. cap. 18. num. 9. Natt. consil. 156. num. 19. tom. 1. Card. Tusch. tom. 5. pract. conclus. lit. M. conclus. 349. n. 9.* Cumprimis verò si in ista lege seu consuetudine, prout multoties fieri solet, intrinseca monetæ bonitas nominatim taxata fuerit. *Bald. in d. l. ult. num. 8. & ibi etiam Castrens. num. 3. C. commun. de legat. & fideicom. Albert. Brun. d. declaration. 12. n. 7.* ubi tradit, quando lex dicit, quod donatio ultra quingentos solidos non valeat, nisi insinuetur, quòd illud intelligendum sit de solidis & aureis legalibus secundùm tempus legis conditæ, quorum 72. faciunt libram. Ita pariter beneficio aliquo alicui ex liberalitate principis in certa pecuniæ specie & numero concesso, bonitas intrinseca istius pecuniæ ad tempus impetrationis referenda erit, modo princeps ejusdem notitiam habuerit, *Ant. de Butrio in cap. quantò. 18. ubi Panormitan. num. 14. extr. de jurejur. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. proposit. 2. declaration. 11. Andr. Kohl d. exercitation. legal. cap. 18. num. 10.* Veluti etiam numorum per sententiã judicis seu arbitri demum alicui adjudicatorum, & ex priori aliqua obligatione non debitorum, intrinseca bonitas itidem ad tempus sententiæ, laudi seu condemnationis refertur, eademq; victori, seu tanta ejusdem æstimatio victori præstanda est. *Gabriel Roman. commun. conclus. sub tit. de solution. conclusion. 6. Sebastian. Medic. de novation. part. 2. in verb. moneta. Albert. Brun. de augment. & diminution. monet. propos. 2. declarat. 10. Andr. Kohl. d. exercitat. 18. num. 12. Matth. de Afflict. ad cap. un. verb. moneta n. 16. quæ sunt regal. & decis. Neapolit. 194. n. 2. Rener. Budel. in tract. de re numar. lib. 2. cap. 22. num. 2. Cardin. Tusch. tom. 5. conclus. pract. lit. M. conclus. 349. num. 1. 9.*

Secun-

2. *Ampliatio.*

31 Secundò † hæc conclusio etiam ampliatur & locum obtinet in numis ex testamento vel qualibet alia ultima voluntate debitis, utpote quorum intrinseca bonitas si intra tempus cōditi testamenti & solutionis mutata fuerit, itidem secundum tempus conditi testamenti metienda & præstanda sit. Licet enim talia relicta aut legata ante mortem testatoris non debeantur, *l. si post diem. 5. l. heredis. 7. ff. Quand. dies legat. cedat.* attamen testator quoad intrinsecam bonitatem relicti, præsens potiùs tempus quàm futurum respexisse præsumitur, *l. si ita legatum. 86. l. uxori. 4. § testamento. 4. ff. de legat. 3. l. ult. ff. de aur. argent. legat. l. Aurelius. 28. § testamento. 5. ff. de liberat. legat. Card. Tusch. tom. 5. pract. conclus. lit. M. concl. 349. n. 3. & seqq. Alb. Brun. de augment. & diminut. monet. propos. 2. declarat. 9. per tot. Carol. Molin. de usur. & fructib. quæst. 89. num. 742. Arius Pinell. ad l. 2. part. 1. rubric. cap. 3. num. 3. C. de rescind. vendition. Anton. Faber. de variis numor. debitor. solut. cap. 21. Andr. Kobl exercitat. legal. cap. 18. num. 12. Andr. Gail. lib. 2. observat. 73. n. 4. Anton. Gabriel. commun. conclus. lib. 3. tit. de solut. conclus. 4. n. 1. Emanuel. Soarez in thes. sentent. lit. M. verb. Moneta. num. 204. Pruckman. cons. 12. n. 4. vol. 2. Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 18. num. 10. & seqq. ubi etiam & dissentientes enumerat.* Concordat etiam Jus civitatis Hamburgensis *part. 2. tit. 1. artic. 16.* ubi ita disponitur: Wann auß einem Testament/Codicill, einer Vbergab vff den Todtsfall gericht/ tet / oder dergleichen letzten Willen/ Golt-gülden/Thaler/oder andere grobe Müntze bezahlet werden müssen / vnd der debitor nicht in morâ solvendi gewesen ist; so soll die Zeit deß gemachten letzten Willens angesehen / vnd die Müntz nach dem Werth/ welchen sie zur selben Zeit gehabt/ bezahlet werden/ꝛc.

3. *Ampliatio.*

Tertio † hæc conclusio etiā procedit, 32 non in obligationibus & dispositionibus puris solùm, sed etiam in obligationibus conditionalibus, vel in diem conceptis, utpote in quib. monetæ bonitate intrinseca, intra tempus conceptę obligationis seu dispositionis & tempus destinatæ solutionis mutatâ, itidem non tempus existentis conditionis aut adventus diei, sed tempus antecedentis conventionis seu dispositionis spectatur, *argum. l. cum quid. 3. ff. de reb. credit. junct. l. vinum. 9. ff. eod. tit. l. 1. § re contrahitur. 2. ff. de oblig. & action. & l. res in dotem. 42. ff. de jur. dot. item § in diem. 2. & § sub conditione. 4. Instit. de verb. oblig. Bart. in l. res in dotem. 42. ff. de jure dot. & in d. l. cum quid. 3. n. 17. ff. de reb. cred. Curt. de monet. quæst. 3. n. 13. Alb. Brun. de augm. & diminut. monet. propos. 2. part. seu declarat. 8. per tot. Andr. Kobl exercit. legal. cap. 18. n. 13. Anton. Faber de variis numor. debitor. solut. cap. 21. vers. Tentari. Natta cons. 302. n. 2. tom. 2. & cons. 664. n. 1. tom. 4. Gabr. commun. concl. lib. 3. tit. de sol. concl. 1. n. 3.*

3. *Ampliatio.*

Quartò † conclusio hæc etiam amplia- 33 tur, tempusq; contractus circa intrinsecā monetæ bonitatē inspicitur, etsi obligationi inserta sit clausula, de solvendo debitum in moneta currente tempore solutionis, an guten harten Reichsthalern oder Müntzsorten/ wie sie zur zeit der Zahlung gäng vnd geb seyn werden / qualis clausula nihil ulterius operatur, quàm ut solutio quidem fieri possit in moneta usuali & currente tempore solutionis, sed nihilominus habito respectu ad intrinse-

cam bonitatem, qualis fuit tempore contractus, *argum. l. cum certum. 9. & ibi Bald. & Dd. ff. de aur. & argent. leg. Panorm. ad cap. quantò. ext. de jurejur. gloss. in Clement. fin. de decim. Albert. Brun. de augm. & diminut. monet. propos. 2. limitat. 17. Andr. Kohl exerc. legal. cap. 18. n. 28. Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 11. Matth. Berlich. pract. conclus. part. 2. conclus. 35. n. 39. Author addit. ad quæst. monet. tertiã Hilleri Spiræ typis excusam Anno 1623. pag. 102. §. secunda formula &c. Marian. Socin. cons. 145. nu. 96. vol. 1. Surd. cons. 406. in fin.* Quòd tantò magis processerit, si obligationi clausula illa de facienda solutione in moneta currente simpliciter tantum inserta, nec adjectum fuerit tempus solutionis, an guter geber/genehmer vnd ganghaffter Müntz/ tunc enim tantò magis, quoad intrinsecam bonitatem monetæ tempus contractus inspiciendũ est. *Alb. Brun. de augm. & diminut. monet. præsuppos. 2. limit 8. n. 12. vers. si autẽ dictum fuerit. Matth. Berlich. pract. conclus. part. 2. concl. 35. nu. 40. Author addit. ad quæst. tertiam monetar. Hilleri Spiræ Anno 1623. excusam pag. 102. §. Quod primam clausulam &c.*

34 Quod † si verò obligationi clausula hæc adjecta fuerit, de facienda nimirum solutione per pecuniã in valore currente solutionis tempore, tum solutio in moneta & valore solutionis tempore currẽte, etiã citra respectum bonitatis intrinsecæ fieri potest, modo moneta ista probæ speciei & justi ponderis sit, *argum. l. 1. C. de vet. numism. potest. gloss. & Canonist. in cap. quantò. 18. ext. de jurej. Mynf. cent. 4. obs. 1. n. 5. Author add. ad quæst mon. tert. Hilleri pag. 163. §. in tertia formula Surd. cons. 438. n. 9. & in fin.*

35 Alioquin † si moneta solutionis tempore extans, non proba & injusta seu deteriorata fuerit, tum etiam obligatio, cui prædicta clausula, faciendæ solutionis in moneta & valore currente tempore solutionis inserta est, istiusmodi improbâ monetâ dissolvi nequit, *argum. l. eleganter. 24. §. qui reprobas. 1. ff. de pignor. act.* Author *add. quæst. monetar. 3. Hilleri pag. 104. & 105.* ubi tradit, clausulam illã esse intelligendam, rebus sic stantibus, nisi expressè inter cõtrahentes ultra illam clausulã conventũ & adjectum sit, quod solutio tempore solutionis non solùm in moneta & valore currente, sed etiam in moneta depravata seu debiliori fieri possit, tũ enim pactum illud in privatum partis dispendium, qui juri suo renunciavit, observandum est, & solutio in moneta conventa debiliori & depravata citra supplementum defect⁹ bonitatis intrinsecę fieri potest, *argum. l pen. C. de pact. junct. l. contractus. 23. versic. nisi si quid nominatim convenit, ff. de regul. jur. Petr. Anchor. & Imol. ad l. eleganter. 24. §. qui reprobos. 1. ff. de pignor. act. Alb. Brun. de augment. & diminut. monet. præsuppos. 2. limitat. 8. n. 9. in fin. Mynf. cent. 4. observ. 1. nu. 5. Purpurat. in l. cum quid. 3. n. 164. ff. de reb. credit. Surd. cons. 392 nu. 17.*

5. *Ampliatio.*

Quintò † conclusio hæc etiã ampliatur & locum habet, etsi omnes monetæ species remanente eadem bonitate extrinseca seu pristino valore, pari proportione secundùm bonitatem intrinsecam minuantur vel augeãtur, priori enim casu, puta intrinseca bonitate monetæ diminutâ, si creditori in istiusmodi recentioribus numis debiliorib. solutio fieret, ipsi minus materiæ solveretur, & decrementum illud decederet: Posteriori verò casu, nempe numorũ bonitate intrinseca aucta, si debitor creditori totidẽ nu- 36

mos

mos quot accepit, creditori solvere teneretur, creditor plus acciperet, quam credidit, seu ipsi debitum est, quod jura nostra non admittunt, sed numos creditos in eadem bonitate & qualitate, uti fuerunt tempore contractus, non plus aut minus creditori reddi præcipiunt, *d. l. cum quid. 3. ff. de reb. cred. And. Kohld. exerc. 18. n. 16.*

6. Ampliatio.

37 Quin etiam † & pro ampliatione Sextâ bonitatis intrinsecæ numorũ mutatio quoad juris effectum saltẽ facta censetur, ejusdemq; supplementi vel decrementi suppletio ad tempus cõtractus referenda est, etsi majores monetæ in eadẽ bonitate intrinseca intra tempus cõtractus & tempus solutionis pręstiterint, & valor tantũ seu extrinseca bonitas earũ, propter debilitatas & multiplicatas minores monetas, per quas majores æstimantur, immutatus fuerit, puta si thalerus Imperialis, qui secundùm ordinationẽ monetariam Ferdinandi I. Imperator. 68. cruciferis æstimatus fuit, successu temporis (ut hodie revera etiã usuvenit) propter debilitatos cruciferos, aliasq; minores monetas, per quas grossæ monetæ æstimantur, 90. cruciferis atq; 22. grossis plus quàm antehac æstimetur. Quando enim hocce in casu thalerus Imperialis atq; ejus exemplo alię etiã monetæ tam secundùm intrinsecam quam extrinsecã bonitatẽ idem permanent, & propter variationẽ seu multiplicationẽ cruciferorum, uti pecunia ab initio secundùm intrinsecã bonitatẽ semel deberi cœpit, propter defectũ modi dissolvendæ obligationis, deberi non desinat, debilitatio autẽ & multiplicatio cruciferorum (modò bonitas intrinseca & extrinseca inter sese congruant, nec mutatio injusta sit) pristinã thaleri Imperialis æstimationẽ in effectu non mutet, sed numerũ tantùm minutarum monetarum augeat, adeoq; is, qui pro thalero Imperiali hodiernorũ cruciferorũ 90. seu 45. semibacios solvit, non plus in effectu sed tantundẽ reddet, quanti fuerunt cruciferi antiquiores 68. seu semibacii 34. juris utiq; nostri dispositioni, naturaliq; æquitati nihil magis conveniens est, quàm auctã grossatũ monetarũ, citra immutationẽ bonitatis earũ intrinsecæ, æstimatione & valore, tantùm propter multiplicatas & debilitatas minores monetas, per quas majores æstimantur, talibus in causis tempus contractus respiciendum, creditoriq;, qui debitori suo antehac in monetis partim grossis in sua bonitate intrinseca adhuc consistentibus, partim in minuris etiã certam pecuniæ summã credidit, nõ florenos leviores hodiernorum leviorũ cruciferorum, quorũ 90 thalerũ Imperialem conficiunt, sed florenos fortiores antiquiorũ cruciferorũ, quorum 68. thalerum Imperialem conficiebant, adjudicãdos, & idipsum, quod hodiernis cruciferis seu minutis monetis, quoad intrinsecã bonitatem abest, creditori à debitore supplendũ, aut solutionẽ in genere grossis monetis in sua intrinseca bonitate adhuc persistentibus, ad valorẽ temporis contractus expediendam esse, *arg. l. Rutilia polla. 69. ff. de contrah. empt. junct. l. cũ quid. 3. & ibi ẽt Purpur. n. 169. & seqq. ff. de reb. cred. cap. olim. 20. & cap. cũ Canonicis. 26. ext. de censib. Alb. Brun. de augm. & dimin. monet. limit. 8. n. 6. vers. Tertiò quæro quid juris &c. Tessaur. decision. 174. n. 6. vers. Ratio est. Carol. Molinæus de usur. & fructib. quæst. 90. n. 686. Ant. Faber de variis numor. debit. solut. c. 6. itẽ cap. 9. in fin. itẽ*

cap.11.vers. Ad tertiam respondendum est, item cap.14.in fin.cap.18.post.princ.& cap.22.versic. Quæ cum ita. Andr.Kobl exercit.legal.cap.19.n.12.*Surd.cons.392.n.15.vers. Ad verò & consil.438.num.6.& 7. Sola d.pact.inter emptor.& venditor.composs.n.77.supra quæst.1. hujus Tertiæ class.n.83.& n.95.*

7. *Ampliatio.*

38 Præterea † & pro ampliatione Septima hæc conclusio etiam procedit, si numorum debitorum bonitas intrinseca & extrinseca simul intra tempus cõtractus & tempus solutionis imutata fuerit, quo casu numorum debitorum æstimatio omnino ad tempus contractus referenda, creditoriq; iterum tantundem præstandum est, quantum credidit, nec plus nec minus, *l. in perpetuum.65.ff.de solut.& liberat. junct.cap.cum Canonicis.26.extr.de censib.Covarruv.de veter.numisin.collat.cap.7.§.unic.n.2.Ioh.Faber ad princ.Inst.quib.mod.tollit.obl.in fin.Carol.Molin.in tr.de usuris & fructib.quæst.100.n.759.& inprimis Ant.Faber d.tract.de var.numor.debit.solut.cap.4.post.princ.versic. aucta tam bonitate intrinseca quàm extrinseca, item cap.14.post medium.versic. Deniq; quoties bonitas &c.ubi tamen innuit, bonitatem intrinsecã principaliter & quandoque vel solam in mutatione monetarum attendi, & cap.21.ab initio.*

8. *Ampliatio.*

39 Postremò † hæc conclusio de solvẽdis numis debitis, intra tempus contractus & tempus solutionis secundùm intrinsecam bonitatẽ immutatis, secundum bonitatem intrinsecam temporis cõtractus non solum locũ habet in contractu mutui aliisq; consimilib. obligationibus, in quas utrinq; pecunia deducta est. sed in quibuslibet contractib.aliis,in quib.tam res, quàm pecunia intervenit, modo debitor tempore contractus ad solvendam certam pecuniæ summã seu certas species sese adstrinxerit, *arg.l.cum quid.3.ff.de reb.cred.junct.cap.olim.20.ext.de censib. Alb.Brun.de augm.& dimin.monet.præsup.2.n.1.& n.11.* Andr.Kobl exerc.legal.cap.18.n.14. *Ant.Faber de variis numor.debit.solut.cap.4.ad init.d.versic.aucta bonitate &c. Curt.cons.24.n.6.Menoch.cons.49.n.16.& 22.vol.2.* etsi ab initio summa debita peculiariter expressa, eidemq; demũ subjectũ fuerit, in quã numorum specie solutio facienda sit, puta promitto 100.flor.usuales in 60.thaleris Imperialibus, ex qua obligatione itidem debitor creditori 60.thaleros Imperiales tempore solutionis in eadem bonitate intrinseca præstare tenetur, uti fuerunt tempore promissionis seu contractæ obligationis.*arg.l.si ita esset legatum.7.ff.de aur.argent.legat.junct.l.plerunq;.10.cum seqq.ff.de jur.dot.item l.quotiens.5.l.cũ dotem.10.C.eod.tit. Alb.Brun.de augm.& dimin.monet.limitat.8.n.6.vers.etsi Ducatus & n.7 Boer.decis.327.n.11.vers.secus si, Ant.Faber de variis numor.debitor.solut.cap.8. Andr.Kobl exercit.legal.cap.18.n.15.Cravett.cons.836.n.1.vol.5.*

1. *Resolutio ration. dubit.*

40 Prima † dubitandi ratio dissolvitur, negando antecedens. Ut maximè enim valor monetæ publicus & impositiius de substantia ejusdẽ sit, attamen istiusmodi numorum substantia in solo isto valore impositio nõ consistit, sed ulterius justa & legitima materia requiritur, qua non præsupposita, moneta proba & justa non est, adeoq; nullus creditorũ monetas, sibi à debitore oblatas recipere teneretur, nisi probæ speciei justiq; põderis sint, tantumq; extra sumptus monetales formatæ valeant, quãti in rudi massa æstimari pos-

sunt,

sur.c.l.1.C.de vet.numism.potest.lib.11.l.1.C.de ponderat.lib.10.d.cap.quantò.ext.de jurej.& in extravag.Spondent.de crim fals.Bodin.de Republ. lib.6.cap.3.per tot.Ioan.Gud. Volterran.in tr. de mineral.lib.3.tit.9.n.44.Fabian.de Monte in tract.de empt.vendit.quæst princ.5.n.2.ibi: tantam adferat utilitatē &c.pag.254.Iacob.Thoming.decis.19.nu.8. Unde vulgò dicitur, quod pecunia justa & legalis in se continere debeat duplicē justitiā, materiei scil. & pōderis, *ut ex Fab. de Monte refert Aleman. in palæstr.cōsult.8.quæst.princ.1.pag.350.ad fin.* Simili pene modò & quidem nervosiore ad hoc argumentum respondet D. Theodor. Reinkingk *de retract. consang. quæst.6.n. 198.& seqq.ubi vide omnino.*

2. Resolut. ration. dubit.

41 Secunda † dubitandi ratio diluitur, licet princeps seu superior, qui jus monetę habet, ex certa & necessaria causa monetarum bonitatē tam intrinsecam quàm extrinsecam pro necessitate & utilitate suæ Republicæ, quā administrat, mutare possit, modo jus gentiū observet, & mutatio illa æquitati cōsentanea sit, attamen iis in obligationibus, in quas pecunia nō ut quantitas solùm seu monetarum æstimatio, sed simul ut corpus deducta est, quales inprimis sunt obligationes super certis numorum specieb. creditis & reddendis conceptæ, quando ex iis jus creditori, quoad intrinsecam etiā bonitatem monetæ sit quæsitū, illud ipsum ei ex superioris potestate, nō potuit auferri, nec debitor numos usuales & currētes tempore solutionis eidem invito obtrudere potest, sed vel numos in specie creditos, seu super quibus conventum est, præstare, aut decrementum intrinsecæ bonitatis, in nova moneta supplere tenebitur, uti iterū in decidendi rationibus latius ostensum.

3. Resolut. dubit. ration.

Ad Tertiam † dubitandi rationem respondetur, negando, quod monetæ valor sit potissima pars substantialis monetæ, sed ad substantiam monetæ tria omninò requirantur, idonea nimirum materia, justum pondus & publicus valor, *d.l.1.in princ.ff.de contrah.empt.& l.Ideo.3.ff.de eo,quod cert.loc.* Unde cōsequens est, quod eorum uno deficiente, justa & proba moneta nō sit, nec in tali defectu laborante monetâ, solutio fieri possit, eò quod in quibuslibet rebus, ubi plura ad substātiam earundem requiruntur, alterutrum seu unum tantùm fieri non sufficiat, sed omnia prǽsupponi & adimpleri necesse sit, *argum.l. si quis ita stipulatus fuerit decem.129.ff.de verb. oblig.& in l.si heredi plures.5.ff. de condit. Instit. Decius cons.177.n.1.vol.1. Everhard.in top.loc. ab effectu cor. quæ simul ad esse requir.n.2. Capiser.in tr.de num.test.p.1.c.10.n.44.D.Theodor. Reinkingk de retract. consang. quæst.6.n.154. & seqq.ubi in terminis ita ratiocinatur. Wilh. Antonii de rescript.morator.conclus.22.nu.67.* adeoq; una parte individui vitiatâ totū corruit. *Alexand.cons.10.n.2.vol.5.Paris.cons. 12.n.75.vol.2. Wilhelm. Antonii de rescript. morator.conclus.49.n.113.* 42

4. Resolut. ration. dubit.

Ad † Quartam dubitandi rationē desumptā *ex l.quæ extrinsecus.65.§.1.ff.de verb. oblig.* respondetur, quod iste textus non loquatur de obligatione super certis numorum speciebus, puta aureis vel denariis præcisè contractâ, aliâs enim propter diversitatem interrogationis & responsionis stipulatio inutilis foret, *d.§.præterea.5.& §.si de alia.22. Instit. de inutil.stipulat.* sed de obligatione generica numorum, 43

in quā aurei & denarii, quales tum temporis, ubi mutatio monetarum admodùm rara fuit, utplurimùm in usu erant, exempli tantùm gratia deducti fuerunt, ut quantitatem eam, quam stipulator nomine denariorum designavit, eandem promissor suo nomine aureorum promiserit, atq; sic stipulatori promittendo quæsitam quantitatem in denariis promittendo eandem in aureis propter cōventionem interrogatę & promissæ quātitatis genericæ pecunię revera obligatus fuerit, *uti tam ex princ. quàm §. 1. istius l. 65. ff. de verb. obligat.* ubi asseritur, quod rei vel personæ diversa appellatio ipsi obligationi non incommodet, nec stipulationem vitiet, luculenter apparet.

5. Resolut. ration. dubit.

44 Quinta † dubitandi ratio dissolvitur negando consequentiam. Ut maximè enim pecuniæ æstimatio & potestas certa & perpetua esse dicatur, id tamen non fit simpliciter & absolutè, sed relatè respectu videlicet aliarum rerum, eo quod omnes res pecuniâ non vicissim per easdē pecunia ęstimetur, *l. si ita. 42. ff. de fidejuss. & mandator. junct. d. l. 1 deo. 3. ff. de eo, quod cert. loc. & d. l. 1. in princ. ff. de contrah. empt.* Alioquin non hodie solùm, veruntamen frequentiùs propter corruptos mores nostri seculi, sed olim etiā quamvis rarissimè pecuniam lege vel consuętudine fuisse mutatam, præter cōmunem & manifestam experientiam, cui contradicere nefas est, tam ex jure nostro quàm historiarum monumentis demonstrari potest, *argum. d. l. 1. & l. 2. C. de veter. numismat. potest. lib. 11. Hotoman. Illustr. quæst. 15.* Quā de causa vocabulum, perpetuum, nūmorum valori seu æstimationi accommodatum, non tempus prorsus duraturum & absolutè perpetuum, sed pro rei, cui applicatur natura, tempori exiguo opponitur, tamdiu duranti, donec contraria aliquā lege, tacita vel expressa immutetur seu tollatur *argum. §. 1. Instit. de perpet. & tempor. action. §. sed naturalia. 11. Inst. de jur. natur. gent. & civil. l. pignus. 9. C. de pignorat. action. cum similibus.*

6. Resolut. ration. dubit.

Sexta † dubitandi ratio refellitur, negando simpliciter antecedens, etsi enim debitor adstringatur creditori deterioratâ monetę bonitate intrinsecâ intra tempus contractus & solutionis decrementum istud intrinsecæ bonitatis monetæ præstare, attamen is propterea non patitur incōmodum jure nostro cognitūm, eò quod eatenus non plus solvat quam debet, *argum. l. cum quid. 3. ff. de reb. credit.* in qua statuitur, quod debitor creditori teneatur solvere debitum in eadem quantitate, qualitate & bonitate qua accepit, tum verò etiam, quod, monetæ bonitate intrinseca intra tempus contractus & solutionis melioratâ, debitor istud meliorationis augmentum creditori vicissim deducere possit, & proinde hoc in casu debitor & creditor, quoad commodi & incommodi participationē ex inopinato eventu deteriorationis & meliorationis monetæ iterum paribus passibus ambulent, *d. l. secundum naturam. 10. ff. de reg. jur.* 45

7. Resolut. ration. dubit.

Septima † & ultima dubitandi ratio diluitur negando itidem antecedens, siquidem communi experientia comprobatum est, quod valor diversarum veterum 46

rum monetarum pariformiter non augeatur, sed multoties hujus monetæ speciei valor decrescat, alterius crescat, aut in eodem valore persistat, subinde etiam fortiores monetæ recudantur & deteriores in locum earum surrogentur; Qua de causa si obligatio numorum super certa numorum specie contractâ, atque sic tam quantitas quàm qualitas ejusdem in obligationem deducta sit, juri & equitati etiam consentaneum est, utrumque creditori à debitore præstari *d.l. cum quid. 3. ff. de reb. credit.* nec creditor invitus propter interesse suum, numos in intrinseca bonitate deteriores, licet ejusdem sint valoris cum numis creditis tenetur accipere, *d.l. creditorem. 99. ff. de solut. & liberat.*

Limitationes.

47 Cæterum † conclusio hæc de supplenda vel deducenda intrinseca bonitate monetæ seu mutatione ejusdem inter tempus contractus & tempus solutionis in quibusdam casibus non attenditur. Et primò quidem eadem declaratur, creditorque aliam monetæ speciem pro credita tempore solutionis recipere tenetur, si in locum veteris monetę nova moneta ejusdem materiæ seu speciei, ponderis & magnitudinis, sola externa formâ & charactere immutato, surrogata sit, atque sic propter convenientiam intrinsecæ bonitatis creditoris nihil intersit, veterem monetam, qualem credidit, pro nova recipere, *argum. l. creditorem. 99. ff. de solution. & liberation.* per argumentationem à contrario sensu, & quod aliâs etiam solius externæ formæ diversitas in solutione rei debitæ parum attendatur, *l. si quis argentum. 35. in princ. C. de donation. Socin. in l. cum quid. 3. & ibi etiam Decius num. 56. Caquol. num. 92. Bolognett. num. 73. ff. de reb. credit. Covarruv. de veter. numismat. collation. cap. 7. §. un. num. 1. versic. secunda conclusio. Andr. Kohl exercitation. legal. cap. 18. num. 18. Albert. Brun. de augment. & diminution. monet. limitat. 2. num. 4. Sigismund. Scacc. in tractat. de commerc. & camb. §. 2. gloss. 5. num. 102. D. Theodor.* Reinkingk *in tractat. de retract. consanguin. quæst. 6. num. 363. & seq.* nisi creditor docere possit, sua etiam interesse numos creditos in eadem forma & charactere veteri recipere, quo casu iterum audiendus erit *Rener. Budel. de re numar. lib. 1. cap. 17. num. 16. Albert. Brun. d. limitat. 2. num. 3.*

2. Limitatio.

Deinde † prædicta etiam conclusio non procedit, si bonitatis intrinsecæ monetæ in obligationem deductæ mutatio non post, sed ante contractam obligationem facta fuerit, tunc enim idipsum tum temporis non fuit, in obligationem etiam deduci non potuit, nec creditor qualitatem illam seu bonitatem monetæ intrinsecam, qualis ante contractum fuit, à debitore non poterit exigere, *argumento l. eleganter. 24. §. qui reprobos. 1. & ibi Dd. communitèr, ff. de pignerat. action. l. creditor. 102. ff. de solution. & liberat. junct. l. cum quid. 3. ff. de reb. credit. & d.l. debitorem. 219. ff. de solut. & liberat. Andr.* Kohl *dict. exercitation. cap. 18. num. 19.* 48

3. Limitatio.

Tertiò † hæc conclusio etiam declaratur, si in obligationem alia quidem monetæ species, cujus bonitas intrinseca intra tempus dispositionis seu contractus & tempus solutionis est muta- 49

mutata deducta, sed insuper nominatim adjectum sit, quod in alia monetæ specie solutio fieri possit, tum enim creditor defectum intrinsecæ bonitatis monetæ in obligationē deductæ à debitore nō exigere, sed is solutionem expedire potest in diversa monetæ specie in obligatione permissa, ejusdem bonitate non attenta, eò quòd regulariter in eo, quod pro alio solvi licitum est, tempus solutionis attendatur, *argum. l. fundum. 28. ff. de novation. l. filius familias. 114. §. si quid alicui. 5. ff. de legat.* 1. *Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. limitat.* 2. *Andr. Kohl d. exercit.* 18. *n.* 36. *Curt. jun. consil.* 34. *Hieron. Gabr. consil.* 164. *n.* 2. & 4.

4. *Limitatio.*

Quartò † conclusio hæc etiam limitatur, si Constitutione principis plenum jus cudendæ & mutandæ monetæ habentis legitimave cōsuetudine receptum sit, quod mutatione intrinsecæ bonitatis monetæ specierum in obligationem deductarum nō attentâ, solutio in quailibet usuali & currente moneta tempore solutionis modo justa & proba fuerit, expediri possit, tum enim iterū creditor novam monetam deterioris etiam materiæ modo cum veteri æqualis sit valoris, non recusare potest, eò quod illa, quæ jure civili sunt constituta, jure civili etiā & contraria constitutione seu cōsuetudine iterum immutari possint, §. *sed & naturalia.* 11. *Inst. de jur. natur. gent. & civil. Alberic. de Ros. in l. cum quid.* 3. *in fin. ff. de reb. cred. Albert. Brun. de augm. & diminut. monet. limitat.* 2. *limit.* 3. *limit.* 6. & *limitat.* 9. *Gabr. Roman. cōmun. conclus. sub tit. de solut. concl.* 1. *n.* 39. *Andr. Kohl exercitat. legal. cap.* 18. *n.* 24.

5. *Limitatio.*

51 Quintò † conclusio hæc, de supplendo vel detrahendo augmento mutatæ bonitatis intrinsecæ monetę, etiam limitatur, si nominatim inter debitorem & creditorem conventum vel dispositum sit, ut solutio fiat in moneta usuali & currente tempore solutionis, nō attenta bonitate ejusdem extrinseca, sive diminuta, sive aucta fuerit, ex regula juris nostri generali, de servandis tam testatorum dispositionibus, *l.* 1. *C. de SS. Eccles.* §. *disponat.* 2. *in authent. de nupt.* quàm pactis cōventis inter contrahentes etiā, *l.* 1. *ff. de pact. l.* 1. *ff. de constit. pecun. latè Albert. Brun. de augm. & diminut. monet. limitat.* 8. *per tot. Andr. Kohl exercit. legal. cap.* 18. *nu.* 26. & 27. *Bocer. de jure moneta, cap.* 2. *nu.* 2. D. Reinking. *de retract. consangu. quæst.* 6. *n.* 301. & *seqq.* Ant. Faber *in fin. tract. de variis nummor. debitor. solut. conclus.* 8. & *cap.* 7. *in fin.* ubi tamē hoc pactum tunc demum valere innuit, si in favorem solius debitoris non in favorem creditoris conceptum sit.

Quod † idem etiam obtinet, si certa 52
summa specierum monetæ in obligatione expressa, & species illæ simul taxatæ, & insuper adjectum sit, quod solvi debeant in moneta currente tempore solutionis, ubi itidē bonitas monetæ intrinseca non attenditur, sed solutio in moneta currente solutionis tempore fieri potest, *Rener. Budel. lib.* 2. *de re numar. cap.* 12. Alioquin sola clausula de facienda solutione in moneta currente tempore solutionis hoc non operatur, ut monetæ bonitas intrinseca excludatur, uti paulò ante ampliatione quarta hujusce cōclusionis latius dictum est, nisi ex antecedentibus & consequentibus liquidò constet, talem fuisse mentē contrahentium, clausulaq; ista tantum ad solutionis factū referatur, & in

& in futurum tempus extensiva sit, quo casu iterum solutio in moneta usuali, bonitate veteris monetæ intrinseca non attenta, expediri potest, *argum. l. in delictis, 4. §. si extraneus, 1. ff. de noxal. act. l. ex facto, 43. in princ. ff. de vulg. & pupill. substitut. Albert. Brun. d. limit. 8. num. 12. in fin. Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 14. num. 12. & 13.* Diss. Matth. Berlich. *part. 2. pract. conclus. cap. 35. num. 42.* statuens, hocce in casu bonitatem monetæ intrinsecam attendendam, & secundùm tempus contractus æstimandā esse.

Limitatio 6.

53 Sextò † prædicta conclusio etiam limitatur, & tempus contractus circa mutationem bonitatis intrinsecæ monetæ non attenditur, si de bonitate intrinseca antiquæ monetę, qualis in obligationem deducta est, non constat, aut non obscura argumenta appareant, veterem illam monetam non ejusdem, sed diversæ & incertæ fuisse bonitatis intrinsecæ, tum enim solutio etiam in nova moneta currente tempore solutionis, qualis antiquæ illius monetæ bonitatem verisimiliter adæquat, eidemvè æquivalet, fieri potest, etsi forsan nova illa moneta veteris monetæ bonitatem intrinsecam non attingat, sed eadem vilior sit, eò quòd paria sint, non esse & non apparere, *l. in lege, 77. ubi Bartol. & Dd. ff. de contrah. empt. l. cum res, 47. §. itaq. 2. ff. de legat. 1. Purpurat. in l. cum quid, 3. nu. 173. ff. de reb. credit. Andr. Kohl exercitat. legal. 18. nu. 37. Curt. jun. cons. 24. Corne. cons. 181. vol. 2. Hieron. Gabriel. cons. 164. num. 2. Elbert. Leonin cons. 31. num. 4. 5. & seqq. Ernest. Cothman. vol. 1. resp. 34. n. 72.*

Limitatio 7.

54 Septimò † augmenti & decrementi mutatæ intrinsecæ bonitatis monetarū ratio non habetur, sed in præsenti pecunia tempore solutionis currente, solutio fieri potest, in debito usurarum aliarumque quarumlibet accessionum debitis, puta fructuum adjudicatorum, damnorum, æstimatorum, taxati interesse & expensarum litis, eò quod valdè iniquum sit, debitorem in hisce casibus duplici onere, puta præstatione accessionum, & simul etiam monetarum augmento vel diminutione gravari, *argum. l. navis onustæ, 4. §. cum autem, 2. ff. ad L. Rhod. de jact. l. penult. ff. de dot. prælegat. l. jure succursum, 6. ff. de jur. dot. l. libertus, 17. §. præscriptio, 3. ff. ad municip. Caballin. in tract. de usur. & fructib. quæst. 90. num. 686. & 687. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. limit. 5. Anton. Gabr. commun. conclus. lib. 3. tit. de solut. conclus. 1. num. 33. Anton. Tessaur. decis. Pedemontan. 174. num. 3. & seqq. Anton. Faber. de variis numor. debitor. solut. cap. 23. ad fin. vers. sed si ex contractu.* Dissent. Cagnol. *in l. 2. quæst. 73. num. 210. C. de pact. Andr. Kohl exercitat. legal. cap. 19. nu. 16. Nerizan. cons. 88. num. 16.* qui tamen penitius inspecti nō de accessionibus, sed de principali obligatione loqui videntur. Cujus essentia, & quod in obligationem semel deductum est, per usurarum promissionem seu præstationem non immutatur, *uti Andr. Kohl alleg. loc. rectè deducit.*

Limitatio 8.

Octavò † conclusio hæc etiam limitatur, & monetæ creditæ bonitas intrinseca non attenditur, quando pecunia non in certa monetæ specie, sed in genere seu æstimatione tantùm, puta in florenis aut thaleris usualibus credita est, auff Wehrung außgelihen ist / ut non appareat, qualis moneta in specie debeatur, tum enim citra respectum bonitatis intrinse- 55

cæ solutio in qualibet moneta usuali currente tempore solutionis fieri potest, *arg. l. ubi autem non apparet, § 5. ff. de verb. oblig. Angel. in l. ult. C. de veter. numism. potest. lib. 11. Rener. Budel. de re nummar. lib. 2. c. 13. Andr. Siohl exercit. legal. c. 18. n. 20. & seqq. usq. ad n. 24.* Diss. Albert. Brun. *de augment. & dimin. monet. præsuppos. 2. declarat. 6. nu. 1. 2. & seqq.* statuens, in generica etiam obligatione, puta ad florenos vel libras, quæ sese promiscuè habent, tam ad meliorem, quàm ad debiliorem monetam, æquè ac in specierum obligatione bonitatem intrinsecam ad tempus contractæ obligationis referendam esse, cui cum aliis etiam assentiri videtur *Sixt. de regal. lib. 2. c. 7. n. 149. & seqq.* generaliter & indefinitè citra distinctionem monetarum bonitatis intrinsecæ & extrinsecæ statuens, in solvenda pecunia semper tempus cõtractus inspiciendum esse, quorum opinionem tunc procedere existimo, si mutatio monetæ non justa & modica, sed injusta seu immodica fuerit, *uti ad quæst. præced. prim. limitat. ult. latè ostendi, inprimis verò in resolut. 3. dubit. rat. ubi etiam plures allegavi.*

56 Ex † quibus omnibus apparet, posito eo ad obligationem generis pecuniæ, solam æstimationem deberi, & tempore solutionis in moneta qualibet usuali citra respectum bonitatis intrinsecæ præstari posse, quod Dd. in hac quęstione pro dissentientibus allegati cum cæteris probè consentiant, eò quòd hocce in casu utraque pars solam æstimationem pecunię in obligationem devenisse, eandemque in moneta usuali currẽte tempore solutionis dissolvi posse statuat. Dissentiant verò in obligatione pecuniæ super certa numorum specie contracta, dum *ante decidendi rationes hujusce quæstionis, num. 19. allegati Dd.* statuunt, in talem obligationem pecuniam, nõ ut quantitatem solùm, sed etiam ut corpus, seu secundum quantitatem & qualitatem in obligationem esse deductam, & proinde tam intrinsecam, quàm extrinsecã bonitatem spectandã, & utramque creditori præstandam esse, dissentientes verò Dd. hujusmodi discrimen in pecunię obligationibus etiam diversis, & ad certam speciem contractis peragant, statuentes, in quamlibet pecuniæ obligationẽ solam quantitatem seu æstimationem numorum deduci quanta ea fuerit, ad tempus contractus seu dispositionis considerandam referri; eandemque tempore solutionis in moneta currente & usuali ad eundem valorem præstari, eaque opinione stante multas controversias ex mutatione intrinsecæ & extrinsecæ bonitatis monetæ obortas evitari posse, uti vel ex solo *Mensch. d. cons. 49. num. 42. vol. 1.* videre est, ubi ait: Hæc itaque Johannis Fabri & sequacium opinio verior est & probabilior, & si eam sequamur (ut eam Judex prudens & bene oculatus sequi deberet) cessat omnis disputatio, & de hac re controversia.

QUAESTIO TERTIA, EIUSdemq; Sectio prima,

DE EXPEDIENDA NUmorum debitorum solutione, si nummi cumprimis in specie, uti crediti sunt, tempore solutionis prorsus non extent, Wann die dargeliehene Gelder nicht mehr zuhaben kom-

kommen/wie alsdann die Bezahlung geschehen könne oder müsse?

SUMMARIA.

1 *Transitio ad hanc tertiam quæstionem.*

2 *Sententia eorum Interpretum refertur qui statuunt, numis debitis non amplius extantibus, obligationem, nisi solutis speciebus debitis, non dissolvi posse.*

3 *Sententia eorum Interpretum, qui statuunt, specie numorum debitâ non amplius extante, tempore solutionis, pro dissolvenda obligatione in alia numorum specie currente tantam æstimationem præstandam esse, quanti numi debiti non extantes valuerunt tempore contractus.*

4 *Sententia circa numos debitos non amplius extantes, verior eorum Interpretum esse statuitur, quod solutio facienda sit, in numis currentibus tempore solutionis, sed secundùm intrinsecam bonitatem, quam numi debiti habuerunt tempore contractus.*

5 *Rationes hujus approbatæ sententiæ, quod numis debitis non amplius extantibus solutio in moneta currente, tempore solutionis facienda sit, sed secundùm valorem intrinsecæ bonitatis numorum, quales in contractum deducti fuerunt.*

6 *Ampliatio hujus sententiæ, quòd etiam procedat, si numi debiti difficulter, & non nisi maximo sumptu conquiri possint.*

7 *Speciebus debitis adhuc extantibus, licet aliquanto rariores sint, eædem tamen præcisè, uti in contractum deducta fuerunt, solvendæ sunt.*

8 *Moneta antiqua debita nec extante, nec bonitate ejusdem intrinseca, sed valore ejusdem tantum cognito, solutio in novâ monetâ, secundùm valorem antiquæ monetæ facienda est.*

9 *Duabus monetis cum veteri seu antiquata currentibus, de quibus non constat, utra in locum veteris monetæ debitæ surrogata sit, regulariter electio est debitoris.*

10 *Extrinsecâ & intrinsecâ moneta debitæ bonitate incognitâ, solutio secundùm modum usurarum & præstitarum pensionum expedienda est.*

11 *Intrinseca & extrinseca bonitate monetæ debitæ, nec non etiam qualitate præstationis usurarum incognitâ, solutio in nova moneta, in locum veteris surrogata, sed ejusdem nominis cum ea facienda est.*

12 *Numis debitis antiquis, tam quoad sortis & pensionum bonitatem, seu qualitatem & quantitatem, nec non quoad nomen etiam prorsus incognitis, solutio secundùm id, quod minimum est, expedienda fuerit.*

PROXIME † antecedenti quæstione traditum est, quomodo solutio numorum debitorum facienda sit, si eorundem bonitas intrinseca intra tempus contractus & solutionis, immutata fuerit, nunc consequens est, exponere modum expediendæ solutionis numorum debitorum, quales vel non amplius extant, & in usu hominum esse desierunt, vel constitutione aliqua Principis, aut edicto monetario prorsus reprobati sunt, qui uterq; casus propter sublatã improbatam respectivè numorum materiam, & in consequentiam tantum ad æstimationem eorundem itidem ad casum mutatæ bonitatis intrinsecæ intra tempus 1

contractus & tempus solutionis pertinet, adeoq; hæcce bonitatis monetæ intrinsecæ omnimoda & totalis, altera verò in præcedenti quæstione exposita partialis est, *Andr. Kohl exercitat. legal. cap.* 18. *num.*34.*in fin.*

2 Priori † igitur casu, quando numi debiti non amplius extant, interierunt, & ex usu hominum discesserunt, nonnulli Dd. nostrorum hocce in casu, si obligatio ad certam monetæ speciem restricta sit, & ea nō amplius reperiatur, statuunt, quod nihilominus debitor, ad istam monetæ speciem solvendam præcisè adstrictus sit, nec solvendo aliam monetam ejusdē valoris obligatione liberetur, aut pignus luere possit, eò quòd creditori invito aliud pro alio solvi nequeat, *l. mutuum damus*, 2. §. *mutui datio*, 1. *& l. cum quid*, 3. *ff. de rebus credit. Riminald. ad l. si emancipati*, 9. *C. de collat. num.*270. *Capyc. decis.*10. *n.*15. Matth. Coler. *de process. execut. part.*1. *cap.*10. *num.*17. ubi refert, præcipui nominis Principem, cujus Majores civitati alicui præfecturā quandam pignori dederant, & pro aliquot millenis florenis incertis grossis Bohemicis exsolvendi, quales tempore solutionis non amplius extabant, jure antichreseos tradiderant, pro redimendo istiusmodi pignore, concessum fuisse à Ferdinando Imperatore, Rege Bohemię, tales grossos ad eam summā de novo cudi, & istiusmodi Principi impetranti concedi pro satisfaciendo voluntati creditorum, & tenori obligationis, ad redimendam hypothecam traditam, cujus etiam præjudicii magis in specie recordatur Jacob. Aleman. *in palæstrâ consultat.* 8. *quæst. princip.*1. *pag.*405. *post princip.*

3 Verùm † cum hac opinione admissâ propter numos non extantes hypotheca tradita à debitore nunquam relui, aut hypotheca non constitutâ vel traditâ, creditor à debitore propter defectum numorum, solutionem nunquam consequi possit, & vero in casum deficientis, seu peremptæ rei petitæ in obligationem deductæ semper æstimatio ejus debeatur, & & pretium in locum rei succedit, *l. si usufructus*, 35. §. *usufructus*, 1. *ff. de usufruct. l. pretia rerum*, 63. *ff. ad L. Falcid. l. si & rem*, 22. *in fin. ibi: in locum hereditariæ rei venditæ, pretium ejus successit, ff. de petit. heredit. l. sed si quis*, 33. *& l. non penes*, 34. *ff. de pecul. Andr. Gail. lib. singular. de pignerat. cap.*16. *num.*7. *Iohan. Althus. lib.*1. *Dicæolog. cap.*34. *n.*31. alii Dd. hocce etiā in casu ad evitandam impossibilitatem satisfaciendi obligationi, ad æstimationem rei petitæ recurrendum esse statuunt, quorum tamen iterum non eadem est sententia. Quidam enim Dd. nostrorum non bonitatem numorum intrinsecam, qualis fuit tempore cōtractus, sed tantum bonitatē numorum extrinsecam, quanti valuerunt, aut æstimati fuerunt, isto contractus tempore, citra considerationem materiæ, aut bonitatis intrinsecæ spectandam esse, autumant, *Andr. de Isern. ad cap. un. quæ sint regal. in verb. moneta, num.*21. *Carol. Molin. in tract. de usur. & fructib. quæst.*92. *nu.*701. *vers. octavò, quia si pecunia, &c. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. præsupposit.*2. *partit.*4. *sive declarat. num.*1. *Matth. Berlich. pract. conclus. part.*2. *conclus.*35. *num.*12. *vers. hæc assertio mihi non placet, &c. Iohan. Fichard. cons. ex facto proponitur*, 28. *num.*5. *vol.*1. *& cons.*47. *num.*1. *vers.* Wo mit soll sie beschehen mit einer ander / *& in seq. vol.*2. Quorum Dd. fundamentum potissimum hoc unicum est, quod in pecunia

cunia principaliter usus, cursus & valor ejusdem, non verò materia ejusdem, ex qua conflata est, attendatur, *argum. l. 1. in princ. ff. de contrah. empt. l. si is cui, 94. §. fin autem, 1. ad fin. ff. de solut. & liberat. l. 2. & l. 3. C. de veter. numism. potest. Cardinal. Tusch. practic. conclus. tom. 5. lit. M. conclus. 346. num. 2. Ernest. Cothman. respons. 34. num. 125. vol. 1.* eodemque præsupposito bonitas pecuniæ extrinseca, seu valor & æstimatio ejusdem longè præstantior sit, bonitate ejusdem intrinseca, seu materia & pondere, *Carol. Molin. d. tract. de usur. & fructib. quæst. 100. nu. 783. Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 1. num. ult.* ac proinde hocce etiam in casu, quando moneta vetus nõ extat, bonitas ejusdem extrinseca potiùs, quanti nimirum contractus tempore æstimata fuit, quàm bonitas ejusdem intrinseca, seu bonitas materiæ & ponderis, uti fuerat tempore contractus consideranda est, eò quòd in actibus & dispositionib. semper id, quod præstantius est, spectandum, & ab eo initium faciendum sit, *§. singulorum, 11. in medio, Inst. de rer. divis. l. 1. in fin. princ. ff. de acquir. rer. domin.*

4 Alii † verò Dd. statuunt, quòd monetâ antiqua non amplius extante, debitum illud in alia pecuniâ secundùm bonitatem intrinsecam in materiæ, pondere & puritate, quàm antiqua moneta temporis obligationis habuit, exsolvendum sit, modò de ejusmodi bonitate constet, eademq; probari possit, *Bartol. in l. debitorem, 99. num. 6. & ibidem Iohan. de Imola num. 2. ff. de solut. & liberat. Innocent. in cap. olim, 20. ext. de censib. Afflict. in cap. unic. in verb. moneta. nu. 10. & ibidem etiam Iohan. Borcholt. num. 62. quæ sint regal. 2. Feudor. 56. Andr. Gail. lib. 2. observ. 73. num. 6. & seqq. Mynsing. cent. 4. obs. 1. num. 6. Anton. Gabriel. commun. conclus. lib. 3. sub tit. de solut. conclus. 1. num. 16. Petr. Gregor. in syntagm. jur. univers. lib. 36. cap. 2. num. 27. Andr. Kohl exercitat. legal. cap. 18. num. 34. Pruckman. cons. 12. num. 18. vol. 2. Ernest. Cothman. cons. 34. num. 32. & seqq. vol. 1. Petr. Nicol. Mozz. in tract. de contract. rubr. de natural. mutui, num. 9. pag. 104. Iohan. Grivell. decis. Senat. Dolani, 36. num. 6. 7. Hieron. Brückner in addit. ad decis. Tholosan. Gerardi de Maynard. 30. lit g. lib. 3. Hercul. Marescot. var. resolut. lib. 1. cap. 94. num. 10. ubi ex Afflicto hanc communem Dd. opinionem esse attestatur, Fachin. consil. 46. num. 6. & num. 22. vers. ad septimum, cum seqq. lib. 2. Sigismund. Stacc in tractat. de commerc. & camb. §. 2. gloss. 5. nu. 127. & seqq. Bocer. de jure monet. cap. 2. num. 75. & duob. seqq. cum similibus Dd. suprà clas. 2. quæst. 1. sub n. 32. allegatis.*

Cujusce opinionis † rationes potissimæ sunt, quod specie debita non amplius extante, regulariter æstimatio ejusdem debeatur, *l. non dubium, 14. ff. de legat. 3. l. si servum, 91. §. fin. ff. de verb. oblig.* tùm verò etiam quod circa solutionem numorum debitorum inter mutationem monetæ bonitatis intrinsecę partialem & totalem intra tempus contractus, & tempus solutionis nihil intersit, sed utroque casu, sive bonitas monetæ intrinseca tantùm aucta sive diminuta, vel prorsus etiam sublata reperiatur, solutio in nova moneta facienda sit, ad valorem intrinsecæ bonitatis monetæ antiquæ, qualis fuit tempore contractus, *argum. d. cap. olim, 20. & cap. cum Canonicis, 26. ext. de censib.* per plures alias decidendi rationes proximè præcedenti quæstione secundâ propositas, in qua etiam præmissa dubitandi ratio dissentientium Doctorum negando videli- 5

cet, quòd potissima monetę substantia in valore ejusdem consistat, similiter repulsa est.

6 Atq; hæc † opinio de solvenda moneta veteri in alia moneta usuali, ad valorē bonitatis intrinsecæ, quàm antiqua habuit tempore contractus, non solùm obtinet, si illa vetus moneta debita prorsus non extet, sed etiam difficillimè & nō nisi maximo cum sumptu conquiri possit, quoniā in jure nostro paria sunt, prorsus non esse, vel non apparere, *cap. fin. ext. de probat. l. duo sunt Titii, 30. ff. de test. tut. l. in lege, 77. ff. de contrah. empt. & l. si fuerit, 10. ff. de reb. dub. Car. Molin. d. tr. de usur. & fruct. quæst. 91. nu. 691. vers. secundo si creditor, 4. August. Bero. cons. 143. nu. 27. vol. 1. Hieron. Grat. respons. 13. num. 1. & 2. lib. 1. Francisc. Purpurat. cons. 523. n. 40. Iohan. Fichard. d. cons. 28. nu. 5 vers. aut verò bonitas monetæ sciri, vol. 1. Ernest. Cothman. d. cons. 34. n. 44. & 45.*

7 Alioquin † si vetus moneta debita rarior quidem sit, mediocri tamen & non maximo sumptu comparari possit, tum debitorem creditori tales numos in specie præstare & solvere oportet, *Cravett. cons. 836. num. 6. circ. fin. Ernest. Cothmann. d. cons. 34. num. 35. vol. 1.* & per rationes & authoritates *superiori quæstione prima, Class. 2. proposit. 15.* Dissent. Garrat. Laudens. *de monet. num. 14. in fin.* Curt jun. *in l. cum quid, 3. num. 22. & 23.* & ibidem etiam Donell. *nu. 10. ff. de reb. cred.* Francisc. Hotoman. *illustr. quæst. 15.* statuentes, generali omnium locorum consuetudine, nec non jure etiam receptum esse, ut quodlibet debitum in quacunq; moneta currente tempore solutionis, ad æstimationem temporis cōtractus, utpote quæ sola in obligationem devenerit, solvi possit.

Atque hæc † quidem ita procedant, si 8 monetę antiquę nō amplius extantis aut difficilimæ cōparationis bonitas intrinseca sciri vel probari possit. Quod si verò hujusmodi antiquæ monetæ nō amplius extantis bonitas intrinseca ignoretur, aut probari nequeat, de valore tamen ejusdem constet, tum solutio fieri potest in moneta in locum ejus surrogatæ ad eundem valorem, seu ad æstimationem antiquæ monetæ, *Bartol. & Alberic. ad d. l. cum quid, 3. ff. de reb. cred. Albert. Brun. de augmen. & diminut. monet. præsupposit. 2. part. 4. n. 2. Ernest. Cothman. d. cons. 34. num. 72. vol. 1. Andr. Kohl d. exerc. legal. 18. n. 37.*

Quinetiam † si duæ monetæ ejusdem, 9 fortassis nominis cū veteri seu antiquata currant, & in usu sint, & præcisè non constet, quænam in locum veteris surrogata sit, tum debitoris est electio, & solvere potest, de qua velit, quoniam in alternativis regulariter electio est debitoris, *arg. l. cum, qui certarum, 138. §. cum purè, 1. ff. de verb. oblig. Anton. Gomez. tom. 2. var. resol. c. 11. n. 39. Daniel. Moller. lib. 1. semestr. c. 27. n. 1. Wilhelm. Antonii de rescript. morat. concl. 62. n. 1.* pro quo in dubio sententia fertur, ut præstet, quod minus onerosum est sibi, *l. Labeo, ff. de contrah. empt. l. cum quæritur, ff. de reb. dub. Mart. Monter. à Cueva decis. Regni Aragon. 48 num. 4. 5.* & quod minimum est, deberi censetur, *l. numis indistinctè legatis, 75. ff. de legat. 3. l. numis depositis, 3. ff. de in lit. jurand. & cap. ex parte, 18. ext. de censib. gloss. Panormitan. & Dd. in cap. statuimus, 2. ext. de maledic. gloss. Faber & Dd. in l. fin. ff. de in jus vocan. Ioh. Aquil. de potestat. & utilitat. monet. part. 2. theorem. 10. in princ. & coroll. 2.*

Si verò † de monetæ debitæ bonitate 10 tam intrinseca, quàm extrinseca nihil prorsus

prorsus constet, tum dispiciẽdum erit, utrum aliquot forte annuæ præstationes factæ seu solutæ sint, ex quibus de sorte judicandum est, eademq; talis etiam esse censetur, & talis & tanta præstanda est, quales antecesserunt annuæ solutiones; *Bald. & Angel. in l. si certis annis, 28. C. de pact. Albert. Brun. de augment. & diminution. monet. præsupposit. 2. declarat. 1. n. 6. vers. & si de valore, &c. late & eleganter Iohan. Aquil. de potestat. & utilitat. monet. part. 2. theorem. 10. corell. 3. Iohan. Fichard. d. cons. 28. nu. 5. vers. quia primo inspicitur, an constet, &c. vol. 1. Ernest. Cothman. d. cons. 34. n. 47.*

11 Portò † istiusmodi annuis solutionibus seu præstationibus etiam deficientibus, in casu antiquæ monetæ non extantis, ejusdemque incognitæ bonitatis intrinsecæ & extrinsecæ, tum animadvertendum erit, utrum fortassis eodem aut vicinis etiam in locis nova aliqua moneta, ejusdẽ nominis seu appellationis cum antiqua reperiatur, tum enim propter nominum paritatem, seu identitatẽ nominis, nova ista moneta in locum antiquæ non extantis surrogata censetur, & in eadem etiam solutio fieri potest, *Salycet. in l. fin. in fin. comment. C. si cert. pet. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. præsuppos. 2. declarat. 1. nu. 6. vers. alias autem habemus recursum, Matth. Berlich. pract. concl. part. 2. conclus. 35. n. 17. Ioh. Fichard. d. cons. 28. nu. 5. vers. vel si hoc cesset, habemus recursum, &c. vol. 1. Ernest. Cothman. d. cons. 34. n. 48.*

12 Quod si † deniq; neq; ex annuis solutionibus, neq; ex communione seu paritate nominis antiquæ & novæ monetæ, de sorte debita, ejusdemq; bonitate intrinseca & extrinseca dijudicari possit, tũ summa debita ad id ipsum, quod minimum & debitori minùs onerosum est, redigitur, *arg. l. semper in stipulationib. 34. junct. l. semper in dubiis, 56. ff. de reg. jur. junct. l. minis, 75. ubi etiam Dd. ff. de leg. 3. Andr. Kohl exercit. legal. c. 18. n. 22. in fin. Matth. Berlich. concl. 35. n. 18. Iohan. Fich. d. cons. 28. n. 5. vers. his iterum cessantibus, &c. vol. 1. Ernest. Cothm. d. cons. 34. nu. 49.* Et tantum de priori casu, monetæ debitæ antiquæ nõ amplius extantis, aut difficillimę conquisitionis breviter dixisse sufficiat.

SECTIO SECUNDA TERTIA quæstionis.

DE NUMIS DEBITIS INTRA tempus contractus, & tempus solutionis à Superiore reprobatis: Utrum videlicet debitor ob numorum debitorum reprobationẽ à nexu obligationis prorsus, an verò ipsorum reprobatorum redditione, aut eorum æstimatione ad tempus contractę obligationis relata liberetur?

SUMMARIA.

1 *Moneta quomodo & ex quibus causis reprobetur.*
2 *Sententia eorũ Interpretum refertur, qui statuunt, monetâ debitâ à superiore reprobata, debitorem à nexu obligationis prorsus liberari.*
3 *Sententia eorum Interpretum refertur, qui statuunt, debitorem à nexu obligationis liberari, si numos reprobatos creditori ipsosmet reddat, vel eidem tantam præstiterit æstimationem, quanti fuit eorum bonitas intrinseca tempore contractus.*

4 Mo-

4 Moneta reprobata, cùm ad pristina sua initia redigi possit, eadem seu materia ejusdem remanens factâ reprobatione creditori solum & nihil amplius reddendum est.

5 Debitor rei fungibilis in plus nō tenetur, quàm ut creditori debitum reddat in eodem genere, eadem bonitate, qua accepit.

6 Commodum monetæ melioris in obligationem deducta, uti creditoris remanet, ita pariter commodum monetæ reprobatæ creditoris esse debet.

7 Pecunia à superiore citra culpam debitoris reprobatâ, periculum reprobationis ad creditorem spectat.

8 Pecuniâ creditori à debitore oblatâ, sed volente debitore solutione ejusdem in aliud tempus dilatâ, & interea pecunia illa tanquam ærosa reprobata, periculum reprobationis non creditoris, sed debitoris est.

9 Pecunia initio seu tempore obligationis adhuc expendibilis seu valens recepta, postea verò reprobata creditori pro dissolvendâ obligatione reddi seu solvi nequit.

10 Pecunia mutuò data periculum, atque sic reprobationis etiam exemplo cujusvis alterius rei credita, statim factâ numeratione ad mutuarium seu debitorem pertinet.

11 Pecunia reprobata exemplo hominis mortui, propter amissum valorem, verè pecunia nō est, ac proinde creditori, qui eam valentem adhuc credidit, reddi seu solvi nequit.

12 Generi subalterno, quod interit alio genere surrogato, debitor, penes quem interitus contigit, genus subalternum surrogatum præstare tenetur.

13 Pecunia tempore contractus adhuc valens, tempore solutionis autem reprobata ejusdem bonitatis & qualitatis non est, cujus fuit tempore contractus, & proinde creditori reddi nequit.

14 Pecunia debita non ampliùs extante vel reprobata, debitor summam debitam in alia moneta currente ad valorē temporis contractus, etiam de jure canonico solvere potest, & omninò debet.

15 Pecuniam non justæ & probæ materiæ, puta ferream vel coriaceam ipsimet etiam Imperatores Romani, ad solvendam non idoneam esse, suo proprio facto laudabiliter comprobarunt.

16 Ampliatur hæc conclusio de solvenda pecunia probâ, surrogata in locum pecuniæ reprobata, vel inprimis si ex parte debitoris mora intervenerit.

17 Ampliatur etiam hæc conclusio, si tutor debitorem & creditorem convenerit, de reddenda pecunia currente & valente tempore solutionis.

18 Ampliatur etiam conclusio hæc & pecunia reprobata, creditori reddi nequit, si aliis in locis adhuc vigeat, & in loco destinatæ solutionis reprobata sit.

19 Ampliatur etiam conclusio hæc, de solvenda pecunia proba, in locum reprobatæ surrogata, si nō certa numorum species, sed summa collectiva in obligatione sit.

20 Interitus certæ & individuæ speciei, citra culpam debitoris factus, ad creditorem pertinet, quod secus est, in debito generis subalterni, quod in alio genere subalterno in locum perempti surrogato, creditori à debitore præstandum est.

21 Numi non secundùm valorem, seu secundùm extrinsecam solùm bonitatem, sed simul secundùm intrinsecam bonitatem in obligationes deducuntur, & proinde secundùm utramq; illam bonitatem, uti in contractus deducti fuerunt, reddendi sunt.

22 Pecunia credita materia & forma simul considerantur, & proinde pecunia credita postea

postea reprobata, seu quoad materiam tantum superstes, creditori reddi nequit.

23 *Pecunia credita postea reprobata, & creditori solutâ, eidem tantundem non redditur, quantum mutuò acceptum est.*

24 *Reprobatio pecuniae alia est totalis, alia partialis, & utriusq; quoad solutionem diversi effectus.*

25 *Debitor pecuniae mutuò datae, statim dominus ejus fit, & proinde periculum subsecutae reprobationis ad eundem etiā pertinet.*

26 *Reprobatae pecuniae periculum ad creditorem spectat, quando is eam adhuc valentem & currentem recipere recusavit, eademq; rite deposita sit.*

27 *Reprobanda brevi moneta solvi nequit, nec creditor eam recipere tenetur.*

28 *Reprobatam pecuniam etiam solvere licet, si eadem injustè ex avaritia Principis reprobata sit.*

29 *Pecunia reproba creditori etiam ut nuda massa non ut pecunia solvi potest.*

30 *Invito creditori pecunia reprobata etiam ut nuda massa obtrudi nequit.*

1 RESTAT † nunc alter casus hujusce quaestionis tertiae de expedienda numorum debitorum solutione, si pecunia debita quidem extet adhuc & conquiri possit, veruntamen lege, constitutione Principis edictové aliquo monetario reprobata & abolita, adeoq; valor & cursus ejus prorsus inhibitus sit. Quod utplurimum ex causa defectus probae monetae, & justi ponderis istius monetae, & quod adulterina & minus proba deprehensa sit, à justis Principibus & Legumlatoribus fieri solet, *Mart. Garrat. Laud. de monet. n.* 12. ubi docet, tribus modis reprobari monetā, in materia, pondere & cursu, possessoribus istiusmodi reprobādorum numorum, ne nimium damni incurrant, ut plurimùm certo temporis spacio praefinito, intra quod eam expendant, in alia loca transferant, aut in Cameram etiam superioris pro certo aliquo & praefinito pretio, ut purgetur & recudatur, inferant.

Prima opinio ejusdemq; ratio dubitandi.

Moneta † igitur non in materia, neq; in pondere mutata, sed in forma publica prorsus sublata, in totum reprobatā, & commercio hominū exempta, eidemq; omni monetae authoritate detracta, non desunt, qui istiusmodi pecuniae reprobatione ex facto superioris sine culpa debitoris supervenientе, eundem à nexu obligationis exemplo aliarum specierum debitarum, & postea peremptarum prorsus liberari existiment, ut praeter alios antiquiores, referente Bald. *in l. cum quid*, 3. *n.* 7 *ff. de reb. cred.* tradidit Petr. de Bellapertica *in l. in minorum*, 3. *C. in quib. caus. in integr. restit. non est necess.* Laudens. *de monet. nu.* 14. quorum primaria & potissima fundamēta sunt, quod pecunia, cujus usus & cursus prorsus reprobatus est, pro nulla habeatur, *l. creditor obl. itam*, 102. *in pr. ff. de solut. & liberat.* atq; sic abusivè tantùm, perinde ut homo mortuus non verus homo est, pecunia appelletur, tanquam improba nec debiti ponderis & speciei probae deprehensa pecunia, ad expendendū prorsus inutilis sit, *arg. l.* 1. *C. de vet. numis. in potest. lib.* 11 *junct. l.* 1. *& l.* 2. *C. de ponderat. & aur. illation. lib.* 10. proinde uti species interempta prorsus deberi desinat, *l. mortuo bove*, 49. *in princ. ff. de leg.* 2. *l. sicut*, 3. *in princ. ff. quib. mod. ususfruct. amitt. l. Stichum*, 95. *in princip.*

ff. de solut. & liberat. l. Sempronius Attalus, 26. ff. de usu & usufr. leg. cui insuper etiam hoc accedit, quod pecuniæ substantia, quatenus & in quantum pecunia est, in publica ejusdem æstimatione seu valore imposititio consistat, quâ peremptâ, pecuniâ & moneta esse desinit, *arg. d. l. 1. in pr. vers. electa materia est, & c ff. de cont. empt.* adeoq; pecuniam seu monetã non ut massam, qualis coqui, seu in alios usus converti possit, sed ut monetam tantùm in commerciis expendibilem, in obligationẽ deducere liceat, ác proinde usu isto pecuniæ adempto, pecunia esse atque sic deberi etiam desinat, *l. unic. vers. ideoq; censemus, C. de aur. public. persecutor. lib. 10.*

Secunda opinio & rationes dubitandi.

3 Alii † verò statuunt, debitorem, qui tempore contractæ obligationis pecuniam adhuc valentem accepit, postmodum autẽ à superiore reprobatam, à nexu talis obligationis, nõ quidem prorsus liberari, veruntamen ei sufficere, si pecuniam reprobatam aut æstimationẽ tantùm materiæ ejusdem, quanti tẽpore solutionis, uti massa rudis, valere dignoscitur, creditori præstet, uti præter alios ab ipsis allegatos præcipuè sunt, *Cyn. in d. l. in minorum, 3. n. 15. C. in quib. caus. in integr. restit. necess. non est, Bart. in l. quod te, 5. nu. 6. in fin. & num. 7. ff. de reb. cred. & ibidem etiam Alexand. nu. 6. & 7. Afflict. ad c. un. in verb. monet, nu. 11. circa med. quæ sint regal. 2. feudor. 56. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 18. nu. 29. Didac. Covarruv. de veter. numism. collat. cap. 7. §. un. num. 5. § decima conclusio, Gabriel. Roman. in commun. conclus. sub tit. de solut. conclusion. 1. num. 4. vers. contrarium, Alciat. in l. cum quid, 3. ad verba, eadem bonitate, & ibi etiam Cagnol. nu. 64. item Loriot. n. 5. item Ludovic. Roman. ff. de reb. cred. Ernest. Cothman. d. resp. 34. n. 76. & seqq. vol. 1.*

1. Ratio dubitandi.

Pro quorum † opinione primò facit, 4
quod quælibet monetæ species ex metallis conflatæ liquefieri, & ad pristina sua initia reduci possit, de quarũ rerum specificatione jure nostro proditũ est, quod si vel ex aliena materia conflatæ sint, nihilominus propter materiam immanentem, ad pristina sua initia reducibilem, priori domino restitui, & forma materiæ cedere debeat. *§. cum ex aliena materia, 25. Institut. de rer. divisio. l. adeò, 7. §. cum quis ex aliena materia, 7. versic. est tamen etiam, ff. de acquirend. rer. domin. l. quæsitum, 78. § illud fortasse, 4. ff. de legat.* Unde consequens est, quod monetæ reprobatæ materia remanens, vel æstimatio ejus creditori tantùm à debitore reddenda sit, nec is ad tantam summam teneatur, quanti moneta illa tempore reprobationis valuit, vel expendi potuit.

Ratio dubitandi 2.

Idque † pro ratione dubitandi secun- 5
da tantò magis, quoniam debitor pecuniæ & cujuslibet alterius rei fungibilis in plus non tenetur, quàm ut debitum creditori reddat, in eodem genere, *l. mutuum damus, in princ. & § mutui datio, 1. ff. de reb. cred.* & in eadem qualitate & bonitate, *l. cum quid, 3. & ibi Dd. communiter, ff. eod. tit.* Qua de causa debitor pecuniæ sine sua culpa à superiore reprobatã, in plus non tenebitur, quàm creditori restituere suã pecuniam sine culpa debitoris reprobatam.

Ratio dubitandi 3.

Quod ipsum † in vim Tertiæ dubi- 6
tandi rationis tantò magis admittendum vide-

videtur, quoniam alias etiam incommoda cujusque rei eum sequi debent, quem sequuntur commoda, *l. secundùm naturam, 10. ff. de reg. jur.* At verò commodum monetæ melioris in obligationem deductæ remanet penes creditorem, utpote qui surrogata in locum veteris melioris monetæ sibi debitæ nova deteriori monetæ specie, eandem citra præstationem supplementi intrinsecæ bonitatis monetæ in obligationem deductæ recipere non tenetur, *l. debitorem, 99. ff. de solution. & liberation.* ubi Jurisconsultus respondet, creditorem nō esse cogendum in aliam formā numos accipere, si ex ea re damnum aliquid passurus sit. Quamobrem debitor etiam contra æquitatem naturalem non videtur compellendus esse, ut creditori suo tantundem tempore solutionis in proba moneta præstet, quanti pecunia reprobata, quam à creditore accepit, tempore obligationis valuit aut expensa est, cùm alias etiam utriusque relati eandem naturam & conditionem esse oporteat, *l. fin. C. de indict. viduitat. tollend. l. si ita stipulatus fuero, 97. §. si tibi nupsero, 2. ff. de verb. oblig. Wilhelm. Antonii de rescript. moratör. concl. 58. n. 33.*

Ratio dubitandi 4.

7 Quibus omnibus † insuper & postremò hoc etiam accedit, quòd damnum rei debitæ ad debitorem non aliter spectet, nisi culpa aut mora ab ipso in restitutione ejus cōmissa fuerit, aut per eum steterit vel factum sit, quò minus daret, *l. quod te, 5. & ibi Dd. communiter, ff. de reb. credit.* Re verò citra culpam aut moram debitoris peremptâ, iste interitus non ad ipsum, sed ad creditorem spectat, *l. si ex legati, 23. & l. si servū, 91. §. ult. ff. de verb. oblig. d. l. quod te, 5. ff. de reb. credit.* etsi non individuum, sed species subalterna in obligatione deducta fuerit, *l. in ratione, 30. §. incerta, 5. ubi etiam Dd. ff. ad l. Falc. l. in navē Saufeji, 31. ff. locat. Dd. & Bologn. n. 48. ad d. l. quod te, 5. ff. de reb. cred.* Ex quib. omnibus consequitur, cùm hocce in casu pecunia credita, voluntate ipsiusmet Principis, citra culpam & factū debitoris reprobata, ejq; usus, ad quē ordinata fuit, cōstitutione & lege superioris ademptus sit, quod debitor præstando pecuniam istam reprobatam, seu propter ademptum ei valorem & authoritatem publicam, residuam potius materiā liberetur, nec creditori suo nova moneta tantundem solvere teneatur, quanti moneta credita valuit ante reprobationē seu prohibitionē ejusdem.

Tertia opinio, ejusdemq; rationes decidendi.

Sed prædictis nō obstantibus, & quod monetæ non semper ob defectum materiæ, sed ex aliis etiam causis multoties reprobentur, nec initio etiam uti tales, sed ut probæ & currentes in obligationem deductæ fuerint, alii Interpretes rectiùs sentiunt, debitorem solvendo monetam ex posttacto reprobatam non liberari, sed eum creditori suo tantundem in nova moneta præstantiori seu currente adhuc solvere teneri, quanti moneta accepta secundùm bonitatem intrinsecam & extrinsecam justè valuit ante reprobationem, præter complures alios ab ipsis allegatos statuunt *gloss. ult. in cap. cum canonicis, 26. ext. de censib. Bart. in d. l. creditorem, 99. ff. de solut. & liberat. Iohan. Bolognet. in d. l. cum quid, 3. n. 71. ff. de reb. cred & in l. quod te, 5. n. 44. ff. eod. tit. Panorm. in c. quantò, 18. n. 12. ext. de jurejur.* ubi præter alios, hāc sententiā etiā communē refert, *Ioh. Aquil.* 8

de monet. part. 2. theorem. 1. coroll. quod si, 1. Sebast. *Med. de novat. part. 2. in verb. moneta, & de fortuit. cas. part. 1. q. 4. nu. 56. vers. quartò fallit.* Anton. *Gabr. comm. concl. 1. sub tit. de solut. & liberat. n. 4.* Anton. *Faber. de var. numor. debitor. solut. c. 5.* Carol. *Molin. de usur. & fructib. q. 92. nu. 702. vers. octava, & c.* Martin. *Garrat. Laud. de monet. num. 13. in princ. & num. 14.* Andr. *Kohl exercitat. legal. cap. 18. nu. 31. & seqq.* Cravet. *consil. 47. num. 6. vol. 1.* Domin. *Card. Tusch. pract. conclus. tom. 5. lit. M. conclus. 349. nu. 50. & seqq.* Besold. *part. 1. consil. 58. quæst. 3. nu. 116.* Iohan. *Rudolph.* Werner *in discurs. Academ. super quæst. ecquid in solutionib. temp. contract. debiti, vel solut. inspic. in coron. quæst. 1. per tot.* Iacob. *Aleman. in pal. æstr. consult. 8. quæst. princip. 1. in* πα*ρέργ*ι*s. pag. 402. & seq.* ubi hanc opinionem sibi crebriorem & veriorem videri ait, D. Theodor. Reinkinck *in tract. de retr. consang. q. 303. n. 355.* ubi ex Schradero hāc sententiam verissimam communiterque receptam prædicat Tiraquell. *de retract. lign. g. §. 1. gloss. 18. verb. le pris qu'ala chose, nu. 29. & de retract. convent. §. 4. gloss. 2. num. 2. sub fin.* Hartman. *Pistor. observ. 141. n. 1. 2. & 4.* ubi ita Scabinos Lipsenses respondisse testatur. Quam sententiam etiam tanquā veriorem & magis communem approbasse videtur August. Elect. Saxoniæ *part. 2. const. Elect. tit. 28. ad fin.*

Ratio dubitandi 1.

8 Pro † quorum opinione primò facit *l. creditor oblatam, 102. in pr. ff. de solut. & liber.* in qua JCtus Scævola respondet, si creditor oblatam pecuniā à debitore nō accepisset, sed solutionē in alium diē nō refragāte debitore distulisset, interea verò ista pecunia creditori oblata tanquam ærosa jussu Præsidis sublata fuerit, quod tum periculum istud & damnum nihilominus non creditoris, sed debitoris esse debeat, etsi is in mora solvendi nō fuerit. Unde cōsequens est, moneta acceptā seu debitā, & in obligationem deductā intra tempus obligationis & solutionis reprobatā, debitorē nihilominus creditori tādem in bona & currente moneta solvere teneri, quanti moneta reprobata fuit ante reprobationem.

Ratio decidendi 2.

Deinde † nō absimile responsum etiā 9 continetur *in l. eleganter, 24. §. qui reprobos, 1. ff. de pign. act.* ubi Ulpian. hunc in modum respondet. Qui reprobos nūmos solvit creditori, an habeat pigneratitiā actionē quasi soluta pecunia quæritur? Et constat neq; pigneratitia eum agere, neq; liberatari posse: quia reproba pecunia nō liberat solventem, reprobis videlicet numis solvendis. Hactenus JCtus. Ex quo textū iterum apparet, solvendo reprobam pecuniam, debitorem non liberari, ac proinde si quis initio probam pecuniam, & valentem monetam acceperit, atque ita verè creditori suo obligatus fuerit, quod istiusmodi debitor postea creditori suo à Republica sine facto ejusdem monetam reprobatam, ad inducendam liberationem, solvere non possit.

Ratio decidendi 3.

Quod in vim † Tertiæ decidendi ra- 10 tionis tantò magis processerit, quoniam contractus mutui ea natura & conditio est, ut dominium rei mutuò datæ, atque sic pecuniæ etiam, post factam numerationē statim transferatur in mutuatariū, *l. mutuum damus, 2. §. in mutui datione, 4. ff. de reb. cred.* quam postea nō eandem in individuo, sed in eodē genere, eademq; qualitate creditori restitui oportet, *l. cū quid,*

3. &

3. & ... certum est, 6. in fin. ff. de reb. cred. Qua de causa periculum rei seu pecuniæ mutuò datæ non ad creditorem, sed ad debitorem tanquam dominum ejus, cui regulariter res perire dicitur, pertinet, l. incendium, 11. C. de reb. cred. l. in ratione, 30. §. incerta autem, 5 ff. ad l. Falcid. Unde rursus consequitur, quod debitoris, qui tempore obligationis probam, ante solutionem autem sine facto creditoris reprobatā monetam accepit, tantundem in proba & currente moneta solvere teneatur, quanti numi reprobati tempore inductæ obligationis ad minimum valuerint.

Ratio decidendi 4.

11 Atq; id ipsum † pro quarto fundamēto tantò magis, quoniam moneta in obligationem deducta, ob reprobationem à Republica factā, & ob usum, ad quem ordinata erat, in ea sublatam, pecunia esse desierit, d. l. creditor oblatum, 102. ff. de solut. & liberat. & d. l. eleganter, 24. §. qui reprobos, 1. ff. de pignerat. action. ac instar hominis mortui, qui verus homo non est, abusivè tantùm pecunia appellatur, & proinde ut pecunia solvi nequit, argum. l. sicut, 3. §. morte, ult. l. si usufruct. 28. ff. quib. mod. ususfr. amitt. l. Sempronius Attalus, 26. ff. de us. & usufruct. legat. Francisc. Aretin. num. 4. Cagnol. num. 95. in d. l. quod te, 5. ff. de reb. cred. sed solutio in alio monetæ genere currente & valente adhuc, seu nova prorsus expedienda est, siquidem nova moneta cumprimis ad similitudinem reprobatæ monetæ conflata, in locum prioris surrogata, eidemque succedere dignoscitur, argumento d. cap. quantò, 18. ext. de jurejur. Bald. in l. cum quid, 3. num. 5. ff. de rebus credit. Andr. Gail. lib. 2. observat. 73. num. 7. Iohan. Borcholt. ad c. un. quæ sint regal. n. 62.

12 Quotiescunq; enim † subalterno generi, quod interit, succedit & surrogatur aliud, debitor, penes quem interitus contigit, à præstatione debiti non liberatur, sed illud ipsum in surrogato, quod fictione juris idem est cum intercepto, solvere tenetur, argum. l. si donatæ, 36. §. sponsus, 1. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. filiæ suæ, 28. §. ult. ff. de condition. & demonstrat. cùm debitum generis non tam extinctum, quàm vigore surrogationis conservatum sive restauratum intelligatur, l. proponebatur, 76. ff. de judic. l. peculium, 65. §. quadrigæ, 1. & §. si tamen, ult. ff. de legat. 3. Francisc. Aretin. in d. l. quod te, 5. n. 9. & ibi etiam Bolognet. n. 48. ff. de reb. credit.

Ratio decidendi 5.

13 Quintò † debitorem creditori suo, qui ipsi tempore obligationis probā adhuc & currentem, postea verò edicto publico reprobatam monetam credidit, eandem in specie non restituere, sed aliam, quæ vice pecuniæ revera fungi, & iterum expendi possit, solvere teneri, etiam ex eo infertur, quoniam debitor accipiendo pecuniam à creditore suo ad duo obligatus fuit, & ad restitutionem pecuniæ seu creditæ quantitatis, & ad restitutionem in eadem bonitate, seu simili monetæ genere, d. l. mutuum damus. 2. & l. cum quid, 3. ff. de reb. credit. ut maximè igitur pecunia ista reprobata quoad materiam & massam superesset adhuc, attamē forma ejusdem & valore sublato post inductam obligationem demum pecunia esse desiit, & sic alterius vice in solvendo fungi nequit, ut proinde debitor eandem præstando obligatione liberari nequeat, sed talē creditori pecuniam præstare teneatur, quæ ejusdem bonitatis sit cum ea, quam acce-

pit tempore contractus, & quæ exemplo ejus usum pecuniæ tẽpore solutionis uti contractus tempore, revera præstat, *d. l. mutuũ damus, 2. & l. cum quid, 3. ff. de reb. cred.* hoc est, & materiam & formam pecuniæ, qualis nõ in intrinseca ejusdem bonitate tantùm, sed etiam in extrinseca bonitate seu valore ejusdem consistit, reddat, *l. 1. in fin. pr. ibi: usum dominiumq; non tam ex substantia probat, quàm ex quantitate, ff. de contr. empt. l. 1. C. de vet. numism. potest. lib. 11.* Vulgatum enim tritumq; in jure nostro axioma est, quoties cunq; duo in obligatione versantur, ꝙ interitu alterutrius seu unius tantùm, debitor nõ liberetur, sed alterutrum seu reliquum nihilominus solvi aut præstari oporteat, *l. Celsus. 23. §. idem ait, 1. vers. sed ipse recte putat, &c. ff. de recept. qui arbitr. l. cum res, 47. §. sed si Stichus, 3. ff. de leg. & fideic. l. 1. Stichũ aut Pamphilũ, 95. ff. de solut. & liber.*

Ratio decidendi 6.

14 Sextò † prædicta sententia etiã juri Canon. conformis est, & confirmari potest, *ex c. cum Canonicis, 26. ext. de censib.* in quo textu cùm Pontif. Rom. Gregorius IX. rescribat, si pecunia Ecclesiæ pro pensione debita, & ꝑ aliquot annos nõ soluta, non amplius in usu sit, h. e. ex generalitate verborum, *arg. l. 1. §. generaliter, 1. ff. de legat. præstand.* vel ut antiqua amplius non extet, & conquiri possit, vel constitutione aliqua Principis & edicto monetario reprobata sit, quòd debitor istiusmodi pecuniæ, Canonicis teneatur præstare æstimationem tantam quanti fuit antiqua moneta, q̃ in usu esse desiit, nec Canonici istius Ecclesiæ debitorem ad ulterius de meliori moneta sibi præstandũ urgere possint Unde iterum patet, ꝙ vel jure etiam Can. monetæ reprobatæ valor, quantus tempore contractus seu reprobationis fuit creditori, in moneta currente seu nova omnino præstandus sit.

Ratio decidendi 7.

Quinetiam & postremò † improbã & reprobatã monetã creditorib. in vim veræ liberationis haud solvi posse, Imperatores nostri vel suo proprio facto satis superq; & laudabiliter comprobarunt, qui licet interdũ in summis difficultatib. belli videlicet aut captivitatis, aliòve summæ necessitatis casu constituti, ex materia viliori, puta ferrea, ærea, imò coriacea etiã, quandoq; monetas conflari fecerunt, iisdemq; authoritate publica, valorẽ longè maximũ, materiei prorsus nõ congruentem, imposuerint, attamen illud in extrema tantũ necessitate, quæ lege carere dicitur, factum legimus, qua cessante & pace rursus stabilitã, res in pristinum statum reducta est, vilissimæq; istæ monetæ, ꝓbis in earum locũ suffectis, rursus abrogatæ sunt, subditisq; damnum, ꝙ ex istiusmodi mutatione seu reprobatione passi sunt, ex publicis cõpensatũ est, veluti præter alios de Imp. Rom. Friderico II. legitur, ꝙ ubi summa difficultate bellica oppress⁹, monetam coriaceã percussisset, per præconẽ publicè edici curaverit, eum qui bello finito, talem monetã coriaceã, ad Camerã Imp. referret, aureum Augustalem recepturũ esse, & id ipsum etiã ab eodem Imperatore fideliter fuerit præstitũ. Ex quibus omnib. liquidò constat, debitorẽ, qui tempore contractæ obligationis pecuniã ꝓbam & valentem adhuc, successu verò tẽporis edicto aliquo monetario reprobatã accepit, solutione pecuniæ acceptæ reprobatæ nõ liberari, sed tantundem in proba & currente moneta, creditori suo præstare teneri, quãti pecunia reprobata tem-

tempore cōtractæ obligationis fortè, seu reprobationis secundùm bonitatē ejus intrinsecam & extrinsecā justè & ad minimum valuit.

Ampliatio 1.

16 Cujusmodi cōclusio † pro ampliatione Primâ tantò magis ꝓcedit, si debitor ante factam monetæ debitæ reprobationem in mora solvendi fuerit, & moneta post moram in totum reprobatur, tunc enim sine omni prorsus dubitatione, in alia currente & valente moneta, ad æstimationem antiquæ solutionē facere tenetur, *Bald. in d. l. cum quid, 3. n. 7. in med. vers. nisi ex die mora, & vers. sed. ff. de reb. cred. Ias. in l. quod te mihi, 5. n. 16. vers. est bona sententia, ff. eod. tit. Alb. Brun. de mon. mut. part. 2. n. 4. vers. quod procedit, quando debitor nō fuit in mora, & nu. 7. Andr.* Kohl *exerc. leg. c. 18. nu. 32. Matth. Berlich. pract. conclus. part. 2. conclus. 35. nu. 30. Ernest. Cothm. d. cons. 54. num. 84. vol. 1.*

Ampliatio 2.

17 Deinde conclusio hæc † etiā ampliatur, & locū indubitatò invenit, si specificè inter debitorē & creditorē, de reddēda pecunia currente & valente tempore solutionis, conventū fuerit, veluti ut plurimùm obligationib. super pecunia contractis, hæc clausula inseri solet, ut solutio in numis seu thaleris nō reprobatis, sed in S. Rom. Imp. currentibus & valentibus, expediatur, daß die Zahlung in unverbottener unnd im H. Römischen Reich gültiger/gänger und geber Müntz oder Thalern vollnzogen werde/unnd geschehen möge/ tum enim cōventio ista omninò servanda, & solutio in thaleris & moneta usuali & currente tantò magis expedienda est, *l. semper in stipulationibus, 34. l. contractus, 23. ff. de reg. jur. l. 1. ff. deposit. Mart. Garr. Laud. de monet. n. 13. vers. prædicta vera sint, Matth. Berlich. pract. conclus. part. 2. concl. 36. num. 26. Ernest Cothm. d. resp. 34. n. 79. & 80. vol. 1. Magnificus Hassiæ superioris Procancellarius Dn. D. Theodor.* Reinkingk *in tr. de retract. consang. quæst. 6. n. 358. Iacob. Aleman. in palæstr. consultat. 8. quæst. princip. 1. in* πάρεργ. *pag. 402. vers. quod hodie.*

Ampliatio 3.

18 Tertiò † conclusio hæc etiam ampliatur, & moneta reprobata solvi nequit, licet ea in vicinis locis adhuc currat & valeat, *argum. l. ideò, 3. in fin. ff. de eo, quod cert. loc. Andr. Tiraq. de retr. lignag. § 1. gl. 20. n. 14. versic. quid deniq; si offeratur, &c.* nisi solutio in illum locum, ubi istiusmodi reprobata moneta adhuc valet, destinata fuerit, tum enim locus destinatæ solutionis attenditur, & solutio in moneta ibi adhuc currente expediri potest, licet aliis in locis reprobata, & commercio hominum exempta sit, *Matth. Berlich. part. 2. concl. 35. n. 32. Nic. Eberh. à Midelburg. cons. 78. nu. 1. & seqq. item n. 8. n. 9. & seqq.*

Ampliatio 4.

19 Quartò † conclusio hæc etiā ampliatur, & moneta reprobata tantò minus creditori solvi potest, quando obligatio, quæ initio quidē mediante pecunia tum temporis adhuc currente, postea autē reprobata contracta, veruntamen non ad certā monetæ speciē restricta, sed ad certam summā seu æstimationē reducta est, vernacula nostra, uff Wehrūg angeschlagen ist/ tum n. quoniā in obligatione nihil amplius, quā certa pecuniæ summa seu æstimatio versatur, talis summa tēpore solutionis in qualibet moneta ꝓba & currente ad valorem temporis contractus verum & justum omninò solvenda est, *arg. l. qua extrinsecus, 65. § 1. ff. de verbor. oblig. l. numis indistinctè, 75. & ibi Dd. ff. de legat. &*

fidei-

fideicom.3. junct. §.1. Inst. quib. mod. toll. oblig. Angel. in l. ult. C. de vet. numism. potest. lib. 11. Albert. Brun. de augm. & dimin. monet. præsup. 2. n. 11. Andr. Kohl exerc. leg. 6. 13. n. 20. & seqq.

Resolutio rationu dubitandi.

20 Prima † prioris opinionis dubitandi ratio refellitur, restringendo antecedens, quòd nimirum regula illa de liberatione debitoris, propter interemptam rem debitam tum demùm procedat, si ista res ut individuum seu species ultima debeatur, & ista sine culpa debitoris interierit, tunc enim propter impossibilitatem satisfaciendi obligationi, in restituendo istam speciem peremptam, & quod nulla ipsi culpa imputari possit, debitor rectè liberatur, Alioqvin si species seu genus etiam subalternum in obligationem deductũ, & in debitorem dominium etiã ejusdem translatum fuerit, veluti in credita pecunia usu venit, tum superstite adhuc alio ejusdem generis, in quo solutio fieri possit, & quod perempti vice fungitur, debitor propter interitum alterius, præstatione hujus generis nõ liberatur, sed in genere adhuc superstite, atque ita loco pecuniæ reprobatæ, in moneta nova in locũ peremptę surrogata, seu currente adhùc solvere tenetur, *arg. d. l. cùm res legata, 47. §. sed si Stichus, 3. ff. de leg. 1. & l. Stichum aut Pamphilum, 95. in pr. ff. de solut. & lib. junct. l. mutuum damus, 2. §. mutui datio, 2. §. appellata, 2. & §. creditum, 3. ff. de reb. credit. & l. quæ extrinsecus, 65. §. 1. ff. de verb. oblig.*

Resolut. ration. dubit. 2. opin. primæ.

21 Ad secundam † prioris opinionis dubitandi rationem respondetur, negando antecedens, quod nimirum pecunia non solùm ratione indicaturæ seu imposititii valoris intuitu, sed etiam ratione materię probæ & ponderis in obligationẽ deducatur, *d. l. 1. in fin. pr. ibi usum dominiumq; nõ tam ex substantia præbet, quàm ex quantitate, ff. de contr. empt. & l. 1. ibi modo ut debiti ponderis sint & probæ speciei, &c. de vet. numism. pot.* Qua de causa, cùm numi reprobati tempore contractæ obligationis, pro probis & valentibus, atq; ita in forma & materia idoneis reputati sint, à debitore etiam ut tales expensi sunt, vel ad minimum expendi potuerint, utiq; non iniquum fuerit, ipsum etiam tantundem in æstimatione restituere seu reddere teneri, quantum accepit, seu numi postea reprobati tempore contractus valuerunt.

Resolutio rat. dubit. 2. opin.

Cæterùm † ad secundæ etiã opinionis dubitãdi rationes accedendo, prima earundem refellitur, iterum negando, tam reprobationem pecuniæ fieri per modũ specificationis, quàm in eadẽ principaliter materiã, sed utrumq; potius materiã & formã considerari, adeoq; monetam seu pecuniam officio suo verè fungi non posse, nisi probæ speciei, justi ponderis & debiti valoris imposititii seu publicæ indicaturæ sit *d. l. 1. in fin. pr. ff. de contr. ah. empt. l. 1. C. de vet. numism. pot. c. quantò, 18. & ibi Dd. & Canonist. commun. ext. de jurejur.* Quando igitur debitor tẽpore cõtractus, ubi moneta reprobata adhuc valuit, & materiei & formę respectu creditori suo obligatus fuerit, eandẽq; tũ temporis ut probam expendere potuerit, cõsequens utiq; est, eũdem creditori in alia moneta tẽpore solutionis valente & currente, seu in reprobatæ locũ surrogata, nõ quoad materiam tantùm, sed etiam quoad formam seu valorem impositițium, qualis sine culpa creditoris supervenit, satisfacere teneri. 22 23

Pari

2. Resolution. ration. dubit.

23 Pari ratione † Secunda etiam dubitandi ratio hujusce opinionis simpliciter negando refellitur, imò invertitur potiùs, siquidem creditori soluta à debitore moneta reprobatâ, quæ tempore contractus adhuc valuit, nec tantundem quantum credidit, nec in eadem etiam bonitate & qualitate solvitur, quoniam pecunia ista reprobata, uti tempore contractus, non amplius expendi potest, ut proinde vel ex hac ipsamet ratione creditori tantundem à debitore in moneta currente tempore solutionis præstandum sit, quantum tempore contractus accepit, seu moneta reprobata contractus tempore ad minimum valuit.

3. Resolutio ration. dubit.

24 Ad Tertiam † dubitandi rationem hujusce secundę opinionis respondetur, distinguendo, inter monetæ reprobationem totalem & partialem. Priori casu quando moneta in totum reprobatur, adeò ut ne quidem valore viliori seu ut pecuniâ & moneta expendi potuit, debitor accipiendo eam inprimis mutuum statim Dominus ejus factus est, & creditori suo dupliciter obligari cœpit, nimirum tam ad restitutionem ejusdem in eodem genere. Qua de causa cum reprobatio ista seu periculum interitus pecuniæ, quæ sine culpa tam debitoris quam creditoris, & facto superioris postea contingit, ad Dominum pecuniæ spectet, adeoq; casus fortuitus in contractu mutui debitorem non liberet, *l. incendium.* 11. *C. de reb. credit. & l. in ratione.* 30. *§. incerta.* 5. *ff. ad L. Falcid. Borchold. in tr. de mutuo cap.* 7. *nu.* 26. *cum similibus apud* Wilhelm. *Antonii de rescript. morat. conclus.* 21. *n.* 8. debitor utique tantundem, quantum tempore obligationis secundùm bonitatem ejusdem intrinsecam & extrinsecam accepit, creditori in pecunia proba reddere tenetur, non secus ac si pecunia ista non reprobata fuisset, sed naturaliter interiisset, nec amplius reperiretur, *d. cap. cum Canonicis.* 26. *ubi etiam gloss. & Dd. extr. de censib. & in cap. quantò.* 18. *ubi etiam Panormitan. extr. de jurejur. Andr. Gail. lib.* 2. *observat.* 73. *num.* 3. Posteriori verò casu, quando moneta nō in totum reprobatur, & commerciis non omninò excluditur, sed depreciatur tantùm, seu valor ejusdem ob deprehensum fortassis in materia defectum, aut aliam ob causam edicto publico restringitur, tum totidem depreciati numi, quot debitor accepit, creditori restitui possunt, aut si solutio in moneta quoad intrinsecam bonitatem præstantior sit, tantundem deduci potest, quantum monetæ acceptæ deteriori, quoad intrinsecam bonitatem abest: siquidem hæc partialis monetæ reprobatio seu depretiatio potiùs substantiam seu usum monetæ non tollit, sed valorem ejus tantum imminuit, in quia quoad intrinsecam bonitatem tempus contractus inspicitur, uti in præcedenti secunda quæstione latius deductum est.

4. Resolutio ration. dubit.

Ad Quartam † & ultimam dubitandi 25 rationem secundæ opinionis respondetur, quod debitor cumprimis in contractu mutui statim dominus pecuniæ fiat, & proinde periculum etiam interitus seu reprobationis ejusdem non ad creditorem, sed ad debitorem spectet, *d. l. incendium.* 11. *C. de reb. credit. & d. l. in ratione.* 30. *§. incerta.* 5. *ff. ad L. Falcid.* Qua de causa

Oo pecu-

pecunia illa reprobata, quæ ab initio uti proba in contractum deducta, & postea sine facto seu culpa debitoris reprobata fuit, nihilominus in genere suo seu pecunia valente adhuc debetur, *d. l. mutuum damus. in princ. & l. cum quid. 3. ff. de reb. credit.* adeoq; reprobatio illa seu interitus istius pecuniæ nihil aliud efficit, quàm ne summa debita in isto reprobatorum numorum genere solvi possit, sed debitor pro exsolvenda obligatione, solutionem in alio numorum genere currente & valente adhuc expedire teneatur, *argum. l. Celsus. 23. §. idem ait. 1. ff. de recept. qui arbitr.*

Limitationes.

26 Postremò † conclusio de solvendis numis debitis postea reprobatis, ad valorem seu æstimationem tam intrinsecæ, quam extrinsecæ bonitatis, uti fuerunt tempore contractus in moneta currente & usuali, nonnullis modis limitatur, & ipsammet pecuniam reprobatam solvere licet. Et primò quidē si creditor eo tempore, quo pecunia adhuc valebat, fuit in mora accipiendi, solutionemq; contra voluntatem debitoris distulit, tum enim cumprimis pecunia realiter deposita, incommodum & periculum diminutionis valoris & omnimodæ reprobationis pecuniæ non ad debitorem, sed ad creditorem spectat, *argum. d. l. creditor oblatam. 102. in princ. argumentatione à contrario sensu, ff. de solution. & liber. junct. l. si soluturus. 39. & l. qui decem. 72. ff. eod. tit. Bartol. Angel. Imol. & Dd. ad l. creditorem. 99. ff. de solution. & liberation. Laudens. de monet. num. 21. Albert. Brun. de augm. & diminut. monet. declarat. 2. num. 3. & num. 7. Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 26. num. 6.*

27 Nisi † pecunia creditori oblata brevi reprobanda foret, tum enim propter imminens reprobationis periculū, & quod plenam authoritatem publicam nō amplius obtinet, creditor eam recipere non tenetur, sed justè recusat, *argumento l. si vina. 15. ff. de pericul. & commod. rei vendit.* & quod utplurimum potentiæ actui propinqua pro ipsomet actu habeatur, *l. qui pœna. 8. §. Divus. 3. ff. de manumiss. l. pen. ff. de testament. militar. Carol. Molina. in tract. de usur. & fruct. quæst. 100. num. 794. & num. 812. ad fin. versic. secundò limitatur. Gothofred. in not. ad d. l. creditor oblatum. 102. in princ. ff. de solut. & liberation. tit. I. Cæsar Ursill. in addit. ad Afflict. decis. Neapolit. 194. n. 4. ubi hunc casum, qui suo tempore acciderit, notandum jubet, D. Theodor. Reinking in tractat. de retract. consanguin. quæst. 6. num. 359. & seqq. Vincent. Caroc. in tr. deposit. part. 2. quæst. 131. ubi latè.*

2. Limitatio.

Deinde † hæc conclusio etiam limitatur, & debitori ipsammet monetam reprobatam solvere permittitur, si moneta non adulterina, sed in bonitate intrinseca justa nec deteriorata, principis tantùm avaritia & lucro ita reprobetur, ut certo tempore eam currere & expendi vetet, tum enim debitori talem etiam sine justa causa reprobatam monetam solvere licet: *Iason in l. quod te. 5. num. 26. versic. sed si debitor non fuisset in aliqua mora, ff. de reb. credit. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. part. 2. num. 5. in med. & num. 8. Laudens. de monet. num. 13. versic. si autem esset reprobata avaritia principis &c. Iohann. Aquil. de potestat. & utilitat. monet. part. 2. coroll. 2. Matth. Berlich. part. 2. conclus. practicab. conclus. 35. num. 29. Ernest. Cothmann. vol. 1. consil. 34. num. 82. & seqq.* Quod vel inprimis procedit, si creditor ipsemet in culpa hujusmodi reproba- 28

probationis, puta Consiliarius principis reprobantis, ejusdemque facti conscius fuerit, *Iohann. Aquil. de potestat. & utilitat. monet. theorem. 1. versic. si moneta erat mutata. Laudensis de monet. num. 13. Ernest. Cothmann. dict. consil. 34. num. 86. & seqq.*

29 Tertiò † conclusio hæc etiam à nonnullis limitatur, & pecunia reprobata creditori solvi potest, si debitor citra tamen fraudem legis prohibitivæ creditori monetam reprobatam præstet, non ut pecuniam, sed ut rudem materiam residuam seu massam ponderalem, ex qua purificatâ forte alia pecunia à superiore conflari, vel in alios usus licitos converti possit, & debitor insuper paratus sit, tantundem creditori in proba & currente adhuc monetâ præstare, quanti numi reprobati tempore reprobationis pluris, quàm residua ipsorum materia æstimari potest, valuerunt, eò quod creditoris nō intersit, massam metalli certam, ex quâ eadem conflari possit, pro debita pecunia in congrua æstimatione recipere, *argumento l. debitorem. 99. ff. de solution. & liberat. Bartol. in l. divortio. 7. §. ob donationes. 5. num. 3. ff. solut. matrimon. Iason. in §. in bonæ fidei. 30. num. 62. Inst. de action. Auton. Faber de variis numor. debitor. solution. cap. 13. versic. Finge aureos, item cap. 7. versic. cum enim pecunia constet. 4. pag. mihi. 147. & 149.*

30 Quam † tamen opinionem alii improbant, statuentes, creditori invito pro debita pecunia, nunquam massam etiam obtrudi posse, sed solutionem ad obligationem pecuniariam semper in moneta justâ, proba & currente fieri debere, *argumento l. 1. C. de veter. numismat. potestat.* & quod pecunia aliæ res & merces, non vicissim pecunia rebus & mercibus æstimetur, *l. si ita. 42. ff. de fidejussor. & mandat. & l. 1. in princ. ff. de contrah. emption. Decius num. 6. Alciat. num. 12. Butigell. num. 17. Ripa num. 12. ad l. mutuum damus. 2. §. mutui datio. 1. ff. de reb. credit. Arius Pinell. ad rubric. C. de rescind. vendition. part. 1. cap. 3. num. 9. Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 17. num. 4. & 5. idem eleganter confirmat Iacob. Aleman. in palæstrâ consultat. 8. quæst. princip. 1. pag 389. in fin. & pag. seq.* quibus ipsemet etiam in casum inviti creditoris calculum meum adjicio.

FINIS CLASSIS TERTIÆ DE MUTATIONE MONETARUM, ob quam numorum debitorum solutio variari potest.



CLASSIS QUARTA, *DE EXTERNIS CIRCUMSTANTIIS, ob quas itidem numorum debitorum solutio variari potest.*

QVÆSTIO PRIMA,

DE EXPEDIENDA NUMORUM debitorum solutione, si ex parte debitoris vel creditoris post tempus solutionis mora in solvendo vel accipiendo intervenerit, **Wann auff Seiten deß Glaubigers oder deß Schuldeners ein Verzug wegen Außzahlung oder Annehmung der Gelter mit eingelauffen /**

EIVSDEMQVE SECTIO Prima,

An & quatenus mora à debitore vel creditore in non solvendo vel recipiendo pecuniam justo tempore, commissa, debitori vel creditori noceat seu minus.

SUMMARIA.

1 *Transitio ad Classem Quartam quæstionum monetariarum.*

2 *Quæstionis primæ quartæ classis luculentior expositio.*

3 *Pecunia cùm certa & perpetua sit æstimatio, ejusdem solutio per moram variari non poterit.*

4 *Pecunia à debitore creditori oblata, sed non accepta, & postea tanquam nimis erosâ reprobatâ, periculum reprobationis, vel post moram etiam, non creditoris, sed debitoris est.*

5 *Mora obligationem non auget, sed tantùm perpetuat.*

6 *Interesse extra rem seu lucrum & damnum extrinsecus contingens in rebus debitis & tantò magis in pecunia post commissam moram non considerantur.*

7 *Opinio & recensio Dd. qui statuunt commissâ mora à debitore vel creditore, in solvendo vel accipiendo pecuniam, damnum exinde subsecutum præstandum esse.*

8 *Mora à debitore in solvendo rem debitam commissâ, periculum & detrimentum ejusdem etiam ad debitorem spectat.*

9 *Mora & frustratio sua neutri nec debitori nec creditori prodesse debet.*

10 *Mora sua cuilibet nociva esse debet.*

11 *Mora à debitore in solvendo vel à creditore in accipiendo pecuniam debitam commissâ, damnum futuræ mutationis pecuniæ ad eum pertinet, qui moram commisit.*

12 *Interesse ex mora contingens duplex est, intrinsecum & extrinsecum.*

13 *Interesse ex morâ intrinsecum contingens, cuivis petitori præstandum est, sive is Mercator fuerit, sive minùs.*

14 *Interesse moræ habetur ratio, modò mora illa non irregularis, sed regularis sit, sive illa tacitè lapsu diei, sive expressè per interpellationem hominis extrajudicialem vel judicialem contracta sit, nihil interest.*

15 *Interesse moræ ratio habetur indistinctè, sive illa*

illa à debitore sive à creditore commissa fuerit.

16 Interesse moræ, seu mutatio pecuniæ post moram contingens attenditur, non solùm in grossa, sed etiam in minutâ pecuniâ contra sententiam Bartoli.

17 Pecuniæ valor & æstimatio non absolutè, sed relatè respectu aliarum rerum certa, perpetua & immutabilis esse dicitur, & proinde quandoq; circa pecuniæ interesse etiam juramentum in litem deferri potest.

18 Pecuniæ mutationis secundùm bonitatem intrinsecam, quoniam statum ipsiusmet obligationis concernit, post commissam etiam moram non habetur ratio.

19 Pecuniæ summæ collectivè creditori à debitore præstandæ sunt, etsi species omnes, quales creditæ sunt, interierint.

20 Interesse moræ ratione habitâ, status obligationis nihilominus non mutatur.

21 Interesse moræ non habetur ratio, si damnum prorsus extrinsecum & accidentarium extra causam rei debitæ contigerit.

22 Interesse lucri cessantis alias extrinseci appellati, post moram nulla habetur ratio.

23 Interesse lucri cessantis seu extrinsecum post moram contingens Mercatori qualificato adjudicatur.

24 Interesse extrinsecum nonnulli etiam ex quibuslibet actionibus stricti iuris, quæ arbitrariæ fieri possunt, deberi autumant.

25 Interesse lucri cessantis seu extrinsecum hodie cuivis hominum generi, tam infimæ quàm mediæ sortis, qui pecunias suas non otiosas relinquere solent, adjudicatur.

26 Mora commissæ ratio non habetur, quoad mutationem intrinsecæ bonitatis pecuniæ.

27 Moræ commissæ etiam non habetur ratio propter mutationem pecuniæ in usuris alusve accessionibus post moram debitis.

28 Interesse moræ irregularis, seu ex re solùm commissæ, quoad pecuniæ mutationem non habetur ratio.

29 Moræ modici tantum temporis propter pecuniæ mutationem, non habetur ratio.

30 Moræ ratio non habetur, si debitor creditum magna ex parte solverit, & modicum tantum adhuc restat.

31 Oblatio pecuniæ debitæ creditori à debitore realiter facta eundem ab omni periculo mutationis pecuniæ postea subsecutæ liberat.

32 Oblatio sola pecuniæ debitæ licet citra obsignationem & realem depositionem liberationem non inducat, attamen ad evitandum moræ detrimentum ex pecuniæ mutatione proveniens sufficit.

33 Moræ pœna etiam excluditur, si debitum non satis liquidum seu probatum fuerit.

34 Moræ pœna etiam excluditur, quando debitor habet exceptionem compensationis.

35 Mora debitori quoad pecuniæ mutationem eandem subsecutæ non nocet, si per ipsum creditorem steterit, quo minus sua die solutum sit.

36 Moræ detrimentum quoad mutationem pecuniæ etiam excluditur, si petitor per præscriptionem à jure suo exciderit.

37 Moræ periculum quoad mutationem pecuniæ etiam excluditur, si persona petitoris non sufficienter fuerit legitimata.

38 Moræ detrimentum quoad pecuniæ mutationem, debitori non nocet, si per ipsum non steterit, quò minùs obligationi justo tempore satisfactum sit.

39 Mora etiam purgatur, ejusdemq; pœna excluditur, si debitor quamlibet justam differendæ solutionis causam arbitrio judicis æstimandam habuerit.

40 Mora etiam purgatur, si debitor cumprimis

verò debitoris heres seu fidejussor ignoret, quantum solvere teneatur.

1 POSTQUAM † hactenus expositum fuerit, quomodo numorum debitorum solutio expedienda sit, tum ad variationem ipsarummet obligationũ & dispositionum pecuniarum, tum vero etiam ad contingentem mutationem pecuniæ debitæ intra tempus contractus & solutionis, consequens nunc etiam est exponere modum expediendæ solutionis pecuniarum debitarum propter circumstantias extrinsecus contingentes, si nimirum ex parte debitoris vel creditoris in solvendo vel accipiendo pecuniam debitam mora intervenerit, vel etiam ab alterutro eorum circa faciendam solutionem præscriptio vel observantia inducta sit.

2 Priori † igitur casũ hac in quæstione expediendo, quod nimirum post solutionis terminum eadem à debitore vel creditore protracta est, hoc est, vel debitor in præstituto solutionis termino eandem nõ fecit, seu creditori pecuniam debitam obtulit, vel creditor pecuniam debitam justo solutionis tempore sibi oblatam accipere noluit, & eandem sine causa recusavit, atq; ita ex parte debitoris vel creditoris mora in solvendo seu accipiendo pecuniam debitam mora commissa est, utrum istiusmodi mora debitori vel creditori moroso, item quatenus & in quantum noceat, nunc controvertitur. Et verò istiusmodi moram à debitore vel creditore in solvendo vel accipiendo pecuniã ab alterutro eorundem commissam moratori non nocere, sequentes videntur suadere rationes.

1. Rationes dubitandi.

Primò † enim numorum certa & perpetua esse censetur æstimatio, eademque omnes res & merces æstimantur, non contra pecunia merces, *l. si ita fidejussorem. 42. ff. de fidejussor. & mandator. l. tantum quisque pecuniæ. 88. ff. de V. S. Alman. in palæstrâ consult. 8. quæst. princip. 1. part. 17. pag. 516. vers. & in tuenda.* qua de causa super pecunia tanquam re certa, nec juramentum in litem deferre licet, *l. numis depositis. 3. in princ. ff. de in lit. jurand.* nec interesse extra rem, quod est in lucro ultra pecuniam, considerandum venit, *argumento l. si stet fis ancilla. 21. §. cum per venditorem. 3. ff. de action. empt. & vendit.* Unde consequens est, licet à debitore in solvendo aut à creditore in accipiendo pecuniam debitam ad solutionis terminum, mora commissa fuerit, quod illud ipsum neq; debitori, neque creditori nocumento esse debeat, & nec plus nec minus, quam in obligationem deductum est, propter commissam moram solvendum sit. 3

2. Ratio dubitandi.

Deinde † moram dilatę solutionis pecunię ex parte creditoris inprimis eidem non nocere probatur: *l. creditor oblatam. 102. in princ. ff. de solution. & liberation.* ubi JCtus Scęvola respondet, si creditor oblatam pecuniam à debitore non acceperit, sed acceptionem ejusdem in aliam diem distulerit, item tutor pupilli pecuniam pupillarem, ut tantò tutius credi possit, penes se asservaverit, interea verò pecunia ista oblata imò pupillaris etiam quasi nimis ærosa à superiore reprobata & interempta fuerit, quod reprobatio ista & inde subsecutum pecuniæ detrimentum nec creditoris, qui pecuniam à de- 4

à debitore oblatam recusaverit, nec tutoris, qui pecuniam pupillarem asservaverit, sed potiùs ipsius debitoris & pupilli aliàs multùm privilegiati esse debeat. Unde iterum consequitur, quod mora solvendi vel accipiendi pecuniam debitam, creditori vel debitori non noceat, sed quodlibet damnum extrinsecus contingens ad Dominum seu possessorem pecuniæ pertineat.

3. *Ratio dubit.*

5 Tertiò † moram dilatæ solutionis pecuniæ debitæ nec debitori nec creditori nocere hinc etiam patet, quòd mora obligationis statum non mutet, hoc est, augeat vel diminuat, sed perpetuet tantùm, *l. si ex legati causa. 23. l. si servum stipulatus. 91. §. sequitur videre. 5. ff. de verbor. obligat. Anton. Faber de variis numor. debitor. solution. cap. 20. prop. fin. versic. solet enim mora nocere &c.* Quando igitur res seu pecunia debita post commissam moram, nec melior nec pretiosior reddatur, quàm fuit ante morã, debitor utiq; creditori, ob moram in solvendo commissam, plus, quam initio debuit, præstare non tenebitur, nec vicissim creditori ob moram ab ipso in accipiendo commissam aliquid deducere poterit, sed debitum præcisè tantum, quantum ex obligatione debetur, præstare, seseq; ab obligatione exolvere & liberare tenebitur, perinde atq; si nulla prorsus mora intervenisset.

4. *Ratio dubitandi.*

6 Quartò † & postremò propter commissam morã pecuniâ debitâ justo tempore non solutâ, aut à debitore in præstituto solutionis termino oblata, sed à creditore non acceptatâ, nihil ulterius præstandum esse; sed tantundem solùm, quantum in contractum deductum fuit, solvi sufficere, exinde etiam patet, quoniam in qualibet re debita & justo tempore non traditâ, & tantò magis in nummis interesse extra rem seu lucrum & damnum extrinsecus contingens non considerantur, *l. si sterilis ancilla. 21. §. cum per venditorem. 3. ff. de action. empt. & vendit. junct. l. ideo. 3. de condiction. triticiar.*

Rationes decidendi.

Verùm † prædictis dubitandi rationibus non obstantibus, moram circa solutionem vel acceptionem pecuniæ debitæ, à debitore vel creditore commissam, ei, qui in morâ fuit, nocere, si in debito monetæ genere post moram mutatio aliqua supervenerit, Dd. penè omnes unanimiter tradunt. *Bartol. & Dd. in l. cum quid. 3. & in l. quod te. 5. ff. de reb. credit. Panormitan. Felin. Imol. & alii ad cap. Quanto. 18. extr. de jurejurand. Albert. Brun. de augm. & dimin. monet. præsuppositiõ. 2. limitat. 1. Martin. Garrat. Laudens. de monet. num. 20. & 21. Francisc. Curt. in tractat. de monet. num. 6. 7. & seqq. Covarruv. de veter. numismat. collation. §. unic. nu. 4. conclus. 7. Card. Tusch. pract. concl. tom. 5. lit. M. conclus. 349. n. 30. & seqq. Ioan. Bapt. Costa de facti scient. & ignor. cent. 1. dist. 63. num. 34. Herman. Lather. in tr. de censu, lib. 3. cap. 10. nu. 106. Berlich. decis. 102. n. 5. D. Theodor.* Reinking *de retract. consanguinit. quæst. 6. n. 299. & seq. subdens in specie, idem edicto monetali Hasso-Darmbstadino caveri. Coras. lib. 3. miscellan. cap. 13. n. 5. & seqq. Ioan. Rudolph. Werner in discurs. Academ. super quæst. Ecquid in solut. temp. contracti deb. vel solut. inspic. n. 53. & seqq. Ioan. Chrysosth. Dornsperg. in resp. jur. de trib. quæst. monet. nu. 305. & seqq. Iacob. Aleman. in palæstrâ consult. 8. quæst. princ. 5. per tot. pag. 798. & seqq. ubi inter alia pro hâc sententia va-* 7

rias ordinationes locorum, prajudicia & responsa refert. Ranchin. & Ferrer. in addit. ad Guid. Papæ quæst. 493. Bocer. de jure monetæ cap. 2. num. 142. 144. Hercul. Marescot. var. resolut. lib. 1. cap. 94. n. 15. Besold. part. 2. consil. 60. nu. 27. & seq. Paul. Bus. in tr. de ann. reditib. lib. 2. cap. 6. n. 23. 24. Henric. Hornm. inn. disput. monetar. versic. pono casum &c. Andr. Gail. lib. 2. observat. 73. num. 9. Borcholt. ad cap. unic. Quæ sint regalia num. 61. Anton. Faber de var. nummor. debitor. solution. cap. 10. per tot. Rener. Budel. de re nummar. lib. 2. cap. 76. per tot. Andr. Kohl exercit. legal. cap. 19. num. 35. Natta consil. 454. num. 3. & 5. tom. 2.

1. *Ratio decidendi.*

8 Pro quorum opinione † Primò facit, *l. quod te. 5. in princ. ff. de reb. credit.* ubi Pomponius hunc in modũ respondet, Quod te mihi dare oportet, si id postea perierit, quàm per te factum erit, quò minùs id mihi dares, tuum fore id detrimentum constat, idem responsum ejusdem Pomponii in *l. si ex legati causa. 23. ff. de verbor. obligation.* ubi deciditur, hominem debitum ex legati causa vel ex stipulatu, si mortuus sit, mortem istam ad debitorem non pertinere, nisi per ipsum steterit, cum quibus etiam congruit, *l. si filiusfamilias. 25. §. si post divortium. 2. ff. solut. matrimon.* in qua JCtus Paulus hunc in modum respondet; si post divortium res dotales deteriores factæ sint, & vir in reddenda dote moram fecerit, omnimodo detrimentum ipse præstabit. Ex quibus textibus liquidò apparet, quotiescunq; per debitorem steterit, quo minùs daret rem debitam, quod omne periculum & detrimentum etiam ad debitorem spectet.

2. *Ratio decidendi.*

9 Deinde † hæc sententia etiam confirmatur, per *l. hominem. 37. ff. mandat. vel contr. ad fin.* ubi Africanus hunc in modum respondet. Aliter in stipulatione servatur, nam tunc id tempus spectatur, quo agitur, nisi fortè aut per promissorem steterit, quò minùs sua die solveret, aut per creditorem, quo minus acciperet, etenim neutri eorum frustratio sua prodesse debet, *l. si heres. 8. ff. de tritic. vin. vel oleo legat.* ubi Ulpianus respondet, quod si heres vinum in doliis contentum legatario obtulerit, & is recusaverit, heres verò vinum postea effuderit, quòd tam recusatio legatario, quam effusio etiam heredi nocere debeat.

3. *Ratio decidendi.*

Quod † idem etiam pro decidendi ratione Tertia apertè ita constitutum reperitur in jure Canonico, nimirum in *cap. mora sua. 25. de reg. jur. in sexto*, ubi Bonifacius 8. Pontifex Romanus generaliter disposuit, quòd mora sua cuilibet nociva esse debeat, *D. Reint ingl. de retract. consang. quæst. 8. n. 75. & 121. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 5. lit. M. conclus. 380. num. 1. Wilhelm. Antonii de rescript. morator. conclus. 63. n. 336.* unde iterum patet, quod commissa mora semper ei nocere debeat, qui eandem commisit. 10

4. *Ratio decidendi.*

Quartò † morosum debitorem vel creditorem respectivè, propter non solutam aut repudiatam pecuniam oblatam justo tempore, propter istiusmodi moram commissam in damno esse debere, adeoq; debitorem, si pecuniæ valor post tempus commissæ moræ decreverit, tantundem solvere teneri, quanti plurimi à tempore commissæ moræ valuerit, & vicissim creditorem in casum decrementi valo- 11

valoris pecuniæ à tempore moræ seu injustæ recusationis oblatæ pecuniæ à debitore tantam reductionem summæ debitæ pati teneri, quanti pecuniæ valor post tempus cõmissæ moræ in accipiendo decrevit, *patet ex l. ratio. 3. §. si per venditorem. 3. ff. de action. empt. & vendit. l. in re furtiva. 8. § si ex causa furtiva. 1. ff. de condict. furtiv. l. rerum amotarum. 29. ff. de action. rer. amotar. junct. l. penult. & l. ult. ff. de condiction. triticiar. l. quotiens. 59. ff. de verbor. obligation. l. sed mihi. 3. § in hac actione. 2. ff. commodat. l. si sterilis ancilla. 21. §. cum per venditorem. 3. ff. de action. empt. & vendit. l. filiusfamilias. 114. §. si quid alicui. 5. ff. de legat. 1. nec non etiam in l. vinum. 22. ubi etiam Costal. Zasius item Cagnol. num. 17. Curt. num. 11. Bolognet. num. 12. & seqq. ff. de reb. credit. Andr. Kohl exercitation. legal. cap. 12. num. 32. & cap. 13. num 7. & seqq. Renor. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 26. num. 5.* quantumvis alii Interpretes hujusce detrimenti æstimationem pro diversitate commissæ moræ quandoque ad tempus destinatæ solutionis, quandoque ad tempus commissæ moræ, quandoque ad tempus litis contestatæ, quandoq; ad tempus rei judicatæ referendum existiment, quorum opinio etiam veritati theoreticæ magis congruere videtur, qua de relatius D. Kitzel. *in exegesi sua de obligation. mutui. cap. ult. conclus. 2. 3. & 4.* Ex quibus omnibus manifestum est, commissa mora à debitore in solvendo vel à creditore in accipiendo pecuniam debitam, quòd damnum futuræ mutationis pecuniæ, sive valor ejusdem auctus, sive diminutus fuerit, post commissam illam moram (puta si thalerus Imperialis tempore faciendæ solutionis 28. grossis æstimatus fuerit, post commissam verò moram valor thaleri Imperialis ad 4. grossos adauctus seu 32. grossis æstimetur, vel contra valor ejusdem ad 4. grossos diminutus fuerit, & 24. tantum grossis æstimetur) respectivè ad debitorem vel creditorem, qui moram istiusmodi commisit, omninò pertineat.

12 Cæterùm † cum interesse ex mora cõtingens, aliàs in genere propter veram & consuetam damni emergentis & lucri cessantis æstimationem, commune appellatum, & interesse convento & interesse singulari oppositum, uti notat *Alex. Trentacinquius variar. resolution. lib. 1. resolution. 1. de interess. num. 39. & num. 40. pag mihi. 209. Ioh. Borcholt. in tract. de verb. obligat. cap. 7. n. 146.* duplex sit, aliud intrinsecum seu damni emergentis, quando quis propter non solutam sibi justo tempore pecuniam detrimentum patitur, atque ita de damno vitando certat: aliud extrinsecum seu lucri cessantis, quando quis ob non solutã sibi justo tempore pecuniam lucrum, quod alias habiturus fuisset, amittit, atq; ita de lucro captando certat, per *text. in l. si quis agere fuit. §. si quis vero. in fin. C. de Caducis toll. l. Proculus. 26. ubi etiam gl. in verb. faciat. ff. de damn. infect. l. usuras. 2. C. de usur. Navarr. in commentar. de usur. num. 45. Alexand. Trentacinqu. variar. resolution. lib. 1. resolut. 1. de interess. num. 4. & num. 9. Andr. Gail. lib. 2. observat. 6. num. 1.*

1. Ampliatio.

13 Pro Ampliatione † Prima hujus conclusionis ea indubitatò locum obtinet, quod nimirum reus conventus in mora solvendi constitutus actori interesse intrinsecũ seu damni emergentis generaliter & indistinctè præstare teneatur, sive petitor is mercator & negotiator fuerit

sive minus, *d l. ratio.3.§.si per venditorem.3. ff. de action. empt. & vendit. Cagnol. in l. unic. num.48. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest profer. Alexand. Trentacinq. variar. resolution. lib.1. de interess. resolution.1. num.5.6.7.& 8. Andr. Gail. lib.2. observ.6. num.2. & lib. singular. de pignorat. cap.17. nu.34.& 35. Rener. Budel. lib.2. de re numar. cap.26. num.9.& 10. Albert. Brun. de augment. & diminution. monet. limitat.1. num.3. Alexand. consil.141. vol.5.& consil.31. vol.6. Petr. Anchor. consil.366. Natta consil.490. vol.3.*

2. *Ampliatio.*

14 Deinde † hæc etiam conclusio ampliatur & commissæ moræ propter mutationem pecuniæ debitæ, post eandem in æstimatione ejusdem seu damni & detrimenti istiusmodi mutationis ratio habetur, modo mora ista non irregularis, nec sola juris authoritate, seu sola re citra factum hominis conciliata, *Bartol. & Castal. ad l. mora.32. ff. de usur. & fructib. Menoch. lib.2. arbitrar. judicior. cas.220. num.5. Rener. Budel. de re numar. lib.2. cap.26. num.18. D. Kitzel. in exeges. de obligation. mutui, cap. ult. num.9.10.& seqq. Iohann. Saport. de mora num.14.15.16.&17.* sed regularis seu in personam, adeoq; interpositione facti hominis seu mediante aliqua interpellatione inducta sit, *Iohann. Saport. d. tractat. de mora. num.27.& 28.* sive postea illa mora tacitè, hoc est, solo temporis cursu & diei adventu, cujus solius diei præteritio nulla ulteriori hominis interpellatione requisita, pro homine interpellare dicitur, inducta sit, *l. in Emphyteuticariis.2. C. de jur. Emphyteutic. l. si ita quis.135. in princ. ff. de verbor. obligation. l. vinum.22. ff. de reb. credit. l. magnam.12. C. de contrahend. & committend. stipulation. cap. potuit. ult. extr. de locat. & conduct. Afflict. decision.150. num.18. & decision.399. num.12. Neguzant. de pignor. & hypothec. part.6. membr.1. in princ. Rener. Budel. de re numar. lib.2. cap.26. nu.26. D. Kitzel. in Exeges. sua de contract. mutui cap. ult. num.21. & seqq. Hering. de fidejussor. cap.20.§.9. n.11. Wilhelm Antonii de rescript. morator. conclus.49. num.178.* sive denique expressè per interpellationem hominis, vel extrajudicialem etiam unicam, qualis sufficere censetur, *d. l. mora.32. ff. de usur. & fructib. l.1.& tot. tit. ff. de eo quod cert. loc. l. sed si.24. ff. de verbor. obligat. Accurs. in d. l. mora.32. ff. de usur. & fructib. Iason in l. qui Romæ.122. num.8.& ibid. etiam Castrens. num.4. Donell. num.5. ff. de verbor. obligat. Dominic. Arumæ. in tractat. de mora, cap.5. num.15. & seqq. Gœdd. de contrah. & committend. stipulation. cap.11. num.66. & seqq. Rener. Budel. de re numar. lib.2. cap.26. num.21. & seqq. D. Kitzel. in Exeges. de obligation. mutui, cap. ult. num.52. & seqq.* aut denique omnium validissimè per interpellationem judicialem, puta litis contestationem, *l. vinum.22. ibi: an cum litem contestatus fuisset, ff. de reb. credit. l. fin. ff. de condict. triticiar. l. nemo rem.82.§. si post.1. ff. de verbor. obligat. l. si quis solution.24. in princ. ff. de usur. & fructib. l. si homo.8. ff. de re judicat. Menoch. lib.2. arbitrar. judicior. cas.220. num.48. D. Kitzel. in exeges. de obligation. mutui, cap. ult. num.67.& seqq.* contracta fuerit, nihil interest, sed ad quamlibet hujusmodi moræ regularis speciem in solvendo seu recusando pecuniam debitam commissam detrimentum mutationis pecuniæ eandem subsecutæ ad debitorem vel creditorem morosum pertinet, *d. l. si ex legati causa.23. ff. de verbor. obligation. & l. quod te.5. ubi Dd. communiter, ff. de reb. credit. Rener. Budel. de re numar. lib.7. cap.26. num.21. & seqq. Covarruv. de veter. numismat. collation. conclus. 7.§. un.*

7. §. un. num. 4. versic. Quinta conclusio &c.

3. Ampliatio.

15 Tertiò † prædicta conclusio etiam ampliatur & periculum seu detrimentum mutationis pecuniæ post commissam moram præstandum est, sive mora à debitore in solvendo, sive à creditore in accipiendo pecuniam oblatam commissa fuerit, d.l. hominem. 37. ad fin. ibi: nisi fortè, aut per promissorem steterit, quò minùs sua die solveret, aut per creditorem quò minus acciperet, etenim neutri eorum sua frustratio prodesse debet. ff. mandat. vel contr. d.l. si heres. 8. ff. de tritic. vin. vel oleo legat. junct. cap. mora sua. 25. de reg. jur. in sexto, cõmuniter Dd. ad l. vinum. 22. ff. de reb. credit. & ad l. nummis. 3. ff. de in lit. jurand. Bartol. Angel. Castrens. Imol. & Dd. ad l. creditorem. 99. ff. de solution. & liberat. Albert. Brun. de augm. & diminution. monet. præsupposit. 2. declaration. 2. num. 3. & 4. item num. 7. & part. 6. num. 4. Car. Molinæ. de usur. & fructib. quæst. 97. num. 349. Rener. Budel. de re nummar. lib. 2. cap. 26. num. 6. Andr. Kohl exercit. legal. cap. 19. nu. 35. Laudens. de monet. num. 21. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 7. num. 153.

4. Ampliatio.

14 Quartò † conclusio hæc etiam locum obtinet, non solùm si mora circa solutionem grossæ pecuniæ commissa fuerit, quasi morâ à debitore commissâ & æstimatione ejusdem postea auctâ, vel in specie in istiusmodi auctâ æstimatione post tempus moræ, secundùm auctum valorem istius temporis (pro modo tamen damni & interesse creditoris, uti in fine hujus quæstionis videbitur) restituenda est, argum. l. si quis stipulatus fuerit decem in melle. 57. ff. de solut. & liberat. junct. l. Quod te. 5. ff. de reb. credit. & l. ratio. 3. §. si per venditorem. 3. ff. de action. empt. & vendit. Nicol. Boer. decision. 327. incip. Hæc quæstio sæpe evenit, num. 13. versic. Quintus casus est. Matth. Berlich. practicar. conclusion. part. 2. cap. 36. num. 47. ubi etiam responsum Facultatis Juridicę Lipsiensis exhibet, Ernest. Cothman. respons. 34. num. 343. & seqq. vol. 1. sed etiam si mora circa solvendam pecuniam minutã contracta fuerit, utpote circa quam quoad detrimentum moræ in allegatis textibus nihil peculiariter constitutum, & proinde generaliter etiam intelligendi sunt, & in quacunq; moneta periculum mutationis ad morosum pertineat, argumento l. de pretio. 8. ff. de publician. in rem action. junct. l. istam merito. 19. C. de collat. Cyn. & Dd. in l. minorum 3. C. in quib. caus. in integr. restit. non est necess. Iohan. Andr. & Dd. in cap. Quantò. extr. de jurejur. & in cap. olim. 20. & cap. cum Canonicis. 26. extr. de censib. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. præsuppos. 2. limitat. 1. n. 3. 4. & 5. & imprimis nu. 7. ubi tradit, minorem pecuniam etiam per grossam æstimari posse, Martin. Garrat. Laudens. de monet. n. 21. in fin. Francisc. Curt. in tract. de monet. n. 6. Rener. Budel. de re nummar. lib. 2. cap. 26. n. 7. Ioan. Guid. Volaterran. in tr. de mineral. lib. 3. tit. 9. n. 69. Diss. Bartol. in l. unic. n. 11. versic. si vero consuevit. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest proferunt. & in d. l. creditorem: 99. ff. de solut. & liberat. statuens, istiusmodi periculum mutationis post commissam moram in pecunia minuta non attendi, eo quod pecunia minuta per grossam ęstimari nequeat, sed cõtra grossa per minutam, arg. l. si ita fidejussorẽ. 42. ff. de fidejuss. & interesse mutationis pecuniæ minutæ post moram non intrinsecum seu damni emergentis, sed extrinsecũ seu lucri cessantis sit, cujus in jure nostro, quoad æstimandam rem petitam nulla habeatur ratio, argum. l. si

sterilis ancilla.21.§.cum venditorẽ.3.ff.de action. empt.& vend. quorũ tamen præsuppositorũ utrumq; , nimirum pecuniam minorẽ per grossam non æstimari, & quod interesse hoc solùm extrinsecum sit à Bartolo non probatum est, & à prædictis Dd. negari solet.

1. *Resolutio ration. dubitandi.*

17 Ad primam † dubitandi rationem respõdetur, negando antecedens ut maxime etiam pecunia omnes res æstimentur, & nõ vicissim ipsa per merces, *d.l.si ita fidej. florent.42.ff.de fidejuss.& mandat. Iacob. Aleman. in palæstrâ consult. 8. quæst. princ. 1. pag. 390. vers. tertia.& partit.17.pag.516.vers.& in tacitâ societate.* pecuniæ etiam æstimatio certa & perpetua esse dicatur, *d.l.1.in princ. ff.de contrah.empt.& d.l.numus depositus.3.ff.de in lit.jurand.* attamen illud ipsum nõ absolutè, sed relatè respectu aliarum rerum & merciũ, quarũ precia subinde magis magisq; mutantur, intelligendum est. Alioquin pecuniam per se & absolutè considerando ejusdem bonitatẽ, tam intrinsecam quã extrinsecã mutari, tam jure nostro proditũ, *l.creditor oblatã.102.ff.de solut, & liberat. junct.l.1.& l.2. C.de veter.numism. potest.lib.11.* quàm manifestâ ẽt experientia & ipsomet facto ita comprobatũ est, ut à nemine nisi sensu cõmuni destituto, negari possit. At verò pecuniæ debitæ sua die nõ solutæ, interesse creditori præstari debere, & eo nomine juramentũ in litem deferri posse, ipsamet *l. numis. 3.ff. de in lit. jurand. ibi: nisi forte de eo quis juret, quod sua interfuit, numos sibi sua die redditos esse &c. manifestè cautum est.*

2. *Resolutio dubitandi ration.*

18 Secunda † dubitandi ratio desumpta ex *d.l.creditor oblatã.102.ff.de solut.& liberat.* refellitur respõdendo, secundùm responsum JCti Scævolæ, in ista lege post reprobationẽ pecuniæ à debitore creditori cũ adhuc valeret oblatæ, talem debitorem, licet nõ ipse sed creditor solutionem distulisset, atq; ita post morã creditoris, ab obligatione nõ liberari, quoniã pecunia ista propter defectũ materiæ seu intrinsecæ bonitatis ejusdẽ, atq; ita citra ullam creditoris culpam reprobata fuit; uti voculæ (quasi æroſa) in textu illo id ipsum luculenter ostendunt. Cujus intrinsecæ bonitatis, utpote, quod ipsum et statum obligationis cõcernat, propter commissam moram, qua obligatio nec augetur, nec diminuitur, & quoad æstimationem quanti plurimi, non habetur ratio, sed uti augmentum ejus à debitore semper deduci potest, ita decrementum ejus creditori à debitore semper supplere oportet, sive mora commissa sit, sive minus nihil interest, *uti infra limitation. secund. n. 26.* latius docebitur.

Alii verò † respondent, hunc textum 19
de obligatione nõ certæ speciei, sed certæ summæ seu quantitatis pecuniæ accipiendam esse, qualis cum in qualibet monetæ specie debeatur & solvi possit, per unius atq; alterius speciei monetæ reprobationem omnimodam obligationis solutionẽ induci non posse, sed solutionem in alia moneta adhuc currẽte expediendam esse, *argum.l.cum res.47.§.sed si Stichus. 3.ff.de leg.1.& l.Stichum.95.ff.de solut.& liber.*

3. *Resolut. dubit. ration.*

Ad Tertiam † dubitandi rationem re- 20
spõdetur, quod moræ ratione habitâ, status obligationis nõ mutetur, h.e. nec minuatur nec augeatur, sed debitor seu creditor morosus propter cõmissam moram peri-

periculum & detrimentū mutationis pecuniæ seu rei debitæ moram subsecutæ, tantùm sustinere, & nihilominus tamen obligationi satisfacere, & propter culpā suam seu cōmissam moram, majorē æstimationē rei debitæ seu respectivè diminutionē ejusdem, si creditor in mora accipiendi fuerit, sufficere teneantur.

4. Resolut. dubit. ration.

21 Quarta † dubitandi ratio refellitur, quod allegata lex nō de interesse seu damno, quod ex mora propter rem debitā justo tempore non solutam vel traditam provenit, sed de damno prorsus extrinseco & accidētario extra causam rei debitę conciliato accipienda sit, uti ex ipsiusmet verbis *d.l.si sterilis ancilla.21.§.cum per venditorem.3.ibi:& ob eam rem quod non sit traditum familia ejus fame laboraverit, nam pretiū tritici non servorū fame necatorum consequitur &c. ff. de action.empt. & vend.* luculenter patet. Alioquin si propter pecuniā cōvento tempore nō solutam, creditor damnū extrinsecum ēt occasione rei debitæ sua die nō solutæ perpessus fuerit, puta si creditor ipsemet alii creditori pecuniam sub pœna aut pignore debuerit, & propter pecuniā à debitore suo non receptā, creditor is ēt in mora cōstitutus pœnā conventā postea solvere, aut pignus amittere coactus fuerit, hujusmodi interesse extrinsecū propter pecuniā sibi justo tempore nō solutam à debitore suo justè consequitur, *d.l. si sterilis.21.§.cum per venditorē.3.ibi: quamvis crescat, si vinū hodie pluris sit, merito, ff. de action. empt. & vend. d.l.hominē.37 ff.mandat. l.ideo.§. fin.ff.de eo quod cert.loc. l.1. C.de sent. quæ de eo, quod interest, proferunt. Mart. Garr. Laudens. d. tr. de monet. n.21.* *1. Limitationes.*

22 Cæterum † cōclusio hæc de sustinendo periculo mutationis pecunię post cōmissam moram aliquot modis limitatur. Et primò quidē propter cōmissam moram, petitori nō adjudicatur interesse extrinsecū seu lucri cessantis, quod fortassis creditor habere seu consequi potuisset, si debita pecunia ipsi tempore convento fuisset soluta, per *text. in l.si sterilis ancilla.71.§.cū per venditorē.3.ibi: utilitas emptoris in æstimatione venit, quæ modo circa rem ipsam consistit, non verò quantū lucrari potuit &c. ff.de act.empt.& vend.& l.fin.ibi: nō enim omnino, quod venditor mora nō facta consequi potuit &c. ff. de pericul.& cōmod.rei ven. l.gl.in l.un.in verb.dupli.C.de sent.quæ pro eo, quod interest proferunt. itē gloss. in cap.conquestus.8.in verb. de feudo & ibid. etiā Panorm.n.6.ext.de usur. Bald.in l.usuras. 2. C. de usur. Andr.Gail.lib.2.obs.6.n.2. & lib.singul. de pign.cap.16.n.5.* utrobiq; tradens, hujusmodi lucri cessantis in judiciis inprimis in Camera Imperiali rationē non haberi.

Quæ tamē † limitatio iterū nonnullis 23 casibus fallit, cū primis in mercatore, qui negotiari solitus est, qui si probaverit, tale sese lucrū cōsequi potuisse, interesse ēt extrinsecū seu lucri cessans adjudicari solet, *l.ideo.3.§.fin.ff.de eo q.cert.loc. l. curabit.5. & ibi etiā gl.in verb.ratio.& ibi etiā Bald.n.1.& Dd.cōmuniter.C.de act.empt. & vend. l.socium, qui in eo.60.in princ.ff.pro socio l.si cōmissa.13.ff. rat. rem haber.* Andr. Gail. *lib.2.obs.6.n.3.& seqq.& lib.sing.de pign.cap.17.n.6. & seqq.* ubi modū articulandi & probādi talis extrinseci interesse proponit, *(de quo videatur etiā Munnoz de Escobar de ratiocin. administr. lib.1. cap.15.n.26.) Alb. Brun. de augm. & diminut. monet. præsupp.2.limit.1.n.6. Rener. Budel. de re nummar. lib.2.cap.26.n.14.& 15. Munnoz de Escobar d. cap.15.n.6.*

Quòd alii † etiā in pluribus aliis casibus

bus actionũ stricti juris, si arbitrariè fieri possunt, procedere existimãt, *arg. d.l.ideo. 3. §. fin. ff. de eo quod cert. loc. gloss. Cyn. & Bald. in d.l.unic. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest, profer. Costal. ad l. numis depositis. 5. ff. de in lit. jurand. Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 26. v. 12. Alexand. Trentacinq. var. resol. lib. 1. resol. 1. de interess. n. 11. & mult. seqq.* ubi plures casus prestandi hujusmodi interesse extrinseci enumerat.

25 Quinetiam † & hodiernis inprimis moribus, tam infimæ & mediæ quàm supremæ conditionis hominum generi adeoq; non solis mercatoribus, sed quibuslibet personis industriis & diligentibus, quæ pecunias suas non otiosas relinquere, sed vel in prædiorum emptionẽ convertere, aut usuris licitis exponere solent, interesse lucri cessantis adjudicari posse etiam ipsemet Andr. Gailius *d. cap. 17. lib. singular. de pignor. n. 6.* non diffiteri videtur, ubi generaliter asserit, hoc lucrũ cessans ei adjudicari, qui ex re sua lucrari est solitus, & exempli tantùm loco mercatores subjicit, *Aymo Cravett. cons. 990. nu. 16. vers. Hæc sunt. Barthol. Socin. cons. 177. nu. 11. versic. Quinta difficultas. vol. 2. Ernest. Cothm. respons. 52. n. 288. & seqq. qui n. 304. & seqq.* etiam eò usq; progreditur, ut quandoque interesse de interesse præstari & adjudicari posse autumet; quæ de re latius videri possunt relati à *Berlich. part. 2. concl. 38. n. 33.*

2. *Limitatio.*

26 Deinde † conclusio hæc etiam limitatur, quoad mutationem bonitatis intrinsecæ monetarum, siquidem ob commissam moram res in obligationẽ deducta, nec quoad hanc intrinsecam bonitatem, nec melior nec deterior, sed in eadẽ bonitate præstari debet, qua fuit credita, *l. cum quid. 3. ff. de reb. credit. l. res in dotem. 42. ff. de jur. dot.* & ob commissam moram ipsa obligatio non augetur nec minuitur, sed perpetuatur solùm, & præstationem interesse, quod res debita cõvento tempore soluta non sit, tantùm inducit *l. ratio. 3. § si per venditorem. 3. & l. si sterilis ancilla. 21. §. cum per venditorem. 3. ff. de action. empt. & vendit. junct. l. si ex legati causa. 23. in princ. & l. si servum. 91. §. sequitur. 3. ff. de verbor. obl.* Qua de causa vel mora etiam à debitore commissa, & numus veteribus debitis in sua intrinseca bonitate adhuc persistentibus, creditor eosdem morâ nõ obstante à debitore recipere tenetur, utpote qui solvendo debitum sese ab obligatione liberare possit, *princ. Instit. quib. mod. tollit. oblig.* E converso autẽ à creditore morâ in accipienda cõmissa, & post eam numis oblatis in intrinseca bonitate diminutis istiusmodi creditoris mora non obstante, debitor nihilominus decrementũ istiusmodi intrinsecæ bonitatis supplere tenetur, *argum. l. cum quid. 3. ff. de reb. cred. & d. l. creditor oblatam. 102. ff. de solut. & liberation. junct. cap. olim. 20. ext. de censib. & cap. quantò. 18. ext. de jurej. quò respiciunt, quæ tradita sunt ab Autore judicii in causâ depos. pecun. circa augment. putat. valor. extrinsec. in quâ discutitur quæst. Ecquid depositio pecuniæ levioris notæ ex mutuo quondam contracto debitæ vim solutionis obtineat? Erfurti apud Philip.* Witteln / *Anno 1623. excus. D. Theodor.* Reinfingt *in tract. de retract. consangnin. quæst. 6. n.* 477. uti vicissim etiã idem debitor, morâ à sese commissâ, & post eam pecuniæ intrinseca bonitate adauctâ, incrementum illud propter commissam moram deducere non prohibetur, sed solvendo id ipsum tantum, quod debet, in eadem quantitate, bonita-

bonitate & qualitate, qua creditum est, cum refusione damni emergẽtis propter commissam moram sese obligatione liberare & eximere potest, *l. mutuum damus. 7. §. creditum. 3. & l. cum quid. 3. ff. de reb. credit. junct. d. princ. Inst. quib. mod. tollit. obligat. Andr. Kohl exercit. legal. cap. 18. n. 17. latè & eleganter Ant. Faber de variis numor. debit. solut. cap. 10. in princ. & supra n. 18. & per ea quæ supra quæst. secunda class. 3. latius sunt proposita.*

3. Limitatio.

27 Tertiò † conclusio hæc etiam limitatur, in usuris pro multis annis præteritis post moram debitis, aliisve consimilibus accessionibus, puta fructibus & damnis, quales nulla monetarum mutatione obstãte in pecunia tempore solutionis currente secundum valorem illius temporis solvi possunt, Ant. Faber *de variis numor. debitor. solution. cap. 23. circ. fin.* ubi hunc in modum scribit: sed & si ex contractu cõdemnatus quis sit ad certã quantitatem, ejusq; usuras pro multis annis præteritis, eo jure utimur, ut solvi usuræ debeant in præsenti moneta, nec augmẽti vel diminutionis monetarũ ratio ulla habeatur, licet usuræ deductæ sint in stipulatũ, nec officio tantùm judicis propter morã, sed etiam ex conventione debeantur, credo, quod nõ possint cõtrahentes dicere, fuisse eos contracturos in gravioribus aut levioribus usuris, si de monetarum augmẽto vel diminutione futura cogitassent, essetq; id avarũ nimis. Idemq; est in cæteris accessionum debitis, puta fructuũ adjudicatorum & æstimatorum aut damnatorum jure ejus, quod interest ad certam quantitatem taxatorum aut expensarum litis. Non enim pro ea quãtitate ratio ulla habetur augmenti vel decremẽti monetarum, sed in præsenti pecunia solutio fieri debet, &c. *Hactenus Anton. Faber.*

4. Limitatio.

Quartò † conclusio hæc quandoq; etiam ex cõditione ipsiusmet moræ officiũ suum perdit, & primò quidem seu pro limitatione Quarta principali, morosus à periculo futuræ immutationis pecuniæ post morã etiã liberatur, si mora irregularis seu ex re solum cõmissa fuerit, qualis cum citra factum hominis sola juris authoritate ex tempore tardioris solutionis contrahatur, *l. in minorũ. 3. ubi Dd. cõmuniter. C. in quib. caus. in integ. restit. nõ est necess. l. 1. §. fin. ff. de usur. & fruct. l. fin. C. de condict. ob turp. caus. Alciat. n. 21. Bologn. n. 67. in d. l. quod te. 5. ff. de reb. cred. D. Kitzel. in exeges. de oblig. mutui, cap. ult. n. 10. & seqq. usq; ad n. 21.* ejusdem exemplo aliarum moræ specierum tantum quoad usuras & fructus, *d. l. in minorũ. 3. C. in quib. caus. in integr. restit. nõ est necess. l. initio. 5. C. de pact. int. empt. & vend. compos. l. Iulianus. 13. §. veniunt. 20. ff. de act. empt. & vend.* nõ verò quoad augmẽtum variatæ æstimationis rei petitæ habetur ratio, tum quod de hac hujusce moræ pœna in jure nostro nihil sit proditũ, *l. necessariũ. 2. §. Servius. 43. ff. de orig. juris Nov. 118. cap. 5.* tum verò etiam quod hæc moræ species prorsus singularis privilegiata, solaq; juris authoritate, partim in favorẽ certarũ personarũ & rerum introducta sit, & proinde ea quæ de singulari hac moræ specie sunt prodita tacẽtib. legibus, in consequentiã trahenda nõ sunt, *arg. l. quod verò. 14. l. in his. 15. & l. jus singulare. 16. ff. de LL. Alciat. in l. quod te. n. 21. Loriot. n. 16. ff. de reb. credit. Gœdd. de contrah. & committ. stipulat. cap. 11. n. 58. D. Kitzel. in exeges. de obligat. mutui, cap. ult. conclus. 1. nu. 80. & seqq.* 28

5. Limi-

5. Limitatio.

29 Quintò † deinde & pro limitatione principali Quinta propter mutationem pecuniæ supervenientē, moræ ratio non habetur, si mora modici tantùm temporis fuerit, nec creditor quicquā detrimēti ob exiguam illam moram passus sit, *arg. cap. propter, 3. & cap. potuit. 4. extr. de locat. & conduct. l. & si post tres. 6. ff. si quis caut. in judic. sist. l. si ita quis. 135. §. Seja cavit. 2. ff. de verbor. obligat. l. si in lege. 24. §. Colonus. 4. versic. quod si paucis. ff. locat. Bald. in l. cum ancillis. 3. C. de incest. nupt. Bolognet. in l. si quis major. n. 92. C. de transact. Menoch. lib 2. arbitr. jud. cas. 36. Andr. Kohl exercit. leg. cap. 15. n. 122. Alex. Trentacinq. var. resol. lib. 1. de intereß. resol. 4. n. 44. pag. mihi. 210. & seqq. ubi tamen distinguit. Decian. consil. 10. nu. 9. in fin. vol. 1. Wilhelm Antonii de rescript. morat. conclus. 6. n. 15. & concl. 59. n. 30.*

6. Limitatio.

30 Sextò † & pro limitatione principali Sextâ cōmissæ moræ ratio nō habetur, si debitor maximâ ex parte obligationi satisfecerit, & in modico tātum cessaverit, tum enim præstādo modicum adhuc residuum, incōmodum moræ evitare potest, *arg. cap. suā. 9. ext. de pœn. Bologn. in l. si quis major. 41. n. 93. & n. 99. & ibidē etiā Alciatus, item Cagnol. n. 152. C. de transact. Gabr. Roman. concl. lib. 3. sub. tit. de transact. concl. 1. n. 19. Tiber. Decian. consil. 10. n. 7. vol. 1. Cravett. consil. 182. n. 15.*

7. Limitatio.

31 Septimò † & pro limitatione principali Septima debitor ob cōmissam morā à periculo futuræ mutationis pecuniæ etiam immunis præstatur, si creditor suo opportuno loco & tempore, *l. si solutur us. 39. ubi etiā Dd. ff. de solut. & liberat. Donell. in l. obsignatione. 9. n. 9. & 10. C. de solut. Neguzant. de pignor. & hypothec. quint. part. princ. membr. 3. part. 2. n. 9. D. Theodor. Reinkingk in tr. de retract. consang. quæst. 6. n. 30. & seq.* debitum integrum tam accessorium quā principale, *l. fundū. 1. C. de distract. pign. l. debitoris. 2. C. debitor. vendit. pign. imped. non posse, d. l. obsignatione. 9. C. de solut. & l. acceptā. 19. C. de usur. l. grege. 13. §. ult. ff. de pign. & hypothec. l. tutor. 41. §. Lucius. 1. & ibi Dd. ff. de usur. gloss. Bartol. & Dd. in l. qui sibi aut Titio. 33. §. qui Stichum. 1. ff. de solut. Ripa in l. quod te. 5. n. 22. ff. de reb. credit. Bronchorst cent. 1. ἐναντιοφαν. assert. 83. Tiraquell. de retract. conventional. §. 4. gloss. 6. n. 13. usq. ad n. 30. Donell. in d. l. obsignatione. 9. n. 8. C. de solut. Altbus. lib. 2. Dicaolog. cap. 15. n. 25. D. Reinkingk de retract. consang. d. quæst. 6. n. 16. & seqq. Alex. Tartag. Imol. consil. 75. n. 8. vers. nō deposuit omnes accessiones. lib. 3.* non verbotenus tātum asserendo, sese paratum esse solvere, sed realiter & apportando pecuniā, & creditori præsentando offerat, recusatā tamen, modò prius realiter oblata sit, ad sese recipiat, *arg. l. qui decē. 72. §. idem responsum. 3. ff. de solut. & liberat. junct. l. 1. §. hæc autem. 2. ff. quod quisq. jur. l. si per alium. 5. §. docere. 2. ff. ne quis eū, qui in jus vocat. Bartol. in l. prætor. 70. §. si quis paratus. 3. ff. de nov. oper. nunciat. Angel. in l. si mora. 9. ubi et Ioh. de Imol. n. 2. Castr. n. 8. & 9. Alex. n. 4. ff. solut. matrim. Car. Molin. de usur. & fructib. quæst. 39. n. 297. & 303. Neguzant. de pign. & hypoth. part. princ. 5. memb. 3. part. 2. n. 1. D. Reinkingk d. quæst. 6. n. 55. Andr. Kohl exercitat. legal. 15. n. 36.* ubi in fine relativè subjicit, certis nōnullis casibus, etiam solam verbalem oblationē ad purgationē moræ sufficere, qua de re videri potest *Sichard. consil. 10. de contract. n. 57. & seqq. D. Reinkingk d. quæst. 6. n. 63. & seqq. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 5. lit. D. conclus. 20. n. 2. & seqq.*

Ut

31 Ut maximè † enim alias sola pecuniæ oblatio, apportatio, &c. creditori facta præsentatio ad inducendam plenam liberationem ab obligatione nō sufficiat, sed insuper pecuniæ oblatæ depositio & obsignatio requiratur, *l. si creditori tui. 6. l. acceptam. 19. C. de usur. d. l. 1. § si pecunia. 36. in fin. ff. deposit. l. obligatione, 9. ibi etiam Donell. n. 9. C. de solut. Zanger. de except. part. 3. c. 2. n. 88. & seqq.* attamē ad evitandum damnum moræ eamque subsecutæ mutationis pecuniæ detrimenti, sola debitoris creditori debitæ pecuniæ realiter facta oblatio & præsentatio sufficit, *l. in restitutiva, 8. ff. de condict. furtiv. l. quod si Ephesi, 4. §. interdum judex 1. ff. de eo, quod cert. loc. l. illud, 17. vers. quid enim, ff. de peric. & commod. rei vendit. l. si mora, 9. l. si mei mora, 26. ff. solut. matrim. l. interdum, 73. §. ult. l. si servum, 91. §. sequitur, 3. ff. de verb. oblig. Carol. Molin. in tract. de usur. & fruct. quæst. 39. num. 303. Anton. Negusant. de pignor. & hypoth. part prim. 5. membr. part. 2. num. 5. vers. secundo modo, & part. 3. num. 2. Donell. in d. l. obsignatione, 9. num. 15. C de solution. Andr. Kohl exercitat. legal. 15. num. 35 Brotchorst. cent. 2. assert. 79. D. Kizel. in Exeges. sua de obligat. mutui. conclus. 5. num. 144. & seqq. Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 5. lit. O. concl. 26. num. 1. Frider. Martin. in tract. de jure censu. c. 8. num. 45.*

Limitatio 8.

32 Octavò † & pro limitatione principali octava moræ pœna locum nō obtinet, eademq; excusari potest, si debitum non liquidum, nec debito modo probatū sit, *Dd. in l. acceptam, 19. C. de usur. Andr. Gail. lib. 2. observ. 19. num. 8. Anton Hering. de fidejussor. cap. 24. num. 142. eleganter Card. Tusch. pract. conclus. tom. 5. lit. M. concl. 376. num. 51. 53. 54. 55. & 56. D. Reinkingk de retract. consanguin. quæst. 6. num. 42.* Quod inprimis etiam obtinet si debitoris hæredi, qui probabilem ejusdem ignorantiam habet, fides de debito facta non fuerit, *argum. l. qui in alterius, 42. ff. de reg. jur. Ripa in l. quod te, 5. num. 59. ff. de reb. credit. Menoch. d. cas. 220. num. 54.* vel etiam creditor debitori, cum quo ipsomet contractum non est, instrumentum obligationis nō ostenderit, eidemvé copiam ejusdem transmiserit, *Ripa in d. l. quod te, 5. num. 60. ff. de reb. cred. Menoch. d. cas. 220. n. 56. Card. Tusch. d. concl. 376. n. 33.*

Limitatio 9.

Nonò, † & pro limitatione principali nona mora etiam purgatur, si debitor habet exceptionem faciendæ compensationis, utpote cujus effectus non ab eo tempore, quo opponitur, sed retrò incipiat, *l. ex causa, 2. in fin. C. de compensat. Bartol. in l. si constat, 4. C. eod. tit. Costal. in l. cum alter alteri, 11. ff. eod. tit. Guid. Pap. decis. 171. Surd. decis. 191. Schneidw. ad § in bonæ fidei, num. 11. & seqq. Instit. de act. D. Reinkingk d. quæst. 6. n. 89. & seqq.* 33

Limitatio 10.

Decimò, † pro limitatione principali decimā, mora etiam eandemq; subsecuta pecuniæ mutatio debitori non nocet, si per ipsummet creditorem steterit, quò minus obligationi satisfactum, & solutio à debitore expedita sit, *argum. c. imputari non debet, 41. & cap. cum non stat, 66. de reg. jur. in sexto. junct. l. si in lege, 24. §. colonus, 4. vers. sera, ff. locat. Andr. Kohl exercitat. legal. cap. 15. num. 69. Carol. de Graff. in tract. de except. ad form. statuti, exc. 33. num. 22. & seqq. Wilhelm. Antonii de rescript. morat. concl. 49. n. 171. & concl. 61. n. 60.* 34

Limitatio 11.

Undecimò † & pro limitatione principali 35

Q q cipali

cipali undecimâ, moræ damnum etiam excluditur, si quis jam ante per præscriptionem ab omni jure suo & actione exclusus fuerit, *l. unic. post princ. vers. per biennium, miseri rerum domini, C. de usucap. transform. l. sicut in rem, post princ. & l. omnes nocendi, 4. C. de præscript. long. temp. 30. vel 40. ann. l. non solùm, 33. §. si rem pignori, 6. ff. de usurpat. & usucap. Matth. de Afflict. de jur. protomis. §. ut intra triginta dies, num. 33. post princ. vers. item sicut præscriptione, &c.*

Limitatio 12.

36 Duodecimò, † & pro principali limitatione duodecima, debitor etiam à moræ pœna excusatur, eandemque purgare potest, propter non factam fidem qualificationis seu sufficientis legitimationis personarum, puta si prætensus hæres creditoris, aut procurator ejusdem non ostenderit, seu sufficientem fidem fecerit, sese hæredem seu procuratorem creditoris esse, eò quòd ante omnia personas legitimatas esse oporteat, *argum. l. 1. §. si ea, 14. ff. de ventr. in poss. mitt. l. si res tuas, 6. C. de ordin. cognit. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. cas. 220. num. 55. latè Schrader. in tract. feud. part. 10. in praamb. num. 72. vers. id quod usq; adeò verum est, Card. Tusch. pract. conclus. tom. 5. lit. M. conclus. 376. num. 79.* Unde Baldus ad interpellationem legitimam requirit tres comites, personæ congruitatem, loci & temporis opportunitatem, *referente Card. Tusch. pract. conclus. tom. 5. lit. M. conclus. 371. num. 2.*

Limitatio 13.

37 Decimotertiò, † & pro limitatione principali decimatertia, debitor etiam à mora eandemq; subsecutò periculo mutationis pecuniæ excusatur, si per ipsum non steterit, quò minus obligationi satisfaceret, *l. sed etsi, 25. ff. de usur.* puta cùm rem debitam non habuerit in sua potestate, *argum. d. l. quod te, 5. & ibi Dd. communiter, ff. de reb. cred. Menoch. d. cas. 220. num. 50.* vel nimia etiam & inevitabili inopia pressus fuerit, *gloss. & Iason num. 20. in d. l. quod te, 5. ff. de reb. credit. Andr. Gail. lib. 1. observ. 142. n. 2. 3. & 4. Wilhelm. Antonii de rescript. morator. conclus. 59. num. 24. & per tot. dum inibi fusè demonstrat, moram cum effectu non imputari illis, qui ex causa urgentioris debiti moratoriis induciis legitimè admoti reperiuntur.*

Limitatio 14.

Decimoquartò, † & pro limitatione principali decimaquarta, debitor etiam à mora eandemq; subsecutæ mutationis pecuniæ detrimento excusatur, si quamlibet aliam justam differendæ solutionis causam judicis arbitrio æstimandam habuerit, *d. l. quod te, 5. & ibi Dd. communiter, & l. lecta. 40. ff. de reb. credit. l. nullus videtur, 55. & l. nulla intelligitur, 88. ff. de reg. jur. & cap. non est in mora, 60. de reg. jur. in sexto, D. Reinkingk de retract. consang. quæst. 7. num. 299. Menoch. d. cas. 220. num. 51. & cons. 381. n. 46. lib. 4. Cravet. cons. 609. num. 11. vers. quid dicendum, lib. 4. Wilhelm. Antonii de rescript. morator. conclus. 39. nu. 16.* qualis justa causa purgationis moræ etiam est, si solutio ob adhibitionem amicorum vel fidejussorum dilata fuerit, *l. sciendum, 21. ff. de usur. & fructib. Oldrad. cons. 270. num. 6. vers. præterea.* Cumprimis verò etiam si ex justa aliqua causa ad judicium provocatum fuerit, ut maximè enim provocans postea succumbit in causa principali, attamē si justam litigādi causam habuerit, à mora facta excusatur, *l. si quis solutioni, 24. in princ. ff. de usur. & fructib. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. cas. 220. nu. 53. Afflict. decis. 205. Cravett. cons.* 38

cons.841.num.6.part.5.Peregrin.cons.18.n.11. vol.3.Menoch.cons.293.num. 10.& cons. 381. nu.46.D.Theodor. Reinkingk de retract. consang. quæst.7.num.276. & seqq. ubi eleganter Pantzschm.part.1.quæst.21. num. 19. Cardin. Tusch.pract.conclus.tom.5. lit. M. conclus. 376. num.20.& seq.& rursus num.57.& 62.adeò ut propter illam vel victus non teneatur ad expensas, per text. in l. cui solidum, 78. §. etiam Respublica, §.2. vers. nec aliter servatur in litis sumptibus. ff. de legat. 2. l. eum, quem temerè, 79. ff. de judic. Rebuff. in tract. de expens. damn. & intereß. art.1. gloß. un. num. 29. Decian. resp. 12. num.21. vol.2. Gail. lib.1 observ.151. nu. 23. sub fin. & observ. 151. num.3. Hartman. Pistor. lib.1. quæst.11. num.1.

39 Cujusmodi † pœnæ moræ exclusionis causa inprimis etiam est, si debitor, aut potius ipsius hæres seu fidejussor, qui probabilem ignorantiæ causam habent, ignoraverint, quantum debeant, vel utrum etiam solvere teneantur, cùm multoties opinentur, priùs solutum fuisse, l. qui in alterius, 42. l. non potest, 99. in fin. ff. de reg. jur. l. si quis solutioni, 24. in princ. ff. de usur. & fructib. Menoch. de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cas. 220. nu. 51. Anton. Hering. de fidejussor. cap. 24. n. 140. Honded. resp. 50. num. 12. & nu. 36. vol. 1. Ideoq; mora non ingreditur, neque pœna contra eum, qui nescit obligationem; sed ad hoc, ut is, qui ignorat obligationem, incidat in pœnam vel moram, certioratio requiritur, ipsiq; instrumentum crediti ostendi, & copia ejus præstari debet, ut post alios diversimodè probat Card. Tusch. pract. conclus. tom. 5. lit. M. conclus. 376. n. 32. & seq.

SECTIO SECUNDA,

AN OB MORAM à REO convento commissam, is omne & totale periculum & detrimentum mutatæ monetæ sufferre teneatur? Item: De interesse, moræ quantitate, ejusdem probatione & adjudicatione.

SUMMARIA.

1 *Morâ à debitore, qui tempore summi monetarum abusus, summam debitam in valore longè maximo accepit, commissa, an is totale & omnimodum periculum, mutata interea moneta, & ad valorem longè minorem reducta, sufferre teneatur?*

2. *Morâ à debitore in solvendo commissâ, nonnulli totale mutatæ monetæ periculum ad debitorem spectare arbitrantur.*

3 *Morâ à debitore in solvendo pecuniam debitam commissâ, totale periculum mutatæ interea pecuniæ ad debitorem non pertinere verius est.*

4 *Mora statum obligationis non mutat, nec debitum auget vel minuit, sed moratoris conditionem circa accessiones tantùm deteriorem reddit.*

5 *Morosus debitor vel creditor periculum & detrimentum mutatæ intrinsecæ bonitatis monetarum, num teneatur præstare.*

6 *Morâ commissa periculum etiam omnimodæ reprobationis pecuniæ, non ad morosum creditorem vel debitorem, sed ad dominum pecuniæ spectat.*

7 *Morâ à debitore vel creditore commissâ, morosus ad id tantum præstandum tenetur, quod sua culpa & mora deterioratum est.*

8 *Morâ commissâ & totali periculo pecuniæ interea mutatæ ad morosum debitorem vel creditorem pertinente, is ultra triplum etiam lædi, & interesse dupli quantitatem excedere posset.*

9 *Mora principalem obligationem non mutat, sed tantùm perpetuat, & in accessoriis tantùm novat.*

10 *Interesse commune ex mora proveniens pro ferendâ sententiâ à judice ante omnia liquidandum est, & sæpè ad minimã quantitatem redigitur.*

11 *Interesse petens exemplo cujuslibet alterius petitoris, fundamentum intentionis suæ probare debet, alias reus conventus absolvitur.*

12 *Paria sunt allegare, & non probare, quàm nihil allegare.*

13 *Interesse damni emergentis, & lucri cessantis plenè & sufficienter probari oportet.*

14 *Fraudibus & malitiis hominum via non aperienda, sed præcludenda potius est.*

15 *Interesse petitum etiam probandum est, etsi obligationi inserta fuerit clausula, de stando simplici verbo, seu nudæ assertioni creditoris.*

16 *Renunciatio contra jus divinum & jus gentium, quorum utrumq; immutabile est, non valet, sed invalida censetur.*

17 *Interesse petitum vigore pacti, de stando simplici verbo creditoris, nuda creditoris assertione, cumprimis autem si juramẽtum accesserit probari, nonnulli Interpretum statuunt, sed contraria opinio verior & tutior est.*

18 *Interesse petitum etiam probari oportet; etsi creditor initio obligationis usuras licitas, puta quincunces pactus seu stipulatus fuerit.*

19 *Interesse petitum probari non oportet, si illud ipsum certum & lege taxatum sit, & petitor illud recipere, quam onus probandi subire malit.*

20 *Interesse petitum etiam probari non oportet, si venditor tempore celebrati contractus cum debitore pactus sit, ut interea dum pretium solutum fuerit, rem venditam cõducat, & venditori certam mercedem de ea præstet.*

21 *Interesse petitum etiam liquidari non necesse est, si creditor dominium rei in contractum deductæ penes sese retineat, & cum debitore paciscatur, ut sibi singulis annis certam quantitatem loco interesse præstet.*

22 *Interesse conventum, petitorem à probatione interesse communis immunem præstat, & solam conventionem probari, regulariter sufficit.*

23 *Interesse conventum non attenditur, interesse commune probari necesse est, si certa ejusdem summa non expressa fuerit.*

24 *Interesse conventum non attenditur, sed interesse commune probari oportet, quando usurariæ pravitatis suspicio subest.*

25 *Interesse conventum, seu pœna conventionalis in casum non servati contractus regulariter duplum non excedere potest.*

26 *Interesse singularis probati & liquidati quãtitas, modò simul singularis utilitatis & affectionis sit, petitori etiam adjudicanda est.*

27 *Interesse singularis meræ affectionis sine singulari utilitate nõ habetur ratio, sed communiter fit æstimatio.*

28 *Interesse commune tam emergentis damni, quam cessantis lucri probaturus, ante omnia moram commissam fuisse, probare tenetur.*

29 *Interesse commune citra etiam moram deberi & adjudicari posse, juris rationi non est consentaneum, nisi certis & singularibus casibus,*

casibus, qui enumerantur, num. 30. & 31.

32 *Interesse commune licet difficilis probationis; non tamen solis conjecturis & præsumptionibus, uti quidam opinantur, probari potest, sed idipsum clarè sufficienter & plenè probari oportet.*

33 *Interesse commune damni emergentis probatum, quilibet petitor sine ulla personarum distinctione cōsequitur, sive negotiari fuerit solitus, sive minùs nihil interest.*

34 *Interesse lucri cessantis seu extrinsecum nonnullis generaliter cojecturis, aliisq; probationibus præsumptivis demonstrari posse arbitrantur, quorum opinio tamen ab aliis improbatur.*

35 *Interesse lucri cessantis probationis primum requisitum est, ut petitor probet, sese mercatorem vel negotiari solitum esse.*

36 *Interesse lucri cessantis probationis alterum requisitum est, ut petitor probet, sese etiam eo tempore, quo pecunia solvi debuit, & mora commissa est, negotiatum fuisse.*

37 *Interesse lucri cessantis probationis tertium requisitum est, ut petitor probet, sese eo tempore non semel atque iterum, sed multoties negotiatum fuisse, atq; habitum negotiandi comparasse.*

38 *Interesse lucri cessantis probationis quartum requisitum est, ut petitor in specie probet, quod eo tempore, ex hac vel illa negotiatione tantum quantum petit, lucrari potuerit, & lucrum propter moram debitoris amissum, in potentia propinqua habuerit.*

39 *Interesse lucri cessantis probandi modus rectius judicis arbitrio committitur, ut is pro qualitate personarum litigantium & ipsius causæ æstimet; an interesse hoc generaliter an specialiter, quatuor productu requisitis observatis, expediri debeat.*

40 *Interesse commune ad factā semiplenam probationem, nonnulli juramento suppletorio plenè probari posse opinantur.*

41 *Interesse commune cumprimis lucri cessantis, juramento suppletorio non probari posse alii Interpretes statuunt.*

42 *In interesse communis probatione, utrum juramentum in litem admittendum sit vel minùs, illud ipsum alii arbitrio prudentis judicis committendum censent.*

43 *Interesse commune per juramentum in litem probari, non æque dubium & controversum est.*

44 *Interesse commune probatum & taxatum judex petitori adjudicare, & Reum conventum ad ipsum præstandum condemnare debet.*

45 *Interesse communis condemnatio, in casibus inprimis certis, regulariter duplum excedere non debet.*

46 *Interesse communis condemnatio duplum excedere potest, quando illud certum & lege aliqua taxatum est, usq; adeò ut pensiones in Imperio Romano definitæ, de sorte, ultra viginti, centum & amplius annos, quamdiu durat obligatio, debeantur.*

47 *Interesse de alio interesse, usura de alia usura, & accessio de alia accessione, regulariter nec exigi, nec adjudicari potest.*

48 *Interesse de interesse debetur & adjudicari potest, quando prius interesse certum & taxatum est, & ut res principalis non accessoriè debetur.*

49 *Interesse de interesse tenetur præstare socius, qui in solvendo lucro societatis morā commisit, eaq; pecunia usus est.*

50 *Interesse de interesse etiā præstatur, si conditio personarū & debiti in solvendis vel recipiendis usuris seu pensionib. mutata fu-*

51 *Interesse de interesse etiam exigi & adjudicari potest de pensionibus seu usuris quincuncibus, in Imperio Romano loco interesse definitis & approbatis, quales recepturus ab onere difficilis admodum & periculosæ probationis interesse communis relevabitur.*

52 *Interesse de interesse, & pensiones de pensionibus lege Imperiali permissis & determinatis, probatur sententia & præjudicio Cameræ Imperialis.*

1 POSTREMÒ † Coronidis loco circa hanc quæstionē, hodie circa frequentissimos abusus monetarum admodum controversum etiam est, si quis superiori tempore in monetarum valore maximo, pecuniam in summo isto valore mutuam acceperit, & interea in mora solvendi fuerit, an hoc reductarum monetarum ad longè minorem valorem tempore, creditori suo, qui numos creditos in maximo & injusto valore exposuit, summā debitam in hodierno longè minori valore, propter commissam moram simpliciter reddere teneatur? Puta si debitor quispiam Anno 1622. ubi thalerus Imperialis quinque florenis æstimatus fuit, à creditore suo sexcentos florenos in 120. thaleris Imperialibus mutuos accepit, & ab eo tempore in mora solvendi extitit, an videlicet istiusmodi debitor hoc anno 1629. ubi thaleri Imperialis valor ad sesquiflorenum reductus est, jure adstrictus sit, propter commissam moram, creditori suo summam debitam in hodierno reducto longè minori valore, puta singulos thaleros Imperiales ad sesquiflorenum reddere teneatur, atq; ita in effectu pro acceptis 120. thaleris Imperialibus singulis ad quinq; florenos, thaleros Imperiales quadringentos singulos sesquifloreno æstimatos creditori suo solvere? aut quod ex natura correlatorum pari ratione de creditore quæri potest, si debitor, qui tempore justi & modici valoris monetarum certam summam pecuniæ accepit, eamq; tempore immodici valoris monetarum creditori solvere voluit, & cùm is summam debitam in isto valore immodico recipere recusavit, debitor eandem ita oblatam deposuit, an omnimodum periculum istiusmodi depositæ pecuniæ, cujus valor durante deposito fortassis ultra triplum etiam diminutus est, ad creditorem recusantem spectet?

Quod † nonnulli simpliciter affirmādum censent, statuentes, sive de intrinsecæ, sive extrinsecæ bonitatis monetarum mutatione post commissam moram agatur, semper dicendum morosum debitorem ad præstādum detrimentum mutationis monetarum teneri, tum quod nemini sua frustratio seu mora prodesse, sed potiùs nocere debeat, *l. hominem, 37. ff. mandat. tum per alias etiam rationes in rationibus decidendi hujusce quæstionis expositas, Author Responsf. tert. Responsf. monetar. Germanici, Anno 1623. Augustæ Vindelicorum, apud Andr. Apergerum edit.* quam sententiam etiā nonnullos inferiores judices & officiales in judicando super hujusmodi casu secutos esse memini. 2

Quam tamen † opinionem, ut debitor morosus hocce in casu, omnimodum detrimētum mutatæ pecuniæ post commissam moram, purè & simpliciter præstare teneatur, ego salvo tamen quorumlibet rectiùs sentientium judicio, nec æquam, nec juri etiam consentaneam esse arbi- 3

arbitror, motus sequentibus potissimùm rationibus.

RATIONES DECIDENDI.

Ratio decidendi 1.

4 Primò † enim ob commissam moram, res debita, (uti hocce in casu sunt floreni leviores thal. Imper. ad 5. flor. æstimato) melior aut pretiosior præstari nō debet, quàm fuit ante moram, eò quòd mora obligationis statum non mutet, hoc est, debitum augeat vel inminuat, sed obligationem tantùm perpetuet, & moratoris conditionem circa accessiones tantùm rei debitæ, non debitum principale, quatenus & quantum in obligationem deductum est, deteriorem reddat, *l. si ex legati, 23. ff. de verb. oblig. l. in hac actione, 3. ff. de condict. tritic. l. ratio possessionis. 7. §. si per venditorem, 3. & l. si sterilis ancilla, 21. §. cum per venditorem, 3. ff. de act. empt. & vendit. l. si servum, 91. §. sequitur videre, 3. ff. de verbor. obligat. Anton. Faber. de variis num. debitor. solut. cap. 10. circ. princ. vers. movet me, Andr. Kohl exercit. legal. c. 18. n. 17.*

Ratio decidendi 2.

5 Deinde † & pro decidendi ratione secundâ, ex iis passim in hoc tractatu, *cumprimis Class. 2. quæst. 3. sect. 1. num. 27. & sect. 2. ejusdem quæstionis, num.* 44. traditis, satis superq; constat, quòd valor monetarum grossarum immodicus, ex multiplicatione deterioratarum minutarum monetarum proveniens, in effectu & re ipsa mutationem & deteriorationem bonitatis monetarum intrinsecam respiciat, & nemini florenus levis pro floreno gravi accipiendus & solvendus injungi possit: Cujusmodi bonitatis monetarum intrinsecæ detrimentum tanquam ipsummet obligationis statum respiciens, ut morosus debitor vel creditor sufferat, nullo jure, sed contrarium potiùs constitutum est, uti suprà *n. 18. num. 26. in hac ipsa quæstione* latiùs demonstratum est.

Ratio decidendi 3.

Tertiò † periculum & detrimentum pecuniæ, quoad intrinsecam bonitatem mutatæ, imò propter omnimodā etiam ejusdem reprobationem propter defectum materiæ inprimis ad morosum creditorem, & ex naturâ correlativorum, quorum eadem in jure nostro censetur esse ratio, ad morosum etiam debitorem non pertinere, sed eam tanquam statum ipsiusmet obligationis concernentem, propter commissam moram non mutatur, ad dominum pecuniæ, qui eam adhuc penes sese habet, pertinere, expressè cautum reperitur *in l. creditor oblatam, 102. ff. de solut. & liberat.* in qua Jurisconsultus Scævola respondet, si creditor oblatam sibi à debitore pecuniam accipere recusaverit, eademque postea jussu Præsidis tanquā nimis ærosa reprobata sit, quod recusatione illa morosâ non obstante, nihilominus periculum & detrimentum istiusmodi reprobationis non ad creditorem morosum recusantem, sed ad debitorem offerentem pertinere debeat, etsi pecunia illa pupillaris fuerit. Unde consequens est, quod istiusmodi detrimenti immunitate, vel in pecunia pupillari etiam exclusâ, pecuniæ quoad intrinsecam bonitatem mutatę periculum, non ad morosum creditorem vel debitorem, sed ad dominum ejus, qui eam penes sese adhuc custoditam aut depositam habet, omninò pertineat. 6

Ratio decidendi 4.

Quartò † tam debitorem, quàm credito- 7

ditorem morosum seu culpabilem ad periculum rei debitæ intrinsecus deperditæ seu peremptæ, præstandum non teneri, sed utrumque ad præstandum tantùm interesse moræ seu culpæ à quolibet commissæ respectivè teneri & liberari, patet *ex l. si hæres, 8. ff. de tritic. vin. & oleo leg.* ubi Pomponius respondet, si hæres damnatus sit dare vinum, quod in doliis esset, & per legatarium steterit, quò minùs acciperet, hæredem quidem periculosè facturum, si propter moram legatarii vinum effuderit, veruntamen legatarium etiam exceptione doli mali repelli posse, si hæredi damnum non priùs præstiterit, quod propter recusationem ejus seu moram commissam perpessus est. Unde iterum consequitur, quod neuter nec debitor, nec creditor morosus ad omnimodum detrimentum rei peremptæ propter commissam moram, sed ad id tantùm teneatur, quod utriusque culpa seu morâ deterioratum & commissum est.

Ratio decidendi 5.

8 Quintò † hujusmodi in casu, ubi debitor tempore summi abusus monetarũ, thalerum Imperialem ad quinque florenos, & nunc reductis monetis ad longè minorem valorem ad sesquiflorenũ creditori reddere teneretur, maxima iniquitas suboreretur, & debitor non ultra duplum solùm, sed ultra triplum etiam læderetur, quod omni jure est inhibitum, *l. rem majoris, 2. & ibi Dd. communiter, C. de rescind. vendit.* & in specie interesse etiam moræ duplum excedere non posse, patet *e l. un. ibi: dupli quantitatem non excedere, ubi etiam gloss. C. de sentent. quæ pro eo, q. interest, proferunt, Alexand. in l. videamus, 4. §. deferre, 1. num. 2. & ibidem etiam Iason num. 4. ff. de in lit. jurand. Mascard. de probat. volum. 2. conclus. 935. num. 33. Althus. lib. 1. Dicæolog. cap. 34. num. 46.*

Ratio decidendi 6.

9 Ex quibus † omnibus & pro decidendi ratione Sexta seu postrema consequitur, quod propter moram à debitore vel creditore, in solvendo vel recipiendo pecuniam respectivè debitam, periculum pecuniæ prorsus deperditæ, seu intrinsecum ejusdem detrimentum totale non pertineat, sed extrinsecum tantùm, quatenus & in quantum nimirum debitor vel creditor, ob sua die non solutam vel oblatam pecuniam non receptã, dãmnum & detrimentum passi fuerunt, & illud ipsum damnum seu interesse suum arbitrio judicis æstimandum demonstraverint, *l. in hac actione, 3. ff. de condict. tritic. d. l. ratio possessionis, 3. §. si per venditorem, 3. & l. si sterilis ancilla, 21. §. cùm per venditorem, 3. ff. de act. empt. & vendit. l. si ex legati causa, 23. § si servum, 19. §. sequitur, 3. ibi: quoties culpa intervenerit debitoris, perpetuari obligationem, &c. ff. de verbor. oblig. Anton. Faber de variis nummor. debitor. solut. cap. 10. & cap. 20. circ. fin.* ubi ait, solet enim mora nocere in accessoriis, & in principali obligatione hactenus, ut eã perpetuet, nõ ut principalem obligationem augeat vel diminuat, *Andr. Kohl exercit. legal. cap. 18. n. 17.*

10 Verùm † cùm interesse seu damnum prætensum ex mora seu die non solutæ, vel receptæ pecuniæ à judice taxari nequeat, nisi illud ipsum à parte petente liquidatum fuerit, *argum. l. in actionibus, 5. §. planè, 4. in fin. ibi: judex rem, quæ non extat, æstimare non potest, ff. de in lit. jurand. l. unic. ibi: quod revera inducunt damnum, junct. vers. in aliis autem,*

tem,

tem, C.de sentent.qua pro eo, quod interest, profe-runt, cap.post electionem, 7. de concess.prabend. & cap.super, 35.ext.de prabend. Coler. de process. executiv.part.1.cap.10.num.155. illud ipsum verò difficilis admodum probationis esse censeatur, atque ideò sæpiùs ad minutissimam quantitatem redigatur, *l.fin.ff.de prator.stipulat.§.penult.Inst.de verb.oblig.junct. l.inter stipulantem, 83. §.diversa, 3. & l.si ita, 63.ff.de verb.oblig.gloss.in cap.dilecti, 17.in verb. cum justu, vers.de damnis, ext. de for. competent. Decius in l.quatenus, 24 n.5.ff.de reg.jur. Bart. in l.7.circ.fin.C.de rescind.vendit. Coler.de process.executiv.part.1.cap.10.num.91. Mascard. de probat.vol.2.conclus.930.nu.1. Menoch. arbitr.judic.cas.116.num.20.& cas.119.num.4. lib.2. vol. 2. Decius cons.84.num.23.* nunc ulterius & necessariò pro intellectu hujus quæstionis dispiciendum venit, quanam ratione damnum & interesse ex mora debitoris vel creditoris conciliatum probetur?

11 Primò † itaq; quantum probationem interesse attinet, quilibet petitor illud ipsum probare debet, juxta regulam juris nostri: Quisq; fundamentum suæ intentionis probare tenetur, *per l.ei qui voluntatem, 21.ff.de probat.l.non ignorat, 9.C.de his, qui accus.poss.Bart.in d.l.non ignorat, 9.C.de his, qui accus.poss.Decius ad cap.in præsentia, 8.num.25. ext.de probat.Tiber.Decian.respons.24.num.52. & 60.vol.1.Surdus cons.414, num.41.& cons. 452.nu.17. Wilhelm. Antonii de rescript, morator. conclus. 22. num. 21.* aliàs enim Reus conventus seu adversa pars, contra quam probatio suscipitur, absolvitur, etsi nihil omninò præstiterit, *l.fin.C.de rei vindicat.& l.qui accusare, 4.ubi Dd.communiter, C.de eden.*

12 Cùm paria sint † aliquid petere vel allegare, & non probare, quàm nihil petere vel allegare, *argum.cap.post electionem, 7. extr.de concess.præbend. & cap.super, 35. ext.de prabend.l.si priusquam, 15.& ibi gloss.verb.egisset, id est, probasset, ff.de nov.oper.nunc. Coler. de process.executiv.part.1.cap.10.num.156. Afflict. decis.91.col.1. Alexand.cons.72.col.3.vol.3. Roland. à Vall cons.35. num.7.vol.1. Pruckman. cons.9.num.6.vol.1. Mascard.de probat.vol.2. conclus.929.n.5.*

Quòd † vel inprimis etiam in petitione interesse tam damni emergentis, quàm lucri cessantis obtinet, utpote quod in facto, non in jure consistat, & proinde à Judice nec æstimari, nec alicui adjudicari possit, nisi prius liquidatum, seu plenè & sufficienter probatum fuerit, *l.si patrem, §.qui fideicommissariam, circa fin.ff. ad SCtum Trebell l.quatenus, 24.ff. de reg. jur. l.1.C.de usur. cap. conquestus, 8. & cap.salubriter, 16 ubi etiam Dd. ext. eod. tit.* Afflict.*decis. 22.col.1.*ubi ait, quod nec Papa, qui habet plenitudinem potestatis, possit quem ad debitum condemnare, quod nõ est probatum, *Menoch.de arbitr.judic.quæst.lib.2.colum.119.num.5.Mascard.de probat.vol.2.conclus.934.num.7.Coler.de process.executiv.part. 1.cap.10.num.127.& num.155. Alexand. cons. 141.col.2.vol.5. Rum. cons. 104.col. 2. vol. 4. Pruckman.cons.24.n.45.vol.1.*cùm interesse dubii ratio nulla habeatur, *l. unic. vers. in aliis, C.de sent. qua pro eo, quod interest, profer. Pruckman.d.cons.24.n.50.* 13

Alioquin † enim & sine prævia liquidatione & sufficienti seu legitima probatione alicui interesse adjudicato, quivis petitor sordidus & avarus facilè aliũ fœneratorẽ subornare posset, quod creditor seu petitor interesse nomine tantundem solverit, & semetipsum aliis suis creditoribus etiam tantundem usurarũ 14

Rr nomi-

nomine, interea dum pecunia à debitore primo moroſo ſua die ſoluta nō fuit, co-actum fuiſſe ſolvere, vel etiam iſtiuſmodi creditor pro explenda avaritia ſua, & conſequendo fortaſſis intereſſe damni emergentis à debitore ſuo, alium hominem vafrū & bilinguem conſtituere poſſet, qui aſſereret, quod ipſi ædes vel prædia ſua vendere voluerit, ex quibus ſingulis annis tot reditus conſequi potuiſſet, illa verò interea aliis divendita, & nūc longè majoris pretii ſint, & quod creditor ab iſtiuſmodi emptionis commodo per ſolum debitorem ſuum, quod pecuniam debitam ſua die non ſolverit, excluſus fuerit. Cujuſmodi fraudibus, malitiis & delinquendi occaſionibus via non aperienda, ſed præcludenda potius eſt, *cap. ad noſtram*, 5. §. 1. *ext. de penſion. cap. ſedes*, 15. §. *fin. ext. de reſcript. cap. ex literis*, 2. *verſ. nos attendentes, &c. ext. de dol. & contumac. l. tranſactione*, 30. *C. de tranſactionib. l. fin. §. planè, ſi is*, 1. *ff. de eo per quem fact. erit, Andr. Gail. lib.* 2. *de pac. public. cap.* 13. *num.* 18. *& in terminis Coler. de proceſſ. executiv. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 91. *& num.* 148.

15 Quod ipſum † & quod petens intereſſe illud ipſum priùs probare & liquidare debeat, uſque adeò verum eſt, ut licet initio obligationis (veluti à Mercatoribus inprimis fieri conſuevit) inter partes conventum, & obligationi clauſula inſerta fuerit, de ſtando ſimplici verbo, ſeu nudæ aſſertioni creditoris ſine ulla alia probatione vel præſtatione juramenti, quoad intereſſe ſuper damno emergente vel lucro ceſſante ratione moræ, nihilominus tamen illo pacto tanquam invalido non obſtante, creditor petitum intereſſe debito modo probare teneatur, tùm quod nemo in propria cauſa vel judex, *l. unic. Cod. ut nem. in ſua cauſ. judic. junct. l.* 1. *C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, proferunt, l. penult. ff. de recept. qui arbitr. l. Iulianus*, 16. *ff. de judic. l. qui juriſdictioni*, 10. *ff. de juriſdiction. Vant. de nullit. ex defect. ordin. nu.* 93. *& ſeqq. Emeric. à Roſ- bach in proceſſ. civ. tit. de judice*, 4. *num.* 19. vel etiam teſtis eſſe poſſit, *l. nullum*, 14. *Cod. de teſtibus, can. judicet ille*, 4. *cauſ.* 3. *quæſt.* 7. *Socin. in cap. dilecti filii*, 17. *gloſſ.* 3. *ext. de for. competent. Franciſc. de Caldas ad l. ſi curatorem, verb. minoribus, num.* 13. *C. de reſtit. in integr. Reuber. in tract. de teſtib. part.* 2. *num.* 1. *& ſeqq. Royz. deciſ. Lituan.* 2. *num.* 11. unius etiam teſtis dicto fides non habeatur, *Matth.* 18. *verſic.* 16. *Deuteronom. cap.* 17. *verſic.* 6. *& cap.* 19. *verſic.* 15. *cap. licet univerſis*, 23. *& cap. in omni*, 4. *ext. de teſtibus, l. ubi numerus*, 12. *ff. eod. tit. Reuber de teſtibus, part.* 3. *n.* 147. *Capiſer. in tract. de num. teſt. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 34. *Coraſ. ad l. admonendi, part.* 2. *num.* 32. *ff. de jurejurand. Pruckman. conſ.* 2. *num.* 78. *volum.* 1. Cumprimis verò ſi teſtis ille juratus non ſit, *l. juriſjurandi*, 9. *C. de teſtib.* tum verò etiam quod iſtiuſmodi pactum & conventio in fraudem legum, & ſaluberrimarū conſtitutionum, pro palliatione uſurarū in iiſdem prohibitarum, *arg. l. Iulianus*, 13. §. *idem Iulianus*, 6. *ubi etiam Paul. de Caſtr. ff. de action. empt. & vendit. l. cum allegas*, 15. *ubi etiam Bald. num.* 14. *C. de uſur. l. pecunia funebris*, 9. *ff. eod. tit. Cravet. conſ.* 189. *n.* 5. *part.* 1. & explenda avaritia injuſti creditoris per fas & nefas divitias congerentis, & acutiùs aurum, quàm ſolem intuentis vergat, *can. nonne vobis*, 3. *diſt.* 37. *& can. ſicut ii*, 8. *diſt.* 47.

Contra quas † ex jure divino & jure 16
gentium deſumptas rationes & textus, quales

quales nulla authoritate humana tolli possunt, §. *sed naturalia pen. Inst. de Iur. Nat. Gent. & Civil. l. jura sanguinis, 8. ff. de regul. jur.* nullum pactum vel renunciatio valet, sed ipso jure nulla est, *l. non dubium, 5. vers. nullum enim pactum*, C. *de legib. Ludov. Rom. in l. admonendi, 31. col. 19. ff. de jurejurand. & in l. nuda ratio, 26. ff. de donation. Cyn. in l. si quis in conscribendo, 51. num. 9. C. de Episcop. & Cleric. Paul. Castrens. in l. videamus, 4. §. deferre, 1. nu. 3. ff. de in lit. jur and. Salycet. in l. jusjurandum, 17. num. 2. in fin. princ. & ibidem etiam Iason in vers. adverte tamen, ff. de jurejurand. Signorol. de Homedeis cons. 123. num. 3. & cons. 156. num. 18.*

17 A quâ † tamen opinione multi Interpretum nostrorum recesserunt, qui statuunt, pactum de stando simplici verbo vel juramento creditoris, quoad interesse & expensas cumprimis inter mercatores consistere, eò quòd debitori hocce in casu suo favori renunciare licuerit, *Bart. in l. in ejusmodi, fin. num. 3. ff. de prator. stipulat. Bald. in l. vocantia, C. de bon. vacantib. Afflict. decis. 91. num. 10. Iohan. Baptist. Asin. in prax. judiciar. §. 32. cap. 2. ampliat. 9. num. 2. ubi idem etiam ad expensas judicial. extendit, Ioachim. à Beust. in d. l. jusjurandum, 17. n. 3. & 4. ff. de jurejur. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 935. n. 35.* Verùm cùm istiusmodi pactum & conventio seu renunciatio, ubi paulò antè dictum, in fraudem legum vergat, & ad delinquendum invitet, pleriq; etiam horum Dd. eandem assertionem creditoris juramento firmari, nec non etiam conventionem illam ex æquitate metiri, & ad arbitriũ boni viri reduci debere, tradant, uti videre est apud *Mascard. d. conclus. 935. nu. 35. & 36.* priorem opinionem ego cum aliis tutiorem & veriorem esse arbitror, quam amplectendo latiùs & elegãter in utramq; partem examinat *Coler. de process. executiv. part. 1. cap. 10. nu. 147. & seqq. usq; ad n. 161. inclusivè.* Confer de hâc quæstione etiam Hector. Felic. *in tract. de societate, c. 24. n. 72. & seqq. ad fin.*

Quinetiam † petitio interesse de sorte 18 creditâ, in jure nostro tam odiosa est, ut si quis pecuniam debitori suo mutuam dederit, & initio contractus, usuras, aliàs etiam licitas, puta quincunces, seu quinque florenos de centum sibi dari pactus fuerit, & postea ad interesse agat, quod tamen ista quinq; pro centum aliter consequi nequeat, nisi mutuans liquidò prius demonstraverit, tanti sua interfuisse, eò quòd mutuum sui naturâ sit gratuitum, & in plus contrahi nequeat, quam datum est, *princ. Institut. quib. mod. re contrah. obligat. junct. l. rogasti, 11. §. si tibi, 1. & ibi etiam Bald. col. 2. item Iason ff. de reb. credit.* adeoque interesse incertum sit, & in facto magis qàm jure consistat, *l. quatenus, 24. ff. de regul. jur. Felin. in cap. cum venerabilis, 6. num. 9. ext. de exception. Coler. de process. executiv. part. 1. cap. 10. num. 147. in fin. Mascard. de probat. volum. 2. conclus. 934. num. 25. 26. 27. & 28. Matthæus Berlich. pract. conclus. part. 2. num. 9. conclus. 38. & seqq. Dec. cons. 39. num. 5. & cons. 312. num. 3. & 4. Socin. senior cons. 179. col. 2. nu. 1. & 2. volum. 2. Ernest. Cothman. volum. 2. cons. 52. num. 284. ubi num. seq. subjicit,* Jus † hoc fallere, si quantitas illa pro- 19 missa justo & consueto interesse verisimiliter respondeat. Quod vel inprimis obtinet, si interesse illud commune lege seu cõstitutione aliqua taxatum sit, veluti in Rom. Imperio cuivis creditori quincunces pensiones loco interesse communis adjudicantur, *Recess. Deputat. Spirens. de*

Anno 1600. *sub fin.* §. So viel nuhn diesem nach/rc. & creditor probationis interesse difficultatẽ metuens, istiusmodi quincunces usuras loco interesse lege taxatas accipere malit, qua ratione iterum ab onere probandi relevabitur, *Matth. Berlich. d. concl.* 38. *n.* 8. 9. & 10 *part.* 2.

20 Pari ratione † pro futura immunitate probationis interesse ex parte creditoris initio celebrati contractus, eundem etiam hanc cautelam adhibere posse, nonnulli Dd. nostrorum arbitrantur, si nimirum rem debitori suo ea conditione vendiderit, ut interea, donec sibi pretium solvatur, eam conducat, & venditori certam & conventam mercedem pro ea præstet, qualem contractum consistere, & jure non prohiberi patet, *ex l. sicut emptio*, 20. § *interdum, ult.* & *l. cum venderem*, 21. *ff. locat. Mascard. de probat. volum.* 2. *conclus.* 934. *num.* 31. *Alexand. cons.* 121. *visis & ponderatis omnibus, volum.* 5. *Decius cons.* 119. *num.* 4.

21 Quod idem † etiam obtinet, quando creditor dominium cujuslibet rei in contractum deductæ penes sese retinet, & cum debitore paciscitur, ut singulis annis donec sibi pretium solvatur, certam quantitatem pro interesse præstet, cujusmodi pacto tanquam licito iterum agenti ad interesse caveri posse, ne postea onus probationis subire teneatur, tradunt *Cagnol. in l. curabit*, 5. *num.* 63. *vers. & idem est, quando*, *C. de action. emption. & vendition. Mascard. de probation. volum.* 2. *conclusion.* 934. *num.* 32. *Socin. senior consil.* 176. *colum. ultim. num.* 11. *versic. sexta & ultima*, *volum.* 2.

22 Insuper † præterea à perplexa & difficili probatione interesse etiam liberatur, & solam conventionem seu pactum probare tenetur, in interesse convento, hoc est, cum initio obligationis inter partes conventum est, de præstanda certa summa, in casum non servati contractus, seu pœna conventionalis firmandæ obligationis causa adjecta est, § *fin. & ibi etiam Wesenbec. Schneidvv. & Borcholt. Instit. de verbor. obligat. l. final. ff. de prætor. stipulation. l. pacto convento*, 15. & *l. qui fidem*, 16. *ff. de transaction. l. ubi pactum*, 40. *C. de transaction. Menoch. lib.* 2, *arbitrar. judic. quæst. cent.* 3. *cas.* 260. *num.* 2. puta si inter emptorem & venditorem tempore celebrati contractus cõventum sit, si alteruter eorum convento tempore obligationi non satisfecerit, alter non servans ei, qui contractum ex sua parte justo tempore implevit, pœnæ non servati contractus nomine certam summam præstet, in cujusmodi pœnæ conventionalis promissione conventionem solam citra interesse probare sufficit, *l. stipulationem*, 5. *in princ. vers. conventionales, ff. de verb. oblig.* § *conventionales*, 3, *Instit. de division. stipulation. junct. l. ult. ff. de prætor. stipulation.* & *l.* 1. *in princ. ff. de action. empt. & vendit. Alexand. Trentacinq. variar. resolutio. lib.* 1. *sub tit. de interesse, resolution.* 1. *num.* 66. *Mascard. de probat. vol.* 2. *conclus.* 931. *num.* 4. & 5. & *conclus.* 933. *per tot.* ubi eleganter & latè modum probandi hujus interesse conventi, seu pœnæ conventionalis exponit.

Hujusmodi tamẽ † pœnæ conventionalis loco interesse non habetur ratio, sed ipsummet interesse commune à petitore probari necesse est, si citra expressionem certæ summæ, quis in casum non completi contractus simpliciter tantum interesse & damna promiserit, *argumento l.* 1. §. *si quis sub conditione*, 14. *ff. ut legat. seu fideicom-* 23

deicommiß. servand. caus. caveat. Dec. & Cagnol. in d. l. unic. nu. 112. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest, profer. Alexand. Trentacinq. variar. resolution. lib. 1. de intereß. resol. 1. nu. 68. pag. mihi 215.

24 Ita pariter † ipsummet interesse commune à petitore probari necesse est, quando istiusmodi pœnæ conventionali suspicio usurariæ pravitatis subest, tunc enim pœna ista in fraudem usurarum adjecta censetur, & petitori tantundem solùm adjudicatur, quantum de interesse communi probaverit, *arg. d. l. un. C. de sent. quæ pro eo, quod interest, proferunt, junct. l. rogasti, 11. §. si tibi, 1. ff. de reb. credit. Cagnol. in l. curabit, 5. num. 54. C. de act. empt. & vendit. Baptist. Lupus in tract. de usur. comment. 1. §. 6. nu. 121. Alexand. Trentacinq. d. resolut. 1. num. 69. Cravett. cons. 87. num. 5. & cons. 189. colum. 3. cas. 1.*

25 Quod vel † inprimis obtinet, & ipsũmet interesse commune probari oportet, si pœna ista conventionalis duplum excesserit, quod regulariter excedere nõ debet, *argum. d. l. un. in princ. ff. de sentent. quæ pro eo, quod interest, proferunt, Schneidev. §. fin. num. 23. ff. de verb. oblig. Bronchorst. cent. 2. assert. 84. Menoch. lib. 2. arbitrar. judic. cas. 260. n. 13. & mult. seqq. Fachin. lib. 1. controv. cap. 48.* ubi latissimè discutit, quatenus hujusmodi interesse conventum, in casibus tam certis, quàm incertis duplum seu quadruplum etiam excedere possit vel minus.

26 Cæterùm † interesse singulare, quod attinet, hoc est, quando non de communi & consueta rei petitæ, & damnorum æstimatione, sed de singulari aliqua rei petitæ utilitate & affectione agitur, & istiusmodi singularis utilitatis seu affectionis, propter factum injustum, seu culpam & moram rei conventi amissæ, æstimatio petitur, ejusdem utilitatis singularis & affectionis probatæ quantitas petitori etiam exemplo probari communis interesse adjudicanda est, modò interesse illud non meræ affectionis, sed simul etiam utilitatis sit, *l. videamus, 4. §. deserre, 1. & §. jurare, 2. ff. de in lit. jurand.* puta si alicui librum meum apostillis, scriptis & remissionibus pro mea singulari utilitate & affectione refertum commodaverim, & commodatarius eundem mihi justo tempore non restituerit, sed amiserit, vel etiam vicinus meus, meas ædes, in quibus ob vicinitatem fori, aliaq; commoda, singularem utilitatem & affectionẽ aliumvè respectum habebam, juncto tigno fortassis vitioso, aliave ex culpa seu mora defecerit & destruxerit, tum enim morosus & culpabilis reus cõventus, mihi probatum interesse singularis utilitatis seu affectionis, quatenus & in quantum probatum fuerit, etiam præstare tenebitur, *arg. d. l. unc. C. de sent. quæ pro eo, quod interest, proferunt*, latè *Alexand. Trentacinq. variar. resolut. lib. 1. sub tit. de interesse, resolut. 1. num. 71. & seqq. usque ad fin. pag. mihi 215. & seqq. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 932. per tot.* ubi itidem modum probandi hujusce singularis interesse latè & eleganter tradit.

Alioquin † si quis ad interesse moræ affectionis, sine singulari utilitate agat, puta si quis singularem affectionẽ, quam quis in servo aut pecore otioso habuit, æstimari voluerit, is non auditur, nec affectio illa singularis condemnationem auget, sed commune interesse attenditur, & tanti quãti communiter seu omni- 27

 bus

bus valeat, fit æstimatio, *l. si servum meum, 33. ff. ad L. Aquil. l. fin. ff. de oper. servor. Alexand. Trentacinq. variar. resolut. lib. 1. resolut. 1. de interess. n. 76. pag. mihi 215.*

28 Onere † autem probandi à petitore interesse suscepto, deinde ulterius requiritur, ut actor probet ex parte rei conventi seu debitoris moram, hoc est, frustratoriam dilatioñe solvendæ seu recipiendæ pecuniæ debitæ intervenisse, sive interesse intrinsecum seu damni emergentis, deß entstandenen vnnd entspringenen Schadens sive interesse extrinsecum seu lucri cessantis, deß abgangenen Gewins/ petitum fuerit, nihil interest, nulla enim mora circa solutionem & receptionem pecuniæ debitæ interpositâ, & ex parte debitoris probatâ, nulla etiam damni & lucri seu adjudicationis petiti interesse communis intrinseci vel extrinseci potest haberi ratio, cæteræque probationes nullius futuræ sunt efficaciæ, sed morâ deficiente, etiam interesse exactio & adjudicatio cessat, *l. si laborante, 2. §. si navis, 3. ff. ad L. Rhod. de jact. l. lecta, 40. ff. de reb. cred. l. in fideicommissi, 3. in princ. l. respondit Paulus, 14. l. cum quidam, 17. §. si pupillo, 3. in fin. ibi: usura enim non propter lucrum petentium, sed propter moram solventium, infliguntur, l. mora fieri, 32. l. videamus, 38. §. & quidem, 1. ff. de usur. & fructib. l. arbitraria, 2. §. nunc de officio, ult. ff. de eo, quod cert. loc. l. socium, 60. in princ. ff. pro socio, l. si commissa, 13. ff. rem rat. haber. l. si sterilis ancilla, 21. §. cùm per venditorem, 3. ff. de action. empt. & vendit. Paul. de Castr. in l. arbitraria, 2. §. nunc de officio, 8. ff. de eo, quod cert. loc. Covarruv. lib. 3. variar. resolut. cap. 4. num. 2. Coler. de process. executiv. lib. 1. cap. 10. n. 131. Alexand. Trentacinq. variar. resolut. lib. 1. resol. 1. de interess. n. 27. Andr. Gail. lib. 2. obs. 6. num. 2. & ad eumdem etiam Bernhard. Graveus in consider. ejus remissiv. Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 934. num. 34. & seqq. Aymon Cravett. cons. 320. num. 2. tom. 2. Ruin. cons. 55. num. 5. vol. 2. & cons. 48. num. 1. 2. & 3. volum. 5. Iohan. Vincent. Honded. consultat. 50. num. 21. vol. 1. Ernest. Cothman. vol. 2. cons. 52. num. 193. & seqq. item num. 272. & seqq. Borgnin. Cavalcan. decis. Firizan. 15. num. 7. lib. 2. Barthol. Bertazol. vol. 2. crimin. cons. 254. num. 15. & 16. cons. 483. num. 14. 16. cons. 262. in addit. lit. a. vers. falluntur num. 3., Stephan. Forcatul. in tract. de mora, part. 2. num. 1. Navarr. in manual. cap. 13. num. 111. in princip. Bursat. cons. 68. post num. 1. vol. 1. Francisc. Becc. cons. 105. nu. 24. cum multis similib. apud Wilhelm. Antonii de rescript. morat. concl. 63. n. 247.*

Quantumvis † verò nonnulli Dd. nostrorum extant, qui interesse cumprimis extrinsecum & lucri cessantis etiam sine mora quandoq; deberi asserant, *Hostiens. in c. salubriter, 16. ubi etiam Panorm. n. 3. & Iohan. de Anania in c. conquestus, 8. num. 16. ext. de usur. Carol. Molin. in tract. de usur. & fructib. in princ. n. 34. & quæst. 74. nu. 500.* ubi hanc sententiam communem refert, aliiq; allegati à Colero *d. tract. de process. executiv. c. 10. nu. 131.* attamen prædicta opinio juris textibus & rationi magis est consentanea, adeoque hi ipsimet etiam Dd. qui contrariam opinionem tuentur, non diffitentur in petitione & consecutione interesse regulariter moræ probationẽ antegredi oportere, & probationis moræ immunitatem ad singulares tantum & certos casus porrigunt, quales exceptiones & limitationes regulam non tollunt, sed eidem additæ eandem confirmant, *argum. l. in toto, 80. & l. omnis, 202. ff. de reg. jur.* 29

Cujus-

Cujusmodi casum † singularem etiam refert *Mascard. d. conclus. 934. num. 41. volum. 2. de probation.* de creditore quodam, qui à Principe, Republica, vel à persona pecunia indigente, invitus & quasi coactus sit, pecuniam suam mutuam dare, hujusmodi enim creditori à superioribus, quorum preces armatæ esse dicuntur, quasi compulso, pecuniam suam erogare, & aliis mutuare, etiam citra commissam moram, honestum aliquod interesse damni emergentis, vel lucri cessantis officio judicis adjudicandum esse, referente *Mascard. d. loc.* vel ipsimet etiam Theologi largiuntur, *arg. c. constitutus, 3. ext. de fidejuss.*

31 Consimilis † etiam casus de præstando interesse citra commissam moram refertur à *Georg. Eberhard. cons. 38. volum. 1* de Mercatore quodam industrio, ab aliqua societate in Institorem electo, qualis pro satisfaciendo institoris officio, suâ aliâs lucrosâ negotiatione abstinere, & omnem suam pecuniam in societatem illam erogare, & lucris pristinæ suæ negotiationis propter hanc novam societatem carere coactus fuit: cui mercatori etiam nullâ morâ interpositâ interesse tam lucri cessantis, quàm damni emergentis propter dimissam priorem negotiationem, à sociis præstari & non denegari æquitati admodum consentaneum esse, & talis interesse præstationem, non propriè usuram lucrativam, sed compensatoriam potius ratione dimissæ negotiationis lucrosæ fore arbitratur, *argumento cap. conquestus, & cap. salubriter, 16. ubi etiam Canonistæ, ext. de usur.*

32 Tertiò † modum probandi interesse communis, & ob moram commissam debiti quod attinet, licet non desint, qui statuunt, interesse tanquam rem difficilis probationis, etiam præsumptionibus & conjecturis à communiter accidentibus demonstrari & probari posse, *argum. l. fin. ff. de prætor. stipulat. gloss. & Decius in l. non hoc, 4. C. unde legit. Bald. in l. neq; natales, 10. C. de probat. Iason in l. arbitraria, 2. §. nunc de officio, fin. ff. de eo, quod cert. loc. Bartol. in l. unic. num. 34. & ibi etiam Bald. num. 48. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest, proferunt, Cagnol in l. curabit, 5. num 68. C. de actionib. empt. & vendit. & in l. quatenus, 24. num. 19. ff. de regul. jur. Menoch. lib. 2. de arbitr. judic. quæst. cas. 119. num. 4. Surd. decis. 259. num. 9. Ruin. cons. 103. num. 4. lib. 1. Nevizan. cons. 77. num. 14.* attamen verior, tutior & magis communiter recepta opinio est, quod hujusmodi interesse plenè, sufficienter & clarè per duos ad minimum testes instrumenta publica & privata recognita, confessionem partis, vel per aliam plenè probationis speciem ostendi & probari debeat, *arg. d. l. un. vers. in aliis autem casibus, ibi: ut hoc, quod revera inducitur damnum, &c. & ibi etiam gl. in verb. subtilitatem, circ. fin & ibi etiam Bart. n. 68. C. de sent. quæ pro eo, quod int. prof. Decius in l. quatenus, 24. n. 4. ff. de R. I. Baptist. Lup. in d. l. curabit, 5. §. 6. n. 117. C. de act. empt. & vendit. Coler. de process. executiv. part. 1. c. 10. num. 14. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 934. num. 7. & 8. & concl. 931. num. 6. & seqq.* ubi latè exponit, quomodo interesse commune probetur, *Aymo Cravett. cons. 320. n. 6 vol. 2.*

Et quidem † quantum interesse damni emergentis, deß entstandenen oder erlittenen Schadens/ob commissam morã attinet, illud ipsum à quovis creditore, nulla habitâ cõsideratione utrum negotiari fuerit 33

fuerit solitus, an verò minùs, peti & impetrari potest, modo probet, sese propter pecuniam justo tempore non solutam, seu ratione moræ debitoris damnū perpessum esse, puta, quod ob non solutam sibi pecuniam debitam, pro reficiendis ædibus, aut exsolvendo ære alieno, pecuniam ab aliis creditoribus mutuam accipere, iisdemq; graves usuras præstare coactus sit, vel etiam pecuniâ debitâ justo tempore sibi solutâ, eo tempore pro sustentandâ familiâ suâ, annonam longo viliori pretio comparare, quàm jam propter annonæ caritatem, duplo istiusmodi pretio vix consequi possit, vel etiam propter defectum pecuniæ sua die non solutæ ædes aut prædia sua, pro modico & viliori pretio vendere & dimittere coactus sit, quæ jam vix duplo istiusmodi pretio consequi & recipere possit, aliavé consimilia damna & detrimenta rei suæ familiaris, Abgang an seiner Nahrung/ob moram debitoris perpessus fuerit, cujusmodi damna probata quivis creditor à debitore suo consequitur, sive is mercator, sive alius, persona publica, privata, Nobilis aut ignobilis sit, nihil interest, *l. proinde*, 25. *l. inde Neratius*, 23. *ff. ad L. Aquil. l. arbitraria*, 2. §. *ult. & ibi Dd. ff. de eo, quod certo loc. l. unic. & ibi Rebuff. in præfat. nu.* 24. *& num.* 25. *ibiq; Dd. communiter*, *C. de sent. quæ pro eo, quod interest, proferunt*, *Matthæus de Afflict. decision.* 22. *num.* 2. *&* 4. *Andr. Gail. lib.* 6. *observat.* 6. *nu.* 2. *Coler. de process. executiv. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 128. *&* 129. *Mascard. de probat. volum.* 2. *conclus.* 934. *num.* 36. *Alexand. cons.* 31. *num.* 10. *vol.* 6. *Decius cons.* 13. *num.* 4.

34 Interesse autem † lucri cessantis, das mangelnde vnnd abgangenen Gewins/ quod attinet, circa ejusdem probationem & articulandi modum, non unà Interpretum nostrorum est sententia. Quidam enim Interpretum nostrorum ad probationem hujusmodi interesse lucri cessantis sufficere existimant, si petitor generaliter probet, se fuisse & adhuc esse negotiatorem talis conditionis & qualitatis bonæ, item vocis & famæ, & quod alii mercatores seu negotiatores similis qualitatis & conditionis, prout ipse est, talem mercaturam aut negotiationem, aut trafficum exercentes tali in loco, tantundem puta sex, septem vel octo de centum florenis lucrentur, seu lucrari consueverint, quod etiam ipse facere potuisset, si sors debita à debitore suo sibi sua die soluta fuisset, eò quòd in hac interesse materia, tanquam difficilis probationis, probatio etiam à communiter accidentibus concludat, *Cagnol. in l. quatenus*, 24. *num.* 19. *ff. de reg. jur. gloss. & Bald. in l. neq; natales*, 10. *C. de probation. Decius in l. non hoc*, 4. *C. unde legitim.* ac proinde ad probationem istiusmodi interesse etiam probationes conjecturales à solitis desumptæ sufficiant, *Iason in l. ideò*. 3. §. *ult. ff. de eo, quod cert. loc. & in l. arbitraria*, 2. §. *nunc de officio*. 8. *num.* 2. 6. *&* 7. *ff. eod. tit. Cagnol. in l. curabit*, 5. *num.* 68. *C. de action. empt. & vendit, Castrens. in l.* 1. *num.* 15. *C. de summ. Trinitat. & fide catholic. & in d. l. quatenus*, 24. *num.* 26. *ff. de reg. jur. Andr. Gail. lib.* 2. *observat.* 6. *nu.* 4. *Alexand. cons.* 141. *num.* 2. *lib.* 5. *Natta cons.* 370. *num.* 2. *& seqq.* ubi aliquot rationibus hanc opinionem confirmat, *Cardin. Tusch. pract. conclus. tom.* 5. *lit. L. conclus.* 454. *num.* 24. dicens, hanc partem uti veriorem tenuisse Rotam Florentinam, 26. Januar. Anno 1555. *Rota Genuens. decis.* 1. *nu.* 45. *& decis.* 16. *num.* 19.

*num.*19.*& decis.*16.*n.*19.*& decis.*139.*sub n.*8.*& 9.& decis.*150.*n.*2.*& seq. Surd. decis.*259.*n.* 9.*Menoch. de arbitr. jud. quæst. cas.*119.*Munnoz de Escobar in tract. de ratiocin. administrat. lib.*1. *cap.*15.*n.*20.*& seqq. Bursat. cons.*68.*n.*31. *Mascard. de probation. vol.*2.*conclus.*934.*num.* 19. 20.*& *21.*Coler. de process. executiv. part.*1.*cap.* 10.*num.*133.*& num.*134.136.*&* 137. ubi etiam articulationem cujusdam Mercatoris secundùm hunc probationis modum proponit, eumq; propter istiusmodi imperfectam probationem in judicio succubuisse refert.

35 Alii † verò Interpretes arbitrantur, ad probationem interesse hujusmodi lucri cessantis, generales conjecturas de bona fide & qualitate mercatoris, & lucro in eo loco consueto non sufficere, sed in specie requiri, ut petitor istiusmodi interesse in specie probet. 1. quod mercator & negotiari & pecunia lucrari solitus sit, cum allegans qualitatem eandem etiam ante omnia probare teneatur, *l. arbitraria.*2.*§. nunc de officio. ult. ibi: quid, si merces solebat comparare, ff. de eo quod cert. loc. l. socium qui.*60.*in princ. ff. pro socio. Bartol. in l. un. n.*25.*C. de sentent. quæ pro eo, quod interest proferunt. Decius in cap. cum venerabilis.*6.*n.*58.*& seqq. extr. de except. Bald. & alii in l. rogasti.* 11.*§. si tibi.*1.*ff. de reb. credit. Alex. cons.*141.*in princ. & col.*2.*vol.*5.*Panormitan. in cap. Abbas.*2.*ext. quod met. caus. Anton. Gabriel. commun. conclus. lib.*3.*conclus.*10.*sub tit. de solution. num.*1. *Menoch. de arbitrar. judic. quæstion. cas.*119.*nu.*2. *Mascard. de probation. vol.*2.*conclus.*934.*nu.*1. *&* 2.*Mynsing. cent.*4.*observ.*56.*Decian. cons.*2.*nu.* 203.*vol.*1.

36 Deinde † ad probationem & consecutionem interesse lucri cessantis ulterius etiam requiritur, ut petitor probet sese non solum esse negotiatorem, sed etiam tempore ipsiusmet commissæ moræ negotiari fuisse solitum, siquidem qualitas ad actum aliquem requisita probari debet, quod tempore ipsiusmet actus, de quo agitur, interfuerit, *argum. l. in relictis.*4. *§. si extraneus.*1.*ff. de noxal. action. Dd. in l.*1.*C. de testament. Alciat. in tract. de præsumpt. reg.*2. *præsumpt.*27.*num.*2. *Alexand. consil.*162.*n.*8. *vol.*2. & cum ex præterito præsens non præsumatur, antehac negotiari solitus jam seu hodie negotiari non præsumitur, *argument. l. ex persona.*3.*& l. sive possidetis.* 16. *C. de probation. Coler. de process. executiv. part.*1. *cap.*10.*num.*135.*&* 136.*Mascard. de probation. vol.*2.*conclus.*434.*num.*3.*&* 4. *Cravett. consil.* 320.*sub nu.*2.*& seq. lib.*1. *Rota Genuens. decis.* 16.*n.*19. *& seq.*

Tertiò † ad probationem & obtinendum interesse lucri cessantis secundùm hujus sententiæ assertores etiam requiritur, ut petitor probet, sese nō solum tempore faciendæ solutionis seu inchoatæ moræ semel atq; iterum negotiatum esse, sed simul probet, sese negotiationi istiusmodi prorsus addictum fuisse, atq; exinde ut plurimùm victum & amictum suum quæsivisse, seu negotiandi habitum comparasse & induisse, eò quod ex unico atque altero, seu iterato actu, habitus negotiandi seu consuetudo non inducatur, *argumento l. nemo.*3. *C. de Episcop. audiend. gloss. in can. ita nos.*25.*caus.*25.*quæst.*2. *Bartol. in l. legatis servis.*65.*ff. de legat.*3. *Rebuff. in l. unic. nu.* 107.*versic. Item propter unum actum. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest proferunt. Mascard. de probation. vol.*2.*conclus.*934.*num.*6.*Bursat. consil.*68.*n.*30.*lib.*1. *Riminald. jun. consil.*815. *n.*16.*lib.*7. 37

Quartò † ad probandum & obtinendum 38

dum interesse lucri cessantis ex parte petitoris etiam requiritur, ut ostendat lucrum illud, quod sibi ob moram debitoris seu Rei conventi amisisse contendit, quodammodo certum & in propinqua potentia adfuerit, & talem conditionem seu merces, ex quibus tantum, quantum pro interesse petit, lucrari potuerit, præ manibus habuerit, eo quod illa etiam lucrari solitus, non semper lucretur, sed multoties etiam jacturam faciat, & quod capere vult, non capiat, *argum. ne. § all. d. l. 13. in fi. de rer. divis. & in pur. ca. l. domin. l. natu- ram. 5. § illud. in prin. 1. in fin. ff. de acquir. rer. dom. l. quem. ad modum. 29. § si navis. 2. in fin. ff. ad leg. Aquil. Castrens. & Iason in l. arbitraria. 2. § ult. in fin. ff. de eo quod cert. loc. Paris. in cap. cum ven. rabilis. 6. n. 32. extra de exception. [illegible] de- cision. 20. nu. 2. D. [illegible] 24. in fin. ff. de reg. jur. Coler. de process. executiv. part. 1. cap. 10. n. 137. Mascard. de probat. vol. 2 conclus. 934. num. 1 [illegible] 18. Rimminald. Iun. cons. 52. nu. 42. 47. 4 [illegible] lib. 2. & co [illegible] 7. Bursat. d. cons. 68. [illegible] n. 30. lib. 1. ubi dicit commu [illegible] dum in consulando & judicando. [illegible] n. 33. cons. 38. n. 4. & consil. 39. n. 2. [illegible] ita plures Rotam Romanam [illegible] Card. Tusch. pract. conclus. tom. 5. lit. L. con. [illegible] 454. n. 26. Munnoz de Escobar de ratiocin. administrat. lib. 1. cap. 15. n. 4. 5. Roland. à Vall. consil. 35. num. 13. & 14. Cravett. consil. 320. num. 6.*

39 Alii verò † in hoc duarum opinionum concursu, utrum interesse lucri cessantis generaliter, an verò specialiter secundum prædicta quatuor requisita probandum sit, totum illud arbitrio judicis committunt, ut nimirum is pro qualitate personarum litigantium & ipsiusmet rei petitæ quantitate æstimet, & petitori injungat quomodo interesse probandum sit, *argumen. d. l. arbitraria. 2. § ult. & ibi etiam Iason. nu. 6. ff. de eo quod cert. loc. jurisd. l. un. & ibi etiam Bartol. C. de colon. Illyrician. lib. 11. Ribuff. in d. l. unic. num. 526. Cæterum [illegible] quæ pro eo quod interesse proferunt. Andr. Gail. lib. 2 obser. 6. nu. 5. Menoch. de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cas. 119. n. 10. cent. 2. Mascard. de probation. vol. 2. conclus. 934. nu. 22. 23. & 24. Natta consil. 370. in fin. Bursat. consil. 68. num. 35.* quorum opinionem in hac varietate modò omnes circumstantiæ probè perpendantur & arbitrium judicis secundum leges & æquitatem reguletur, etiam meum calculum adjicio.

Porro † circa probationem interesse, 40 etiam inter Interpretes nostros controverti solet, facta tantum semiplena probatione interesse, puta per unum fortassis testem fide dignum, an petitor seu Actor in vicem alterius semiplenæ probationis, ut plena probatio inducatur, sese ad juramentum suppletorium offerre possit, & ad idipsum admittendus sit? Quod nonnulli Interpretum nostrorum, eo quod interesse difficilis sit probationis & causâ cognita majoris in supplementum semiplenæ probationis, judex juramentum hoc deferre soleat, affirmant, *argument. l. in bona fidei. 3. in fin. & ibi etiam gloss. in verb. decidi oportet. C. de reb. credit. Iason in l. admonendi. 31. n. 75. & n. 118. & ibidem etiam Bald. nu. 59. ff. de jurejur. Marant. de ordin. judicior. part. 6. sub rubric. de jurament. n. 4. Mascar. l. de probation. vol. 2. conclus. 935. n. 3. & seqq. & imprimis. num. 10. Coler. de process. executiv. part. 1. cap. 10. num. 159. & seqq.*

Alii † verò Interpretum nostrorum 41 cumprimis circa interesse lucri cessantis seu

seu extrinsecum, quod sui natura plenam probationem requirat, negant *Decius in d. l. quatenus. 24. num. 4. ff. de reg. jur. gloss. in d. l. unic. in verb. subtilitatem circa fin. & ibidem etiam Bartol. num. 68. item Bald. C. de sentent. quæ pro eo quod interest proferunt. Lanfranc. de Oriano in d. l. admonendi 31. conclus. 18. num. 74. ff. de jurejur. Iason in §. curare. 32. col. ult. num. 59. Instit. de action. Mascard. de probation. d. conclus. 935. num. 28. Decius in d. l. quatenus. 24. nu. 5. ff. de regul. jur & consil. 322. n. 3.*

42 In qua † contrariarum opinionum diversitate alii & nonnulli etiam pro alterutra opinione allegati Interpretes hoc iterum arbitrio prudentis Judicis committendum putant, ut nimirum is probè perpensis omnibus circumstantiis, non facilè sed antegressa causæ cognitione inspecta, ejusdem qualitate, an ardua vel modica sit, semiplena probatione, item persona jurantis, an levis an fide digna sit, petitorem interesse ad juramentum suppletorium admittat, vel Reum conventum absolvat, *argum. l. si traditio 4. ibi: rei venditæ, juxta emptionis contractum, procacia venditoris non fiat, quanti interesse complere emptionem fuerit arbitratus præses provinciæ, tantum in damnationis taxationem deducere curabit. C. de action. empt. & vendit. junct. d. l. unic. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest, proferunt. cap. 1. de causis. [illegible] § fin. ext. de offic. judic. delegat. gloss. in l. 1. in fin C. de jur. deliberand gloss. in cap. finem litibus. 5. in verb. etsi iodendo. ext. de d. l. & contumac. Menoch. de arbitrar. jud. [illegible] quæst. cas. 119. num 10. lib. 2. cent. 2. Ripa in l. si constante. 24. n. 31. versic. & generaliter col. 8. & ibi etiam Iason num. 28 ff. solut. matrim. Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 935. n. 29. confer Hector. Felic. in tract de societat. cap. 24. n. 53. & seq.*

43 Alioquin † petitorem interesse, pro ejusdem liquidatione, ad juramentum in litem tam veritatis quàm affectionis, cōcurrentibus debitis ejusdem requisitis, contra debitorē morosum admitti posse, minus dubitationis habet *argum. l. nummis. 3. ubi etiam Bartol. ff. de in lit. jurand. Decius in l. quatenus. 24. num. 5. ff. de reg. jur. Iason in §. curare. 32. n. 59. Inst. de action. Bald. in d. l. unic. in fin. C. de sentent quæ pro eo, quod interest, proferunt. Mascard de probation. vol. 2. conclus. 935. n. 4. & 10.* Ita tamen ut judex in casibus inprimis certis præstitum juramentum in litem; condemnationem ultra duplum non faciat *d. l. unic in princ. versic. dupli & ibi etiam gloss. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest, proferunt. Alexand. in l. [illegible] 2. in fin. & ibid. etiam Ias. [illegible] secundo notab. ff. de in lit. jurand. Mascard. de probation. vol. 2. conclus. 935. num. 33.*

Quartò † & postremò antegressâ debitâ probatione interesse, tandem judicis officio incumbit, probatam interesse quantitatem petitori adjudicare, *argum. l. si eam ancillam 9. & l. ult. C. de rei vindicat. l. actor. 23. C. de probat. l. si quidem. 9. C. de except. cap. ult. ext. de rei vindic. l. 1. ubi Bald. & alii. C. de edend. Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 934. n. 7. Matth. de Afflict. decis. 22. n. 2. & n. 4. Coler. de process. execut. p. part. 1. cap. 10. n. 129.* usque adeo, ut si creditor seu Actor interesse quidem, sed non certam ejusdem quantitatem probaverit, judex ipsemet illam quantitatē taxare æstimare & Reum cōventum ad eam præstandam cōdemnare debeat. *arg. l. si quod ex Pamphila. 73. ff. de leg. 2 Bartol. in d. l. unic. in fin. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. proferunt. & ibidem etiam Cagnol. n. 55. Mascar de probat. vol. 2. conclus. 934. n. 14. & 15. Corn. cons. 256. col. ult. lit. K. Raphael Cuman. cons. 120 in fin. Decius cons. 389.* 44

n.11. Munnoz de Escobar in tract. de ratiocin. administr. lib.1. cap.15. n.19. Treutl. vol. 2. disp. 23. thes.4. lit. C. & seqq. usq; ad fin. thes. Philipp. Matth. in comment. ad l. quatenus cujus interest. 24. n.6. & seqq. ff. de R.I. Wilhelm *Antonii de rescript. morator. conclus. 63. n.294.*

45 Circa † quam tamen interesse cõmunis cõdemnationem prudens & circumspectus Judex etiam attendet, ne condemnatio in casibus inprimis certis ultra duplum precii seu valoris rei petitæ & principaliter in obligationem deductæ seu sortis fiat, qualis excessus condemnationis ultra duplum jure nostro est inhibitus, *d. l. unic. in princ. ibi: hoc quod interest, dupli quantitatem minimè excedere, & ibi etiam Decius & Curtius jun. item Bartol. col. 7. n.10. versic. sumus expediti. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest proferunt. Alex. in l. numis.3. n.2. in fin. & Iason. n.4. in secundo notabil. ff. de in lit. jurand. Masc. de probat. vol. 2. concl. 935. n.33.*

46 Dissent. *Salycet.* † *Caguol. Socin. & alii ad d. l. unic. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest proferunt. item Alexand. Trentacinq. variar. resolution. lib.1. resolution.1. de interesse. num.41. pag. mihi. 209.* statuentes, hujusmodi interesse etiam ultra duplum exigi & adjudicari posse, quorum opinionem tum demum procedere existimo, si interesse certum sit, & absq; ulla liquidatione non accessionis instar, sed uti res principalis in obligationem deducta debeatur, veluti *in Recess. Deputation. de Anno* 1600. per universum Imperium constitutum est, ut ex mutuo aut quovis alio contractu ad moram inprimis debitoris imposterũ, quinque pro centum, non ut usuræ quincunces, sed ut interesse commune certum & taxatum creditoribus adjudicetur: quod idem etiam ab Electore Augusto in suo Electoratu Saxonico novissimè ita provisum est, im Torgischen Außschreiben *de dato 18. Maji Anno 1583. sub tit.* vom Wucher unnd wucherlichen Contracten unnd Partiten/ *sub fin. versic.* Als haben wir solche jhrer Bitt/ ꝛc. *Iohan. Zanger. in tract. de except. part.3. cap.25. num.30. & seqq. item nu. 40. & seqq. Matth. Berlich. practic. conclus. part. 2. conclus. 38. num. 9.10. & seqq. Item num. 17. & seqq. August. Berous cons. 193. nu.21. & seqq. vol.1. Ernest. Cothman. cons. 52. nu.119. & seqq. & inprimis nu.259. & seqq. vol.2.* ubi statuit, hodie usuras quincunces de mutuo, ut interesse certum & taxatum, tamdiu præstare, donec duret obligatio, etsi ad centum vel mille annos duraverit.

Ita pariter † judex petitori interesse de interesse regulariter non adjudicabit, quoniam interesse & usuræ paribus dicuntur ambulare passibus, & argumentatio ab usuris ad interesse procedit, *gloss. in l. non utique 2. §. grani. 6. in verb. per usuram. ff. de administrat. rer. ad civitat. pertinent.* Usuræ autem usurarum non debetur nec exigi possunt. *l. ut nullo modo. 28. C. de usur.* adeoq; accessio de accessione deberi nequit. *l. neq; eorum. 15. & l. placuit. 29. ff. de usur. & fructib. l. hæres furiosi. 51. §. ult. ff. de petit. heredit. l. ult. ff. de Magistrat. conveniend. l. si non sortem. 26. §. supra duplum. 1. ff. de condiction. indebit. l.1. C. de Fiscal. usur. lib.10.* ne ex immodica & illicita computatione eveniat, ut commodorum commoda incrementum faciant, uti loquitur *Vlpian. in l. non utiq;. 2. § si indemnitas. 5. ff. de administrat. rer. ad civitat. pertinent.* aut excessus interesse de interesse in infinitum fiat, contra *d. l. unic. C. de sentent. quæ pro eo quod interest proferunt. Decius in cap. cum venerabilis. 6. n.14. versic. sed retenta communi opinione. ext. de exception.* 47

ption. Alciat.lib.6.parerg.cap.15. Alex.Trentacinq.variar.resolut.lib.1.resolut.1. de interesse n. 38 pag.mihi.209. Ant.Gabriel cōmun. opinion. tit.de solut.conclusion.10.n.7. & seqq. Vincent. de Franchis decision.254.n.13. Ruinald. jun. cons.166.n.15.vol.2. Ruin.cons.55.n.15.& seqq. vol.2. Bonifac. Ruger. consil.60.nu.44.vol.1. Ioan.Vincent. Hondedi cons.50.n.28.lib.1.Ioan. Baptista Lup.in tract.de usur.comment.1.§.6.n. 120.Bolog.in d.l.un.n.123.& seqq.C.de sentent. quæ pro eo, quod interest, profer. Benev. Stracha in tr.de mercat.tit.de contract.mercat.n.4. Wildb. Antonii de rescr.morat.concl.63.n.124.

48 Quod idē † tamē iterum fallit, & interesse de interesse cū effectu tam peti, quàm in singulos ēt annos creditori adjudicari potest, quādo interesse certū & taxatum est, atq; ita nō accessoriè, ad aliud interes-
49 se, sed principaliter debetur, puta † si socius adhibuerit moram in solvēdo lucro societatis, eaq; pecunia usus fuerit, tum enim usuras hujusmodi lucri loco interesse tanquā de sorte principali præstare teneretur, *l. socium qui in eo. 60. in princ. ff. pro socio, uti habet glossa ad hunc ipsum textum, & Iacob. Cujacius in paratit. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest proferunt.*

50 Item † si conditio personarum & debiti mutata fuerit, puta si fidejussor seu alius etiam pro altero sortē & usuras seu omne interesse solverit, vel etiam ab alterius creditore sortem & interesse acceperit, tum enim mutatio & alternatio ista personarū & ipsiusmet debitori hoc efficit, ut quod in persona prioris debitoris fuit interesse, ex persona solventis seu accipiētis incipiat esse sors & pensiones seu interesse, de solutā seu accepta totā sūma præstandum sit, *l. tutor. 7. §. si usuras exact. is. 12. & l. qui negationē. 58. §. ult. & ibi etiam Gothofred.* ubi ait, quod tutor exegit ab alio nomine usurarū, ei sortis loco est, *ff. de administr. & peric. tutor. & curator. gloss. in l. 1. C. de dol. mal. & in l. creditor. 12. § si prior. 5. ff. qui potior. in pign. habeant. Vincent. de Franch. decis. 254. n. 15. Gaspar Roderic. in tract. de ann. reditib. lib. 3. quæst. 7. n. 28.*

Præcipuè † verò etiam interesse de interesse præstatur, & prius loco sortis est, 51
quando interesse lege vel constitutione aliqua definitum & taxatum est, veluti in *ordin. polit. Carol. V. Imp. de Anno 1548. sub tit.* von wucherlichen Contracten, *junct. Recess. Deput. Spirens. de An. 1600. §.* Ferners ist biß anhero &c. super cōtractu annuorū redituum saluberrimè constitutum est, ut annui isti reditus quincunces usuras nō excedant, & loco mercis sint, sors verò seu pecunia credita loco precii sit, & non nisi volente debitore, seu ad moram ejusdem repeti possit, *And. Gail. & ibi etiā Bernh. Greve. obs. 7. lib. 7. per tot.* veluti pari ratione etiam in *d. Deput. Recess. Spirens. de Anno* 1600. *sub fin. §.* So viel nun diesen / noch zu dem Eingang jtzigen Abschieds, *in med.* sancitū est, quod per universum Imperium Romanum cuivis creditori pro sorte debita ex quocunq; cōtractu, usuræ quincunces tanquā licitę & moderatæ loco interesse, sine ulla ulteriori probatione & liquidatione interesse, quàm creditor hoc juris cōmunis beneficium eligendo effugere potest, adjudicari possit. *Dn. Card. Tusch. pract. concl. tom. 4. lit. I. concl. 308. n. 15. & seqq. Matth. Berlich. pract. concl. part. 2. concl. 38. nu. 9.* Cujusmodi in casibus si interesse loco sortis seu certum & taxatum sit, atq; ita principaliter etiam debeatur, aliud adhuc interesse primi, secundi, tertii & ulterioris tam lucri cessantis quàm damni

Ss 3 emer-

emergentis creditori petenti adjudicari posse, preter jam allegatos Interpretes etiam tradunt *Hieronym. Cagnol. ad d. l. tu. n. 46. circa fin. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest, proferunt. Dom. Card. Tusch. pract. var. conclusion. tom. 4. lit. I. concl. 310. num. 1. & seqq. Menoch. lib. 2. arbitrar. jud. qu. cas. 119. num. 17. & seqq. Alexand. Trentacinq. lib. 1. variar. resol. sub tit. de interesse resolut. 1. num. 37. pag. mihi.* 208. *Anton. Faber de variis numor. debitor. solution. cap. 23. in fin. Matth. Berlich practicar. conclusion. part. 2. conclus. 38. num. 33. & 34. Bursat. consil. 68. nu. 42. lib. 1. Roderic. in tract. de ann. reditib. lib. 3. quæst. 7. n. 28. vers. secundo limita. Rota Genuens. decis. 18. n. 16. ubi ita per Senatum Ducis Sabaudiæ refert fuisse judicatum.* & inprimis latè & eleganter in utramq; partem decidendo & resolvendo *Ernest. Cothmann. resp. vol. 52. num. 293. & seqq. usque ad num. 327.*

52 Quorum sententia † etiam sequenti sententia supremi judicii Cameræ Imperialis approbata est, quæ ita habet. In Sachen Fælicitas Meltenheimerin und Consorten Klägern eins / entgegen und wider Herrn Philipsen / Graven zu Leiningen / Westerburg & Consortes, Beklagte / andern Theils Appellationis, Ist allem Vorbringen nach zu Recht erkant / daß gedachte Beklagte ihnen Klägern 1000. Gülden Rheinisch in Golt / mit tausent Goltgülde schwere von Gewicht / widerumb abzulegen / auch wie von Anno 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. und 73. verfallene pensiones mit Rheinischen Goltgülden / und von solchem Interesse gebührende Interesse zu entrichten und zu bezahlen schuldig seyn sollen / Als wir sie darzu / sampt dem Gerichtskosten / derowegen uffgelauffen / ihnen Klägern / nach Richterlicher Messigung zu entrichten und zu bezahlen / schuldig erthellen.

QUÆSTIO SECUNDA, DE EXPEDIENDA NUMORUM debitorum solutione, si ex parte debitoris seu quandoq; creditoris etiam, præscriptio seu observantia à tempore contractus seu dispositionis intervenerit?

EIUSDEMQUE SECTIO Prima.

Quatenus & in quantum ipsa sors seu capitale unà cum accessionibus, cumprimis verò præstationes annuæ, seu census & reditus annui, præscribantur vel minus?

SUMMARIA.

1 *Divisio hujus secundæ quæstionis classis quartæ in tres principales casus seu sectiones.*

2 *Sors uno eodemq; tempore non per vices aut præstationes annuas debita, & interea non soluta, longissimi temporis præscriptione, una cum accessionibus, fructibus & usuris tollitur.*

3 *Bonæ fidei probatione in longissimi temporis præscriptione, opus non est, sed eadem intervenisse præsumitur.*

4 *Titulus etiam in longissimi temporis præscriptione intervenisse præsumitur, nec probatione indiget.*

5 *Bonæ inprimis fidei & tituli præsumptio in longissimi*

longissimi temporis præscriptione; non juris & de jure, sed juris tantum est, quæ probationem in contrarium admittit.

6 *Reditibus & præstationibus annuis seu menstruis ex aliqua re debitis & diu non solutis, an longissimo tempore præscribi possit; non una Interpretum nostrorum est opinio.*

7 *Reditibus seu præstationibus annuis, diu non solutis tam præteritis quam futuris longissimo tempore præscribi, plurimi statuunt Interpretes.*

8 *Principali actione per præscriptionem longissimi temporis sublata, super præteriti temporis usuris vel fructibus, nulla potest amplius moveri quæstio.*

9 *Præscriptionis [illegible] præstationum & præstationum [illegible] annuarum non à singulis annis, sed à primo anno quo cessatum est, desumitur.*

10 *Præscriptio annuarum præstationum ex contractu puro vel conditionali debitarum intra tempus [illegible] obligationis seu ex [illegible] conditionis, & tempus cessatæ solutionis computanda est.*

11 *Principali actione pro consequendis annuis reditibus semel extincta, eadem quoad hujus vel illius anni præstationem, reviviscere nequit.*

12 *Præstationibus annuis æquè ac servituti usufructus præscribitur.*

13 *Præscriptione quadragenaria interveniente, etiam quarta decimarum & funeralium seu oblationum defunctorum, amplius peti non possunt.*

14 *Annuis præstationibus etiam ex ultima voluntate debitis præscribi potest.*

15 *Annuas præstationes seu reditus annuos ex contractibus debitos una eademq; præscriptione simul tolli, sed ad tollendum annuos reditus, ex ultimis voluntatibus debitos, singulorum annorum & plures præscriptiones requiri, alii Interpretes statuunt.*

16 *Annuarum præstationum ex ultima voluntate seu ex legati titulo debitarum primi anni legatum tantum purum, cæterorum verò & subsequentium annorum legatum conditionale esse censetur.*

17 *Annuas præstationes, sive ex contractu sive ex ultima voluntate debeantur, non unâ simultanea præscriptione tolli, sed singulorum annorum, seu tot præscriptiones requiri, quot sunt anni desiderati, verior est sententia.*

18 *Præscriptio quælibet civilem & veram possessionem desiderat, sine quâ nec inchoari, nec currere, nec compleri potest.*

19 *Præscriptio non inchoatur vel currit ei, qui non valet agere.*

20 *Actio adversus neminem intentari potest, cum effectu, nisi conditio extiterit, seu dies, simul venerit & cesserit*

21 *Annua legata ad singulos annos debita non unum sed plura sunt, ac proinde pro iisdem consequendis singulas actiones intentari & pro iisdem tollendis singulas præscriptiones compleri oportet.*

22 *Annuæ & menstruæ præstationes, ut tollantur & deberi desinant, totidem præscriptiones requiruntur, quot sunt præstationes annuæ, sive ex ultima voluntate, sive ex contractu debeantur, nihil interest.*

23 *Annui census & tributa etiam annua, in signum recognitionis dominii & superioritatis debita, tot præscriptiones requirunt, ne debeantur, quot sunt anni, quibus debentur.*

24 *Decimæ etiam regulariter præscriptioni non sunt obnoxiæ, sed ut deberi desinant, adversus singulorum annorum decimas, præscriptionem*

ptionem quadragenariam completam esse oportet.

25 *Praestationes annuae quae sub pacto de retrovendendo debentur, praescriptioni non sunt obnoxia.*

26 *Pensiones annuae & mercedes, quae à conductoribus pro rebus locatis Dominis earum praestantur, non praescribuntur.*

27 *Reluendi pignoris juri tanquam rei merae facultatis, ob defectum possessionis civilis, ex parte creditoris adversus debitorem nunquam praescribi potest.*

28 *Principali actione ad praestationes personales per praescriptionem sublata, etiam usurae pensiones & fructus sublata censentur tanquā accessiones, nec separatim peti possunt.*

29 *Praestationes annuae reales, singulis annis ex certa re debitae, singulas requirunt actiones, & totidem etiam praescriptiones, ut deberi desinant.*

30 *Principali sublato, etiam corruunt accessoria, & sorte praescripta seu extincta, usurae & pensiones etiam praescriptae censentur.*

31 *Praescriptio cujuslibet actionis à tempore nativitatis ejusdem inchoatur, & proinde ad tollendum debitum annuarum praestationum ex certa re promissarum, tot praescriptionibus opus est, quot sunt anni, quibus debentur.*

32 *Annuae praestationes personales una praescriptione cum debito principali extinguuntur, sed ad tollendas annuas praestationes reales tot praescriptionibus opus est, quot sunt actiones, quae pro iisdem consequendis competunt.*

33 *Annuae praestationes in quibusdam tantùm, non in omnibus usuifructui comparantur.*

34 *Cap. de quarta. 4. extr. de praescription. expositio & concordantia cum aliis textibus.*

35 *Legatum alimentorum, exemplo aliorum legatorum annuorum, quoniam personae legatarii cohaeret, ad heredes legatarii trāsmitti nequit.*

36 *Annua legata non pura sed conditionalia sunt, & uti singulis annis cedunt, ita etiam singulis annis debere incipiunt.*

37 *Annuae praestationes ex contractibus debitae, una praescriptione tolluntur, si pro iisdem una cum sorte seu debito principali consequendis, una etiam actio competat, si verò pro iisdem consequendis plures competunt actiones, pluribus etiam praescriptionibus opus est.*

38 *Annuarum praestationum debitum, praescriptione centum annorum, omninò extinguitur.*

39 *Praescriptio centenaria omnium maximè privilegiata est.*

40 *Annuarum praestationum debitum per praescriptionem longissimi temporis etiam extinguitur, si petitor earum ad recusationem primam debitoris, à tempore illius primae cessationis iterum 30. vel 40. annos praeterlabi passus fuerit, & postea demū agere voluit.*

EX circumstantiis † extrinsecus intervenientibus, propter quas numorum debitorum solutio variare potest, etiā est praescriptio & observantia, qualis exinde subsequēs variatio, ad hosce tres principales casus reduci potest. Primò quid juris quoad solutionem numorum debitorum expediendam sit, si quoad solvēdam ipsammet sortem debitam, praescriptio intervenerit, deinde si praescriptio completa, non quoad ipsummet debitum, sed quoad modum tantum solvendi, in debitore fortassis aut diversa pecunia seu moneta allegetur; & deniq; seu tertiò si quoad modum solvendi, non com- 1

completa præscriptio sed observantia solum prætendatur.

2 Priori † igitur casu, quantum præscriptionem ipsiusmet sortis seu debiti principalis attinet, si illud uno eodemq; tempore non solum exortum sit, sed etiam totum seu per partes separatas uno & præfinito tempore non per vices annuas debeatur, aut in annuas præstationes divisum fuerit, si per triginta annos à tempore faciendæ solutionis cessatum sit, hujusmodi sorti & ad eam consequendam competenti actioni jugi triginta & in tanto magis quadraginta annorum silentio omnino præscribitur, *l. sicut. 3. & l. omnes. 4. C. de præscription. 30. vel 40. annor.* etiam cum omnibus accessionibus, puta usuris & fructibus, *l. eos, qui. 26. in fin. princ. ibi:* principali enim actione non subsistente, satis supervacuum est, super usuris vel fructibus adhuc invicem cognoscere *C. de usur. Schneidw. num. 3. & Dd. ad princ. Instit. de perpet & temporal. action. Andr. Gail. lib. 2. observat. 18. num. 2. Menoch. lib. 3. præs. 25. n. 5. Wesenb. in paratit. ff. de usurpation. & usucapion. num. 7. & inprimis Matth. Coler. ad capit. auditis. 15. num. 17. extr. de præscription. Zanger. de exception. part. 3. cap. 10. num. 188.* qui ambo tradunt, in præstationibus personalibus seu usuris, quæ dependent à sorte principali tanquam membra à capite, cui infixa sunt, eidemq; inseparabiliter cohærent, & pro quibus consequendis, hoc est, tam sorte quàm usuris, unà tantùm actio competit, *l. si deposita. 4. ibi: Non enim duæ sunt actiones, alia sortis alia usurarum sed una. C. deposit. vel contr.* principali actione per præscriptionem extincta, usurarum quoq; & pensionum tanquam accessionum petitionem cessare. *d. l. eos, qui. 26. C. de usur.*

Quod † usq; adeò verum est, ut in hujusmodi longissimi temporis præscriptione bona fides, sine qua aliâs cumprimis de jure Canonico nulla præscriptio consistit, *cap. vigilanti. 5. & cap. quoniã omnes ult. extr. de præscription. cap. possessor. 2. de reg. jur. in sexto. Bald. de præscript. part. 2. partis tertiæ princip. quæst. 13. Fichard. consil. 13. n. 17. vol. 2. Menoch. cons. 231. n. 40. lib. 3. cum similib. apud Wilhelm. Antoniu de rescript. morator. conclus. 58. n. 18. Mynsinger. cent. 4. observ. 6. Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 24. num. 38. Natta consil. 192.* intervenisse præsumatur, nec alleganti eam, probatione bonæ fidei, uti in præscriptionibus longi & brevioris temporis, opus sit, *Bartol. in l. pen. C. de long. temp. præscription. & l. non ex eo. pen. C. de evict. Didac. Covarruv. in cap. possessor. 2. part. 2. §. 8. num. 3. & 4. de reg. jur. in sexto. Menoch. lib. 2. arbitrar. judicior. cas. 43. num. 3. & in tract. de recuperand. possess. remed. 13. num. 70. & de præsumpt. lib. 3. præs. 130. num. 11. Riminald. Iun. cons. 23. n. 194. Herman. Vultej. cons. Marpurg. 17. n. 68. vol. 1. & consil. 30. n. 174. vol. 2. & consil. 21. n. 97. vol. 3. Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 24. num. 42.* 3

Quod etiam † in hujusmodi longissimi temporis præscriptione 30. vel 40. annorum de ipsomet præscriptionis titulo procedit, utpote qui non minùs atque bona fides in ipsamet intervenisse præsumatur, nec probatione ex parte præscribentis indigeat, *argum. cap. cum Ecclesia Sutrina. 3. extr. de caus. possess. & proprietat. Felin. in cap. si diligenti. 17. col. 5. in secund. restrict. extr. de præscript. Matth. Coler. ad cap. quoniam. fin. num. ult. extr. de præscript. Iacob. Thoming. decision. 33. num. 6. in fin. item num. 7. 8. & seqq. Petr. Heig. quæst. part. 1. quæstion. 16. num. 55. & seqq.* 4

Tt Cujus-

5 Cujusmodi † tamen cumprimis bonæ fidei præsumptio in hujusmodi longissimi temporis præscriptione, non juris & de jure est, quæ omnem probationem in contrarium excludit, sed de jure tantum est, quæ probationem in contrarium admittit, & ei, adversus quem præscriptio allegatur, liberum relinquit, docere, ex parte præscribentis malam fidem intervenisse, *Andr. Rauchb. part. 2. quæst. 28. nu. 36. & seqq. Petr. Heigd. quæst. 16. num. 58. & seqq. part. 1. consult. Saxonic. tom. 1. part. 5. quæst. 15. num. ult. & tom. 7. part. 5. de variis casibus, quæst. 13. n. 1. & seqq. Berlich. part. 2. conclus. practica. conclus. 4. nu. 28. & 29.*

6 Atq; † hæc quidem in debita pecunia, quæ tota vel secundùm partes divisas, uno eodemq; tempore debetur & solvenda est, indubitatò obtinent, sed utrū præscriptio pariter etiā obtineat, si debitum menstruum aut annuum fuerit, hoc est, in singulos annos seu certos menses in futurum aliquid, non ut accessio seu usuræ & interesse, sed ut principale debitum, cumprimis reale ex aliqua re solvendum sit, adeoq; utrum annuis etiam præstationibus seu annuis reditibus inprimis realibus præscribi possit, ne post completam præscriptionem temporis longissimi amplius debeantur, & tunc prorsus peri nequeant, non æquè certum est, sed Interpretes nostri opinionibus suis inter sese variant.

7 Primâ † Interpretum cohors est, quæ statuit exemplo præcedentis summę uno codemque tempore debitæ, annuis & menstruis præstationibus, nō solùm præteritis, sed etiam futuris præscribi, & pro iisdem omnibus tollendis, si à prima cessatione, qua quis census vel annuas præstationes solvere cessavit, triginta vel quadraginta anni sint elapsi, unam præscriptionem sufficere, eandemq; sententiam indistinctè obtinere, tam in præstationibus provenientibus ex ultimis voluntatibus quàm in reditibus & præstationibus annuis ex stipulationibus & cōtractib. inter vivos descendentibus, quæ opinio fuit *Bulgar. gloss. Azonis Bartol. Bald. Salycet. & aliorum ad l. cum notissimi. 7. §. in his etiam ult. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Bartol. Dn. Paul. de Castro, Alexand. & Imol. in l. de pupillo. 5. §. si in pluribus. 16. ff. de nov. oper. nunciation. Panormit. in cap. audiris 15. col. penult. & ibi etiam gloss. ext. de præscription. Iason in l. si Stichum. 16. § stipulatio. 1. num. 1. ff. de verb. obligation. Schneidw. ad rubric. Instit. de usucap. nu. 24. Wurmser lib. 1. observat. tit. 45. observat. 5. num. 1. 2. 3. & num. ult.* Zanger. *de exception. part. 3. cap. 10. nu. 188. ubi tamen num. seq. 189.* subjicit, hanc opinionem in præstationibus realibus non procedere. *Cardin. Tusch. tom. 6. practic. conclus. lit. P. §. præstatio annua præstatur, Frider. de mandat. judicial. lib. 2. cap. 74. num. 16. & seqq. Hieronym. Schurff. consil. 10. num. 12. & seqq. vol. 1.* Henning. Goden *cons. 70. num. 36.* ubi ait, sicut obligatio & jus annui reditus seu præstationis annuæ simul & unico tempore oritur, licet differatur in diem exactio, ita etiam pariformiter simul incipit præscriptio contra debitum annuum, &c. Et horum Doctorum sententiâ etiam confirmata est *in Constitutionibus Saxonic. part. 2. constitution. 2. ubi etiam Daniel Moller. in comment. ad eand. constitution.*

Rationes dubitandi.

8 Pro † quorum sententia confirmata Primò facit, *l. eos qui. 26. in princ. C. de usuris,* ubi

ubi Imperator Justinianus hunc in modum scribit, eos, qui principali actione, per exceptionem triginta vel quadraginta annorum, sive personali sive hypothetica ceciderunt, jubemus, non posse super usuris & fructibus præteriti temporis aliquam movere quæstionem, dicendo ex hisce temporibus eas velle sibi persolvi, quæ non ad triginta vel quadraginta prę teritos annos referuntur, asserendo singulis annis, earum actiones nasci, principali enim actione non subsistente, satis supervacuum est, super usuris vel fructibus adhuc judicem cognoscere. Hactenus Imperator. Ex quibus ipsiusmet Imperatoris Justiniani verbis luculenter apparet, quoad usuras seu præstationes annuas, singulis annis actiones non nasci, sed præscripta sorte seu debito principali, etiam actiones pro usuris vel fructibus tanquam accessoriis, una præscriptione censeri sublatas.

2. *Ratio dubitandi.*

9 Deinde † hæc sententia etiam confirmatur per *l. si quis emptionis.* 8. §. *exceptionem. fin. C. de præscription.* 30. *vel* 40. *annor.* ubi itidem Imperator Justinianus hunc in modum rescribit: Exceptionem etiam triginta vel quadraginta annorum in illis contractibus, in quibus usuræ promissæ sunt, ex illo tempore initium capere sancimus, ex quo debitor usuras minimè persolvit. Ex quo ipsiusmet Imperatoris rescripto iterum liquidò constat, quod initium præscriptionis usurarum seu pensionum & præstationum annuarum, non à singulis annis, sed à primo anno, quo cessatum est, desumetur.

3. *Ratio dubitandi.*

Tertiò † hujusmodi opinio etiam 10 probatur ex ejusdem Imperatoris Justiniani Constitutionibus *in l. cum notissimi.* 7. §. *illud autem.* 4. *C. eod. tit. de præscription.* 30. *vel* 40. *annor.* ubi Imperator ita rescribit: Illud autem plus quam manifestum est, quod in omnibus contractibus, in quibus sub aliqua conditione vel sub die certa vel incerta stipulationes & promissiones vel pacta ponuntur, post conditionis exitum vel post institutæ diei certæ vel incertæ lapsum præscriptiones triginta vel quadraginta annorum, quæ personalibus vel hypothecariis actionibus opponuntur, initium accipiunt. Unde evenit, ut in matrimoniis, in quibus redhibitio dotis vel ante nuptias donationis in diem incertam mortis vel repudii differri solet, post conjugii dissolutionem earundem curricula præscriptionum, personalibus itidem actionibus vel hypothecariis opponendarum initium accipiant. Ex quo rescripto Imperatorio iterum plus quàm manifestum, non solùm in actionibus in personam, sed etiam in actionibus in rem, pro quolibet debito repetendo seu consequendo competentibus à tempore cessationis in obligationibus puris, in non puris verò obligationibus, à tempore existentis conditionis, vel adventus diei, pro tollendis istiusmodi actionibus per præscriptionem longissimi temporis, tempus istiusmodi præscriptionis & non à singulis annis in futurum computari.

4. *Ratio dubitandi.*

Quartò † hæc etiam sententia exinde 11

confirmatur, licet plures anni sint, pro quibus pensiones debentur, quod tamen una eademque sit stipulatio, *l. si Stichum. 16. §. stipulatio. 1. ff. de verbor. obligation. l. Senatus. 35. §. sed qui mortis. fin. ff. de mort. caus. donation.* imò licet plures obligationes essent, quod tamen non est, attamen unâ solum actione pro omnibus & singulis annuis pensionibus consequendis utendum esset, *argument. l. plura delicta. 53. ff. de obligation. & action. l. cum duobus. 52. §. si plures. 14. ff. pro socio, l. heredes. 25. §. de pluribus. 3. ff. famil. hercifcund.* At verò ex una eademque obligatione una etiam regulariter oritur actio, *argumento l. centum Capua. 8. ff. de eo, quod cert. loc. l. Ædiles ajunt. 38. §. si plura. 12. ff. de ædilit. edict. l. ult. sub fin. C. de duob. reis,* à tempore nativitatis ejusdem præscriptio adversus eam currere incipit, *l. 1. §. ne autem imperfecta. ult. ibi: nisi ex quo actionem movere potuerint, C. de annal. exception.* & pro natura rei petitæ lapsu 30. vel 40. annorum finitur, *l. sicut, 3. & l. omnes, 4. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* in quibus manifestissimis verbis definitum est, quod omnis actio, tam in rem quam in personam 30. vel 40. annorum jugi silentio extinguatur, ita ut nec res nec jus aliquod ampliùs postulari queat. Unde iterum consequens est, totali actione pro consequendis annuis præstationibus per præscriptionem longissimi temporis semel elisa & extinctâ, eandem postea quoad hujus vel illius anni præstationem in futurum competere seu reviviscere non posse, *argumento l. qui res suas. 98. §. aream. 8. versic. nec admissum est, ff. de solution. & liberation. & d. l. eos, qui. in fin. princ. C. de usur.*

5. Ratio dubitandi.

Quinta † dubitandi ratio est, quod 12
reditus & præstationes annuæ instar ususfructus sint, *argumento l. post quod. 3. ff. de usufruct. ear. rer. quæ us. consumunt. Cujac. in fin. tractat. sui ad African.* ubi usuras quasi usumfructum nominat. At verò ususfructus & quælibet servitutes præscribuntur, *l. ult. in fin. C. de præscription. long. tempor. l. corruptionem. 16. C. de usufruct.* Ergo præstationibus annuis etiam præscribi potest.

6. Ratio dubitandi.

Sextò † sententia hæc etiam jure Ca- 13
nonico recepta videtur, per *text. in cap. de quarta decimæ. 4. extr. de præscription.* in quo Alexander 3. Pontifex Romanus Salernitano Archiepiscopo rescribit, quod quadragenali præscriptione etiam quartæ decimarum & funeralium seu oblationum defunctorum adversus Episcopum excludantur, & debitores à præstatione earundem immunes reddantur, si præscriptione temporis 40. annorum sese tueri possint, modò pastoralis sedes, cui debebantur, interea non vacaverit, seu pastore caruerit, qui easdem exigere potuisset. Ex quo Pontificis Romani rescripto apparet, vel de jure etiam Canonico præstationibus annuis præscribi posse.

7. Ratio dubitandi.

Septimo † hanc sententiam etiam 14
procedere in ultimis voluntatibus suadere videtur, *l. si cum præfinitione. 20. ff. quand. dies legator. vel fideicommiss. ced,* in

qua

quâ Jurisconsultus Marcianus respondet; Si Titio dena usque ad annos decem legata fuerint, quod ille plures pensiones singulis annis usque ad decimum præstandis, pro legato puro habeantur, & ad heredem legatarii ante decimum annum mortui, exemplo legati puri transmittantur, & is futurorum adhuc annorum pensiones legatas petere possit; nisi fortè illæ pensiones alimentorum nomine relictæ sint, tum enim legatum istud tacitam habere annexam conditionem, si legatarius vixerit, & proinde tali casu legatum istud alimentorum ad legatarii heredem non transmitti, sed defuncto legatario cessare, *l. si cum. 4 l. quod pure datum. 6. & d. l. si cum præfinitione. 20. ff. quandò dies legator. vel fideicommiss. cedat.* Unde iterum consequitur, vel legata etiam annua non pro multiplici, sed pro uno legato haberi, eademque unâ eademque actione, modo dies legati cessa sit, peti posse, *argumento l. si dies apposita. 21. in princip. ff. quand. dies legator. vel fideicommiss. ced.*

15 Et tantum † de primâ hujusce quæstionis opinione dixisse sufficiat, consequitur nunc altera seu secunda aliorum tam antiquorum, quàm recentiorum Interpretum opinio statuentium, prædictam Bulgari & sequacium opinionem obtinere in præstationibus annuis, quæ ex stipulatione & contractibus inter vivos proveniunt seu debentur, quales cum ex una eademque obligatione debeantur, easdem etiam una eademque præscriptione pro annis præteritis & futuris tolli, per sex priores dubitandi rationes ad primam opinionem recensitas, & inprimis per *l. Senatus. 35. §. sed qui mortis. ult. ff. de donation. mort. caus.* ubi. Jurisconsultus Paulus respondet; quod is qui vel mortis causa in annos singulos pecuniam stipulatus est, non sit similis ei, cui in annos singulos legatum est, sed in singulos annos ex stipulatione promissi unam causam esse censeri, atque sic una etiam præscriptione perimi posse, legata verò plura esse, & proinde plures etiam præscriptiones requiri, atque sic quoad prius distinctionis membrum nimirum quoad præstationes annuas ex contractu debitas, cum allegati etiam Doctores ad primam opinionem consentiunt: Quod si verò annuæ præstationes seu annui reditus non ex obligatione seu contractu inter vivos debeantur, sed ex ultimâ voluntate dependeant, tum unam præscriptionem pro talibus ex ultima voluntate debitis annuis præstationibus non sufficere, sed tot præscriptiones requiri contendunt, quot sunt anni seu præstationes annuæ, Quam opinionem præter alios ab ipsis allegatos tuentur *Iohann. antiquus glossator in dict. l. cum notissimi. 7. §. in his. ult. & ibid. etiam Bald. num. unic. versic. concludo ergo, quod ubi debetur &c. C. de præscription. 30. vel 40. annor. Bartol. in l. de pupillo. 5. §. si in pluribus. 16. num. 2. in med. versic. recordor, quid dicebam, & ibidem etiam Iason num. 3. 4. & seqq. ff. de nov. oper. nunciation. Aymo Cravett. de antiquitat. tempor. part. 4. num. 34. §. Materia ista, & Francisc. Balb. in tractat. de præscription. part. 4. princip. quæstion. 4. num. 1. & seqq. Cardinal.*

Tusch. practicar. conclusion. tom. 6. lit. P. conclusion. 545. num. 1. & num. 4. Felin. & Iohann. Andr. in cap. auditis. 15. extr. de praescription. Boer. decision. 336. Tiber. Decian. respons. 10. num. 51. & seqq. vol. 1. & respons. 2. num. 39. & seqq. vol. 2. Leonin. consil. 43. Wesenbec. *consil. 2. num. 93. sub fin. vol. 1. Ioan. del Castillo Sotomajor part. 1. quotid. controvers. jur. de usufructu, cap. 67. num. 33. ubi plures autores congerit.*

16 Cujusce † distinctionis suae, & quod annuae praestationes ex ultima voluntate dependentes non aequè una praescriptione tollantur, atque praestationes annuae ex contractibus debitae, sed quod adversus legata annua, aliasque annuas praestationes ex ultima voluntate debitas & praescriptione tollendas, tot praescriptiones requirantur, quot sunt legata seu praestationes annuae tales, haec primaria & potissima est ratio, quod talium legatorum seu praestationum annuarum non unum sed plura, eorundemque primum tantùm seu primi anni legatum purum, reliquorum verò annorum praestationes omnes conditionales sint, *l. si in singulos annos. 4. & l. cum in annos singulos. 11. ff. de annuis legat. l. cum in annos. 10. ff. quand. dies legat. vel fideicommiss. cedat*, taliumque legatorum dies non semel, sed per singulos annos cedat: *l. nec semel. 12. in princ. ff. quand. dies legat. vel fideicommiss. cedat.* Quando igitur obligationi seu actioni conditionali antequam extiterit, non praescribi possit, *l. 1. §. fin. ibi: nisi ex quo actionem movere potuerint. C. de annal. exception.* ad tollenda istiusmodi plura legata per praescriptionem, plures etiam praescriptiones desiderabuntur: *d. l. cum notissimi. 7. § illud autem plus. 4. C. de praescription.* 30. *vel* 40. *annor.* In quo secundo distinctionis membro haec secunda opinio cum prima discrepat, & in sequenti tertia coincidit.

Restat igitur † nunc tertia & magis recepta opinio eorum interpretum, qui statuunt, ad praescribendas praestationes annuas tam ex contractibus, quàm ex ultima voluntate debitas, promiscuè tot requiri praescriptiones, quot sunt praestationes annuae, & uniuscujusque anni propriam ac peculiarem esse & remanere praescriptionem, usque adeò ut à die primae cessationis in solvenda pensione & praestatione annua praescriptio pro primo tantùm anno currere incipiat, in quo cessatum est, pro praescriptione verò secundi anni, in quo cessatum est, alia seu secunda praescriptio, pro tertii anni annua praestatione tertia etiam praescriptio, & sic in infinitum usque requiratur. Atque hinc si quis pro obtinenda praescriptione 30. annorum annui Canonis, eundem ab anno 1590. usquè ad annum 1625. utrinque inclusivè non solverit, debitor praescriptione quinque tantum annuarum praestationum de Anno 1590. 1591. 1592. 1593. & 1594. cessarum, à quibus tempus 30. annorum ad praescriptionem longissimi temporis necessarium effluxum est, frui, adversus verò praestationes annuas de caeteris annis, anno nimirum 1595. 1596. & seqq. usque ad annum 1625. debitas praescriptionem longissimi temporis 30. videlicet annorum, quoniam à cessatione earundem tantùm tempus non effluxit, allegare non poterit. Quam opinionem praeter complures alios amplexi fuerunt antiquus 17

quus Doctor *Martinus de Fano ad d.l. cum notissimi. 7. §. ult. & ibi etiam Dd. ultramontan. Iacob. de Aretin. Petr. Cyn. Raphael Fulgos. & Bald. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Guid. Pap. quæstion. 406. incip. pone quod debes &c. Boer. decision. 336. ad fin. Speculat. lib. 4. part. 2. tit. de præscription. §. 1. num. 13. ibi: quid ergo si colonus. latè & eleganter Matth. Coler. ad cap. auditis. 15. num. 12. & seqq. extr. de præscription. Petr. Surd. decision. 2.4. num. 12. Anton. Tess. aur. decision. Pedemontan. 114. incipit. census seu pensio. num. 1. & num. ult. Mynsing. cent. 3. observat. 13.* ubi refert, secundùm hanc sententiam aliquot vicibus in Camera Imperiali pronunciatum esse. *Andr. Gail. lib. 2. observat. 73. num. 1. & seqq.* ubi itidem testatur, hanc sententiam multis præjudiciis Cameræ Imperialis confirmatam esse. *Thoming. decision. 17. nu. 27. & seqq. Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 24. num. 7. & seqq. Hieronymus Treutler. vol. 2. disputat. 3. thes. 4. lit. C. in fin. Andr. Fachin. lib. 8. controversiar. cap. 99. Matth. Berlich. practicar. conclusion. part. 2. conclusion. 4. num. 10. & seqq. Iohann. Borcholt. de usur. & fruct. lib. cap. 4. num. 40. & seqq. Bernhard. Grevæus ad lib. 2. observat. Gail. observat. 73. & inprimis consideration. 1.* ubi præ aliis hujus quæstionis casum, à multis non probè seu satis & rectè intellectum eleganter explicat. *Bronchorst. 4. ἐναντιοφανῶν assert. 5. Matth. Stephani cent. 2. illustr. quæst. 35. Wilhelm Antonii de rescript. morator. conclus. 63. num. 23. & hanc sententiam Assessores Consistorii Palatinatus in quadam causâ tenuisse, se quamvis tum temporis dissentiente, refert Bernhard. Wurmbser. pract. observat. lib. 1. tit. 45. observat. 5. ad fin. Hænon. quæst. seu controversjur. disp. 6. thes. 15. Iacob. Thoming. vol. 1. consil. 7. num. 105. & seq. Everhard. sen. consil. 187. Georg. Everhard. vol. 2. consil. 45. Paul. Christina. vol. 2. decis. 95. & vol. 4. decis. 74. num. 3. 4.*

Rationes decidendi.

18 Pro quorum † sententia tanquam veriori & magis communiter recepta Primò facit, quod ad quamlibet præscriptionem inchoandam, continuandam & complendam vera & civilis requiratur possessio, *l. sine possessione. 25. ff. de usurpation. & usucapion. §. novissimè. 10. & §. diutina. 12. ubi Dd. communiter Instit. de usucap. & long. tempor. præscript. cap. sine. 3. de reg. jur. in sexto.* adeoq; tantum præscriptum esse censetur, quantum reperitur possessum, *l. 1. §. si quis hoc interdicto. 4. junct. §. Iulianus. 5. ff. de itiner. actuq. privat. cap. auditis. 15. & ibi etiam Felin. num. ult. item Coler. num. 14. §. contraria tamen opinio. extr. de præscription. Nicol. Everhard. Iuri consil. 9. num. 69. vol. 1. Everhard. Sen. consil. 13. num. 15. Sixtin. in tract. de regalib. lib. 2. cap. 18. num. 57.* At verò debitor in verâ vel quasi possessione annuarum præstationum, post inchoatam præscriptionem tantum est, quoad eas præstationes annuas, quæ jam cessæ sunt, non verò quoad præstationes annuas futurorum annorum, utpote, quæ adhuc exigibiles sint, & tanquam non cessæ, non etiam peti possint. *argum. l. cedere diem. 213. ff. de verbor. significat.* Qua de causa istiusmodi futuræ præstationes annuæ, tanquam non extantes, nulli etiam præscriptioni poterunt esse obnoxiæ, cùm non entis nulla sint accidentia, *l. ejus qui. 41. ff. de reb. credit.* & omnis privatio præsupponat habitum, *l. decem. 116. ff. de verbor. obligat.*

2. Ratio decidendi.

Secunda † decidendi ratio est, quod 19
non

non valenti agere, seu pro debito nondum exigibili nulla etiam currat præscriptio, *l.* 1. §. *ne autem imperfecta. fin. versic. quis enim eos incusare poterit, si hoc non fecerint, quod etsi maluerint, minimè adimplere lege obviante valebant. C. de annal. except. D. Theodor.* Reinkingk *de retract. consanguin. quæst. 7. n. 90. & 263.* Wilhelm *Antonii de rescript. moratar. conclus. 58. n. 13.* At verò in præstationibus annuis, licet præsentis anni exactio rectè fiat, attamen futurorum annorum præstatio eodem tempore citra captionem peti nequit, *l. eum qui ita. 56. §. qui ita stipulatur. 4. & §. qui ita. 5. ff. de verbor. oblig. l. cum notissimi. 7. §. illud. 4. C. de præscription. 30. vel*
20 *40. annor.* Siquidem † hoc omnibus obligationibus in diem & conditionalibus commune & quasi proprium est, ut ante diei adventum vel conditionis existentiam res debita exigi nequeat, *l. quotiens quis. 81. ff. de verbor. obligation. & l. Fulcinius. 7. §. si in diem. 14. ff. quib. ex caus. in possess. eat.* adeoque ad intentandam actionem ex obligatione in diem cum effectu diem non solùm venisse, sed etiam cessisse omninò necessarium est, *d. l. cedere. 213. versic. ubi quid in diem promissum est, cessit quidem dies, sed nondum venit dies, ff. de verb. sign.* Unde iterum consequitur, quod præscriptio etiam adversus annuas præstationes futuras, pro quibus actio nondum adhuc competit, nec inchoari, nec currere seu continuari possit.

3. *Ratio decidendi.*

21 Atq; † id ipsum pro decidendi ratione Tertia tantò magis, quoniam circa legata annua & præstationes annuas ex ultima voluntate debitas jure nostro indubitatò & manifestissimis verbis cautum est, quod istiusmodi legata seu præstationes non unum seu simultaneum & individuum, sed plura sint, *d. l. si in singulos annos. 4. & l. cùm in annos singulos. 11. ff. de ann. legat. & fideicommiss.* nec eorum dies semel tantum, sed singulis annis cedat, *d. l. nec semel. 12. in princ. & l. si cum heres. 4. ff. quand. dies legator. vel fideicomm. cedat*, & proinde talia annua legata seu præstationes annuas toties etiam, quoties dies eorum cedit, peti, & totidem etiam pro iisdem consequendis actiones institui, *argum. d. l. cedere diem. 213. ff. de verbor. signif. junct. l. senatus. 35. §. fin. ff. de donat. mort. caus.* & per consequens etiam totidē præscriptiones adversus istas actiones inchoari oporteat, *argum. d. l. cum notissimi. 7. §. illud. 4. C. de prescript. 30. vel 40. annor.*

4. *Ratio decidendi.*

Quartò † & postremò sententia hæc etiam confirmatur textu claro & expresso in *d. l. cum notissimi. 7. §. In his etiam promissionibus ult. C. de præscript. 30. vel 40. annor. in quo Imperator Justinianus hunc in modum rescribit:* In his etiam promissionibus vel legatis vel aliis obligationibus, quę dationem per singulos ānos vel menses, aut aliquod singulare tempus cōtinent, tempora memoratarū præscriptionum nōn ab exordio talis obligationis, sed ab initio cujusque anni vel mensis vel alterius singularis temporis computari manifestum est, nulla scilicet danda licentia, vel ei, qui jure emphyteutico rem aliquam per quadraginta vel quoscunque alios annos detinuerit, dicenti ex transacto tempore, dominium sibi in iisdem rebus quæsitum esse &c. In qua ipsiusmet Imperatoris Justiniani Constitutione legata annua, 22

annua, seu præstationes annuæ ex ultimis voluntatibus vel contractibus debitæ quoad multiplicandas præscriptiones secundùm numerum annuarum præstationum seu annorum & temporum, & quod ad singulas annuas præstationes tam ex legatis, quàm ex contractibus provenientes, singulari etiam præscriptione opus sit, tam clarissimis & eruditissimis verbis æquiparat, ut nulla vel subtiliori etiam interpretatione seu effugio potiùs eludi possint.

AMPLIATIONES.

23 Cæterùm † hæc cõclusio aliquot modis ampliatur, & primò quidem tantò magis obtinet in censibus & tributis, quæ debentur in signum recognitionis dominii & superioritatis, qualia ne quidem quadraginta annorum curriculo à tempore cessationis præscribi possunt, *l. comperit nostra.6.C.de præscript.30.vel 40.annor.gloss.in cap.constitutus,6 ext.de religios.domib.in verb.juxta ratam, Francisc. Balb.de præscript.part.1.part.5.principal.quæst.unic.sub fin. vers.quartus casus est, Felinus in cap. ad audientiam,13.num.20. vers. in quantum, ext.de præscript. Daniel Moller. in comment. ad constitut. Saxon.part.2.constitut.2.num.7. Rener.Budel. lib.1.de re monet.cap.24.num.36. Matth.Berlich.pract.conclus.4.num.17.18.19.& 20.lib. 2.ubi unà cum Daniel Moller. in comment. ad d. constitut. 2.num.* ad quoslibet etiam Principes Germaniæ, & Status Imperii Romani, Imperatorem superiorem recognoscentes: eò quòd in territoriis suis jura Imperatoria obtineant, extendit. *Confer Gerard. Maynard. lib.6. decis. Tholosan.34. n.5. vers.similiter quoq;.*

Ampliatio 2.

24 Quod pro † ampliatione secunda, hujusce conclusionis etiam procedit in decimis, quales de jure divino de fructibus seu frugibus terræ Ecclesiis & eorum ministris solvi debent, quales cùm itidem in signum universalis dominii non hominibus, sed Deo ejusdemque ministris debeantur, *cap. tua nobis, 26. circ. med. vers. nimis profectò videtur, & cap. cum non sit, 33. vers. cùm autem in signum universalis dominii ext. de decimis primit. & oblat.* etiam præscribi nequeant, & ne quidem quadragenariæ præscriptioni sunt obnoxiæ, *can. revertimini, 65. caus. 16. quæst. 1. junct. d.l. comperit nostra, 6. & ibi etiam Bald. num. 3. vers. sed numquid possint præscribi; &c. item Bartol. num. 1. vers. in argumentum, quod contra præstationem decimarum, C. de præscript. 30. vel 40. annor. Felin. ad cap. ad causam, num. 1. vers. tamen soleo respondere, & ibi etiam Hostiens. ext. de decim. Balb. de præscript. part. 3. partis 5. princip. quæst. 7. num. 2. item num. 5. & seqq. Gilken. in eod. tract. part 1. cap. 6. num. 188. & seqq. Matth. Berlich. pract. conclus. part. 2. cap. 4. nu. 24.* Cæterùm de præscriptione decimarum vide etiam *Alexand. Monet. in tract. de decim. cap. 5. num. 105. & seqq. Hackelman. disp. jur. Canon. 8. thes. 38. D. Helfric. Ulric. Hunn. disp. jur. Canon. 5. th. 48. ibiq; autores allegatos.*

Ampliatio 3.

Tertiò † conclusio hæc etiam ampliatur in reditibus & præstationibus annuis, quæ non simpliciter, sed sub pacto de retrovendendo debentur, quales cùm in mera facultate consistant, nulli etiã præscriptioni sunt obnoxiæ, *l. viam publicam, 2. ff. de via publ. & itiner. public. reficiend. part. 2. constitut. Saxon. constitut. 1. & ad eam etiam latè Daniel Moller. in commentar. ad constitut. 2. ejusd. part. num. 9. ubi elegans responsum exhibet, Mynf. cent. 1. observ. 16. & cent. 6. obs. 70. n. 21.* 25

Andr. Gail. lib. 2. observ. num. 4. & observat. 18. Cujac. in l. pignori rem acceptam, 13. de usucap. & in parat. C. de praescript. 30. ann. Elias Rober disput. 9. coron. 2. Boer. in centur. conclus. controvers. miscell. conclus. 24. Hœnon. quaest. seu controvers. jur. disp. 6. thes. 14. Zoannet. de empt. & vendit. num. 28. & seqq. Trentacinq. variar. resolut. lib. 3. sub tit. de empt. vendit. cap. 10. num. 5. & seqq. Arius Pinell. ad l. 2. part. 2. cap. 3. nu. 20. & seqq. C. de rescind. vendit. Zanger. de exception. part. 3. cap. 10. num. 189. Frider. lib. 2. de mandat. judic. cap. 37. nu. 15. Fachin. lib. 2. controvers. cap. 13. Gomez. lib. 2. variar. resolut. cap. 2. num. 28. Matth. Berlich. part. 2 pract. conclus. 65. n. 22. Wesenbec. cons. 2. n. 101. vol. 1. Consil. Marpurg. vol. 3. cons. 21. n. 257.

Ampliatio 4.

26 Quartò † conclusio haec etiam ampliatur in mercedibus seu pensionibus, quas conductores locatoribus pro rebus conductis quotannis praestant, quales cum res locatae à conductoribus non possideantur, sed detineantur solùm, & possessio vera seu civilis, sine qua nulla praescriptio procedit, penes locatorem sit, mercedes inde praestandae à conductoribus nunquam praescribi possunt, *l. malè agitur, 2. & ibi Dd. communiter, C. de praescript. 30. vel 40. annor. junct. l. fine possessione, 25. ff. de usurpat. & usucap. & cap. fine, 3. de reg. jur. in sexto. Matth. Berlich. pract. conclus. part. 2. conclus. 4. num. 21. Treutler. vol. 2. disput. 29. th. 4. lit. c.*

Ampliatio 5.

27 Quod ipsum † pro ampliatione quinta hujusce conclusionis etiam in jure retinendi pignoris, ut nimirū creditor fructus pignoris annuos semper consequatur, etiam obtinet, utpote quod debitor cum fructibus hujus solvendo debitum quotannis liberè possit, & à creditore tā quam res merae facultatis nunquam praescribi possit, tum quod actio pigneratitia nō nascatur, nisi debitum solutū, & proinde ante ejusdem existentiā seu nativitatē praescribi nequeat, *l. si rem alienam. 9. §. omnis pecunia, 3. ff. de pign. act.* tum verò etiā, quod creditor pignus civiliter non possideat, sed teneat tantum, *l. pignori rem, 13. in pr. ff. de usurp. & usucap. cum similib. congestis per Casp. Ludolp. in dissert. erudita de possess. th. 137.* sine qua civili possessione nulla praescriptio inchoari vel continuari potest, *l. fine possessione, 25. ff. de usurp. & usuc. ap. Costal. ad l. creditor, 12. nu. 19. ff. qui pot. in pign. hab. Donell. lib. 5. comment. cap. 15. Balb. de praescript. part. 4. part. 5. princip. quaest. 2. Mynf. cent. 1. obs. 16. Gail. lib. 2. obs. 18. n. 4. Berch. in tract. de usur. cap. 6. n. 11. Cujac. in parat. C. de praescript. 30. vel 40. annor. Bronchorst. cent. 4. assert. 4. Matth. Stephani cent. 2. quaest. illustr. 313. Arumae. exerc. 6. thes. 9. Hœnon. quaest. seu controvers. jur. disput. 6. thes. 13. ubi & dissentientes refert.*

Resolutio rationis dubitandi 1.

28 Ad primam † igitur dubitandi rationem desumptam ex *l. eos, qui, 26. C. de usur.* respondetur, per illam legem super usuris & fructibus principali actione per praescriptionem extincta, non licere amplius movere quaestionem, quoniam pro istiusmodi praestationibus personalibus, non nisi una actio competit, & quidem non sola pro usuris seu pensionibus & fructibus solum seu separatim, sed pro sorte & usuris seu fructibus simul, usque adeò, ut usuras & fructus tales separata & peculiari actione peti nequeant, sed sortem & usuras seu fructus tanquam accessiones principalis, una etiam principali actione peti oporteat, *d. l. si deposita, 4. ibi: non sunt*

sunt duæ actiones, alia sortis, & alia usurarum, sed una tantum, C. deposit. vel contr.

29 Quod secus † est in hoc nostro casu præstationum annuarum seu redituum, quales nō ab alio dependent, seu alterius principalis accessiones sunt, sed per se & tanquam principale debentur, & pro singulis eorum consequendis sub initiū cujuslibet anni singularis etiam nascitur actio, qualis actionum multiplicatio, una præscriptione tolli nequit, cum quælibet præscriptio strictè intelligenda sit, nec plus præscriptū censeatur, quàm possessū est, *c. auditis, 15. vers. quia tamen interruptionē, junct. vers. in cæteris, & ibi etiam Coler. nu. 10. ext. de præscript. in c. cum olim, 18. vers. quia prædictus, ibi: & etiam absolvendo legitima præscriptione munitum, Abbatem ipsum ab impositione tua super jam dictis articulis duximus absolvendum, &c. & ibi etiam Panormitan & Felin. ext. de præscript. Regner. Sixtin in tract. de regal. lib. 2. cap. 18. nu. 57. 58.* sed ad tollendas istiusmodi multiplices & singulares actiones, totidem etiam præscriptiones, quot earum actiones sunt, singulis præscriptionibus à tempore cujuslibet cessationis computandis necessariæ sunt, *d. l. cum notissimi, 7. §. in iis, ult. C. de præscr 30. vel 40. an.*

Resolutio ration. dubit. 2.

30 Pari modo † etiam secunda dubitandi ratio deprompta ex *l. si quis emptionis, 8. §. exceptionem, ult. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* diluitur, quod nimirum usuræ ex contractibus debitæ, itidem non ut principale, sed ut accessio debeantur, & actionis pro re petita principalis competentis præscriptio, à tempore cessationis usurarum numeretur, qua per lapsum longissimi temporis 30. nimirum vel 40. annorum, à tempore cessationis extinctà, non mirum est, debitum accessionum etiam pura usurarum & fructuum esse sublatū, cùm in jure nostro tralatitium sit, quod sublato seu cessante principali, simul etiam accessorium cesset, per vulgatum illud: *Et collapsa ruunt, subductis tecta columnis. junct. l. eos, qui, 26. in fin. C. de usur.*

Resolutio dubit. ration. 3.

Tertia † dubitandi ratio desumpta ex *l. cum notissimi, 7. §. illud, 4. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* eam prorsus invertendo & retorquēdo repelli potest. Quando enim in illo textu expressè cōtineatur, quod in obligationibus non puris, seu conditionalibus & in diem conceptis actiones nō competant, nisi post conditionis existentiam, vel diei adjectæ adventum, & proinde adversus tales actiones competens præscriptio ab eodem etiam tempore inchoanda & computanda sit; at verò hujusmodi præstationes annuæ, nō debeantur, nisi dies earundem solvendarum singulis annis advenerit, nec ante eam etiā exigi possint, adeoq; ad intentandā hujusmodi actionem cum effectu etiam nō solùm cessisse, sed etiā venisse oporteat, *d. l. cedere diem, 213. ibi: ubi quid in diem promissum est, cessit quidem dies, sed nondum venit, ff. de verb. signif.* consequens utique est, per hunc ipsummet textum allegatū *leg. cum notissimi, 7. § illud, 4. C. de præscription. 30. vel 40. annor.* toties præscriptionem ad extinguendam actionem hujus vel illius annui reditus per præscriptionem à tempore cessationis opus esse, quoties dies cujuslibet annui reditus advenerit, actio ex eodem nata, & 30. vel 40. anni à tempore cessationis in solvendo illo singulari annuo reditu elapsi fuerint, *d. l. cum notissimi, 7. §. fin. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* 31

Resolut. dubit. ration. 4.

32 Ad quartam † dubitandi rationem respondetur, distinguendo inter præstationes annuas personales, & præstationes annuas reales. Præstationes annuæ personales, quæ unà cum accessionibus suis, puta fructibus & usuris, ex uno aliquo contractu de persona debentur, illæ uti unà solum actione exigi possunt, *d.l. si deposita*, 4. *C. deposit. vel contr.* ita etiam una præscriptione à tempore cessationis tolli possunt, *l. Senatus censuit*, 35. §. *ult. in fin. ff. de mort. caus. donat. l. si Stichum*, 16. §. *stipulatio*, 1. *ff. de verb. oblig. junct. l. eos, qui*, 26. *C. de usur. & l. si quis emptionis*, 8. §. *exceptionem*, *ult. C. de praescript.* 30. *vel* 40. *annor.* Reales verò annuæ præstationes, quæ ex re & non de persona solum debentur, cum easdem singulis annis cedere & deberi oporteat, singulares etiam, pro iisdem consequendis competunt actiones, & proinde totidem etiam adversus eas, à tempore cessationis cujuslibet annui reditus, non uno eodemq; tempore inchoatis, sed successivis à tẽpore cujuslibet cessationis computatis præscriptionibus opus est, atque sic hic annuus reditus non ita præscribi potest, ne in futurum debeatur, quamvis de anno in annũ & pro singulis, pro quibus cessatur 30. annorum spacio, præscriptio procedat, *d.l. cum notissimi*, 7. §. *ult. C. de prescript.* 30. *vel* 40. *annor. Zanger. de except. part.* 3. *c.* 10. *n.* 188. & 18.

Resolut. dubit. ratio. 5.

33 Ad quintam † dubitandi rationem respondetur 1. licet præstationes instar ususfructus sint, attamẽ eas nõ esse ipsummet usumfructum. 2. Deinde licet ea, imò usuræ potius tanquam fructus civiles cum usufructu in nonnullis comparantur, attamen ista comparatio non fit aut fieri potest in omnibus. 3. Imò præstationes annuas principaliter singulis annis debitas nõ una præscriptione tolli, sed tot requiri præscriptiones, quot sunt ipsæmet præstationes & actiones pro iisdem competentes, disertè cautum est *in d.l. cum notissimi*, 7. §. *ult. C. de praescript.* 30. *vel* 40. *annor.*

Resolut. dubit. ration. 6.

Sexta † dubitandi ratio desumpta ex *cap. de quarta*, 4. *ext. de praescript.* diluitur respondendo, quod in eo textu, quarta decimæ & oblationis defunctorũ quadragenali præscriptione à tẽpore cessationis tollatur, quoniam eadem est instar ususfructus Ecclesiæ Episcopali instar personæ debiti, cujus reditus cum tanto tempore præstiti non sint, non mirum esse, quod instar ususfructus temporalis, in quo unica præscriptio sufficit, lapsu temporis quadragenarii præscripti sint, *arg. l. placet*, 25. *ff. quib. mod. ususfr. amittat.* siquidem aliud est promittere seu constituere alicui fructus hujus fundi singulis annis, quo casu stipulator habet actiones ad fructus singulis etiam annis, & aliud promittere alteri usumfructum, quo casu habet tantùm actionem consequendi usumfructum ad dies vitæ suæ, *arg. l. fundi Æbutiani*, 58. *ff. de usufr. legat. Alexand. in l. de pupillo*, 5. §. *si in pluribus locis*, 16. *ff. de nov. oper. nunciat. Felin. in cap. auditis*, 15. *col. ult. num. ult. ext. de praescript.* Deinde alii etiam respondent, quod in illo textu nõ expressis verbis dicatur, utrum Episcopus petierit quartam decimarum & oblationum de præteritis tantùm annis, quales lapsu 40. annorum à tempore cessationis revera præscripti fuerunt, an verò de annis futuris, 34

turis, quales propter defectum lapsus 40. annorum à tempore cessationis, præscripti non fuerunt. Quando verò posterior intellectus expressè refragetur, *d. l. cum notissimi, 7. §. in his, ult. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* in qua asseritur, futurorum annorum annuas præstationes & actiones ad eas competentes non præscribi, prior verò intellectus & expositio istius capitis *de quarta, 4. ext. de præscript.* cum illa lege probè congruit, quod nimirum pensiones præteritæ propter lapsum tanti temporis à tempore cessantis solutionis, quãtum ad præscriptionem necessarium est, præscriptæ sint, prior utique intellectus seu expositio illius capituli posteriori præferendus, & capitulum istud, ut cum aliis juribus concordet, secundùm sum accipiendum fuerit, *l. in ambigua voce legis, 19. ff. de legib. junct. l. si quando, 35. C. de inoffic. testam.*

Resolut. dubit. ration. 7.

33 Septima † prioris opinionis dubitandi ratio desumpta ex *l. si cum præfinitione, 20. ff. quando dies legat. vel fideicom. cedat.* refellitur, respondendo, quod differentia legati alimentorum & aliarum annuarũ præstationum in ratione transmissionis ad hæredem legatarii, non in eo consistat, quasi solum alimentorum legatum conditionale seu in diem sit, cætera annua legata minùs, sed in eo potius differentia illa vertitur, & legatum alimentorum ad hæredem transmitti nequit, quoniam personæ legatarii cohæret, eidemque sub hac tacita conditione relictum censetur, si vixerit, quod in cæteris legatis annuis secus est, qualia tempore legato præfinito, ante mortem legatarii non effluxo, ad hæredes legatarii transmittuntur, *d. l. si cum præfinitione, 20. ff. eod. tit.*

Alioquin † legata annua plura esse legata, & in singulis annis tanquam rem principalem deberi, singulisq; annis diẽ eorundem cedere, jure nostro tam evidens & manifestum est, ut nullo prætextu negari nequit, *d. l. cum in annos singulos, 10. & l. nec semel, 12. ff. quando dies legator. vel fideicommissor. cedat. l. si in singulos annos, 4. l. cum in annos singulos, 11. ff. de annuis legat. & fideicommiss. l. Senatus censuit, 35. §. ult. ff. de donat. mort. caus. l. si Stichum an Pamphilum, 16. §. stipulatio, 1. ff. de verb. oblig.* ubi etiam ad secundam & tertiam opinionem hujusce primi casus latiùs deductum est. 36

Resolut. dubit. ration. ultim.

Quod autem † & pro resolutione postremæ dubitandi rationis, p confirmatione secundæ opinionis, *l. Senatus censuit, 35. §. ult. ff. de donat. mort. caus.* probatã & ex ea secundùm illos Dd. collectum fuit, quòd præscriptio quoad futuras præstationes in præstationibus ex ultimis voluntatibus provenientibus tantùm excludatur, eò quòd ipsæmet multa sint legata, non verò in præstationibus annuis, quæ ex stipulatione vel aliis contractibus dependent, secundùm *d. l. Senatus censuit, 35. §. fin. ff. de donat. mort. caus. & d. l. si Stichũ, 16. §. stipulatio, 1. ff. de verb. oblig.* ad istiusmodi instantiã jam ante sufficienter responsum puto, quod nimirum annuæ pensiones ex contractu debitæ una præscriptione tollantur, si eædem uno eodemque contractu unà cum sorte, ut accessiones debeantur, & pro iisdem etiam una tantùm actio competat, *d. l. si deposita, 4. C. depos. vel contr. junct. d. l. eos, qui, 26. C. de usur.* Quod si verò istæ annuæ pensiones sive præstationes; non ut accessiones, sed ut 37

res principales sive ex contractu, sive ex ultima voluntate, quæ eatenus in eo textu æquiparatæ sunt, pluries & singulis annis debeantur, tum quemadmodum ad eas consequendas plures competunt actiones, ita pariter ad exclusionem earundem pluribus cessationibus, & pluribus etiam præscriptionibus ad singulos annos, & ad singulas in iisdem competentes actiones opus est, *d. l. cum notissimi*, 7. §. *ult. C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.*

Limitatio 1.

38 Limitatur † tamen hæc conclusio, & præscriptio adversus præstationes annuas tam præteritas, quàm futuras locum obtinet, si à tempore cessationis centum anni elapsi fuerint, seu præscriptio centenaria intervenerit, tum enim omne jus annuarum istiusmodi præstationum censetur sublatum, *Iacob. de Aretin. Petr. & Cyn. in d. l. cum notissimi*, 7. §. *ult. C. de præscription.* 30. *vel* 40. *annor. Guido Papa decision.* 406. *Aymo Cravett. de antiquitat. tempor. part.* 4. *num.* 34. *Bernhard: Wurmbser. practicar. observation. lib.* 1. *tit.* 45. *observation.* 5. *num.* 5. *Rener. Budel. de re numar. lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 9. *D. Gothofred. Antonii in adversar. ad observat. Gail.* 73. *n.* 1. *lib.* 2. *Iacob. Thoming. vol.* 1. *consf.* 7. *n.* 107. *& seq.*

39 Hujusmodi † enim centenaria præscriptio omnium maximè privilegiata est, & in nullo privilegio seu dispositione omnes alias præscriptiones impediente exclusa esse censetur, *argumento l. si ususfructus*, 8. *& ibi etiam Bartol. ff. de usu & usufruct. legat. junct. authent. quas actiones, C. de SS. Eccles. & l. ut inter divinum*, 23. *C. eod. tit. Novell.* 9. *in princ. can. nemo, ult. caus.* 16. *quæst.* 3. *Menoch. recuper. possess. remed.* 15. *num.* 428. *Zoannet. rer. quotidian. cap.* 54 *num.* 8. *Schrad. de feud. part.* 10. *sect.* 9. *n.* 240. *Mascard. de probat. vol.* 3 *conclus.* 1371. *num.* 45. *& seqq. Heisterman. consf. Marp.* 7. *n.* 32. *vol.* 1.

Limitatio 2.

Deinde † conclusio hæc etiam limitatur, si post primam cessationem annuæ præstationis, non solùm aliquot anni elapsi sint, & postmodum debitor à creditore pro futuris pensionibus non præscriptis interpellatus fuerit, sed debitor easdem præstare recusaverit, & à tempore istius recusationis iterum 30. vel 40. anni ad præscriptionem longissimi temporis requisiti, elapsi fuerint, tum enim propter primam cessationem tanti temporis eandemq; subsecutam recusationem debitoris, ad requisitionem creditoris, ejusdemq; iterum subsecutâ patientiam longissimi temporis, petitio futurarũ præstationum non amplius res meræ facultatis est, sed in jus degenerasse, & possessio vel quasi creditoris interversa esse censetur, quo casu interveniente scilicet prohibitione seu recusatione præscribentis, & patientia adversarii cum 30. vel 40. annor. curriculo, totum jus petendarum istiusmodi annuarũ præstationum absorptũ, & præscriptione extinctum esse censetur, *argumento l. hæc autem.* 6. *& l. si ades mea*, 32. *ff. de servit. prædior. urban. l. si is, qui*, 15. §. *si servus*, 1. *ibi: nam si paratus. ff. de usurpat. & usucapi n. junct. l. sicut*, 3. *& l. omnes*, 4. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor. Cravett. de antiquitat. tempor.* §. *materia ista*, *num.* 99. *Menoch. de arbitrar. judic. quæstion. lib.* 2. *cas.* 160. *num.* 10. *Tessaur. decision.* 16. *num.* 7. *Zoannett. de duplic. venation. num.* 83. *Schrader. consf.* 48. *num.* 69. *volum.* 2. *Roland. à Valle consf.* 22. *num.* 23. *vol* 2. *Wesenbec. consf.* 67. *num.* 19. *vol.* 2. 40

SECTIO

SECTIO SECVNDA,

DE PRÆSCRIPTIONE CERti modi solvendi, cumprimis circa præstationes annuas census & pensiones quotannis debitas.

SUMMARIA.

1 *Annuarum præstationum & pensionum, etiam certum solvendi modum majorem vel minorem, quàm fuit initio contractus, non præscribi posse, multi opinantur.*

2 *Annuarum præstationum solutione principali, quoad unius vel alterius anni cessationē, præscriptioni non obnoxia, etiam certus modus solvendi circa præstationes annuas & pensiones, primævo statui obligationis non consentaneus, per præscriptionem non induci poterit.*

3 *Turpis pars est, quæ universo suo non congruit, & quæ ratio est ipsarummet annuarum præstationum solvendarum, idem etiam est earundem solvendarum modus.*

4 *Præscriptio nulla consistit absq; bona fide & scientia rei alienæ.*

5 *Præstationes annuas & pensiones singulis annis debitas longissimi temporis præscriptione non obstante, secundùm bonitatem monetarum, uti fuit tempore contractus solvendas esse, etiam præjudiciis Cameræ Imperialis consentaneum est.*

6 *Præstationes annuas seu pensiones præscriptione longissimi temporis interpositâ, in debiliori pecunia, quàm fuit tempore contractus solvi, & per præscriptionem longissimi temporis certum solvendi modum induci posse, verior aliorum Interpretum est sententia.*

7 *Debitor, qui majores usuras promiserat, sed longo tempore minores præstiterat, creditorem postea majores usuras promissas exigentem exceptione præscriptionis repellere potest.*

8 *Debitor minorum usurarum, qui creditori patienti diu minores usuras præstitit, eo ipso cum creditore tacitè pactus esse censetur, ne postea majores usuras petere possit.*

9 *Ecclesia etiam, quæ per 40. annos annuas pensiones in debiliori pecunia, quàm in contractum initialem deducta est, accepit, postea à debitore primævam fortiorem pecuniam exigere nequit, sed is adversus eam præscriptione quadragenaria immunis est.*

10 *Subditi, qui longissimo tempore dominis pro servitiis pecuniam, aut pro censibus frumenti, vini, anserum, vel gallinarum & consimilium censuum, certam pecuniam præstiterunt, postea ad præstationem ipsius frumenti, vini, anserum, gallinarum seu servitiorum compelli nequeunt, sed per præscriptionem præstationis in pecunia immunes sunt.*

11 *Modus solvendi peculiaris & certus, per præscriptionem etiam induci potest, etsi in solutionibus & præstationibus aliqualis saltem, sed non magna appareat diversitas.*

12 *Modus solvendi certus, & nativitati obligationis incongruus per præscriptionem etiā inducitur, etsi creditor adversus illam solutionem protestatus fuerit, solutum tamē receperit.*

13 *Annuarum præstationum seu censuum & pensionum ipsamet solutio, à modo solvendi, quoad præscriptionem differt.*

14 *Totius & partis, cumprimis si pars magis qualitatem redoleat, etiam diversa est ratio, quando jure ita reperitur dispositum.*

15 Pen-

15 *Pensiones & census minores debitor solvens, non protinus in mala fide & patientia creditoris easdem recipientis loco tituli est.*

16 *Præjudicia Cameræ Imperialis, circa causarum decisiones sine visis, actis & actitatis, propter variationem circũstantiarũ, quarum vel levissima est, jus in alio facto variat, nihil certi inferunt, præsertim quando alia præjudicia extant in contrarium.*

17 *Præjudicia non pariunt jus inter alios, sed probabilem tantùm habent authoritatem, cùm non exemplis, sed legibus judicandum sit, & supremi quoq; judices ex humana imbecillitate errare possint.*

18 *Iudici etiam contra sententiam summi Principis, in aliis causis, secundùm leges & jura scripta judicare licet.*

20 *Annuorum censuum seu redituum minor solvendi modus non præscribitur, si ex parte debitoris mala fides intervenerit, & is sciat sese majores pensiones debere.*

20 *Annuorum censuum seu redituum minor seu tolerabilior solvendi modus, quàm ab initio debitum fuit, non præscribitur, si in statione illorum annuorum reddituum, per plures & diversos annos, magna appareat difformitas, tum enim præscriptio interrupta esse censetur.*

21 *Præscriptio certi modi solvendi, quoad debitorem tantùm, qui de obligatione tollenda vel minuenda certat, non quoad creditorem operatur, ad inducendam & augendam obligationem, qualis sine titulo non acquiritur.*

22 *Debitor plus solutum postea resciens, illud postea vel repetere, vel cum futuris annuis præstationibus compensare potest.*

23 *Modus solvendi minor & tolerabilior in præstandis pensionibus præscriptus, non præjudicat solutioni capitalis seu sortis, qualis in conventa & obligationem deducta qualitate & quãtitate, nihilominus est solvenda.*

24 *Præscriptio strictè est intelligenda, & tantum solùm præscriptum esse censetur, quantum possessum, non ultra.*

DECISIO † igitur nunc primo casu, quatenus ipsismet debitis pecuniis cumprimis annuis præstationibus præscribatur vel minus; consequitur nunc alter casus, quatenus & inquantum certus etiam solvendi modus per præscriptionem induci possit vel minus? Et vero non minus certum solvendi modum circa pecunias debitas cumprimis annuas, quàm adversus ipsasmet annuas præstationes induci posse, sed easdem in eadem prorsus qualitate & valore, uti in obligationem seu dispositionem ab initio deductæ fuerunt, præstandas esse, adeoque solutionem annuorum censuum nunquam in moneta minoris valoris vel bonitatis, post lapsum etiam longissimi temporis expediri seu fieri posse, præter alios statuunt, *Bart. in l. si prius nocturna, 17. num. 3. in princ. & vers. quandoq; unum debetur & solvitur aliud respectu ejus, quod debetur, ff. de aqua & aqu. pluv. arcend. Mynf. cent. 3. observat. 13. sub fin. vers. ex his colligitur, Andr. Gail. lib. 2. obs. 72. n. 1. & 2.* 1

Rationes dubitandi.

Pro quorum † opinione confirmanda Primò facit toties allegatus textus *d. l. cum notissimi, 7. §. fin. C. de præscrip. 3. §. vel 40. annor.* in quo cum generaliter definiatur, quod annuæ præstationes principaliter debitæ & singulis annis cedentes, futuris inprimis nulli præscriptioni sint obnoxiæ. Qua de causa cùm textus ille & generalis, & ipsiusmet solutionis & modi solven- 2

solvendi eadem sit ratio, illa utiq; etiam generaliter intelligenda fuerit, *argum. l. de precio, 8. ff. de public. in rem action.* & quod de ipsamet solutione in jure definitum est, id ipsum etiam circa modum faciendæ solutionis definiendum fuerit, *argum. l. illud quæsitum est, 32. ff. ad L. Aquil.*

Ratio dubitandi 2.

3 Deinde † sententia prædictorum Interpretum etiam ex eo cōfirmatur, quod turpis pars esse censeatur, quæ toti seu universo suo non congruit, *can. quæ contra mores, 2. distinct. 8 cap. tuas, fin. ext. de spons. duor.* At verò tradito hoc, annuas videlicet præstationes futuras à tempore cessationis infra 30. annos, ut maximè præteritæ præscriptæ fuerint, non præscribi, & tamen concesso circa eas præstandas certum solvendi modum, quod nimirum in minori vel debiliori pecunia præstari possint, quàm initio in contractum deductæ fuerunt, per præscriptionem longissimi temporis induci posse, pars hæc universo suo nō cōgruit, sed annuas præstationes non præscribi, & tamen, ut in minori vel debiliori pecunia solvantur, præscriptione induci posse, inter sese dissentiunt, nec cohærent. Ergo, ut annuæ præstationes in minori vel debiliori pecunia præstentur, per præscriptionem pariter induci nequit.

Ratio dubitandi 3.

4 Tertiò † hæc sententia etiam probatur per *cap. fin. ext. de præscript.* in qua habetur, quod nulla præscriptio procedat absque bona fide, & scientia rei alienæ. At verò is, qui sese obligatum novit, ad majorem fortassis summam, aut pecuniam fortiorem præstandam, non potest habere bonam fidem & conscientiam illæsam, utpote qui ex initiali contractu & primæva causa in plus sese obligatū noverit, quàm per 30. vel 40. annos præstiterit, & ex parte debiti facilè dignosce re poterit, quid & quantum revera debeat. Qua de causa præstando imposterum etiam minorem summam seu debiliorem pecuniam pòst lapsum 30. vel 40. annorum, peccato sese non liberat, sed illud ipsum tantum continuat.

Ratio dubitandi 4.

Quartò † sententia hæc etiam exinde 5 probatur, quod eadem præjudiciis Supremi Romano-Germanici Judicii Cameræ nimirum Imperialis recepta & cōfirmata sit, attestantibus id ipsum ejusdem Judicii quondam Assessoribus, ut peritissimis ita longè etiam dignissimis, Joachim. Mynsinger. *cent. 3. observ. 13 in fin.* ubi ait: Ex prædictis colligitur, quod creditori recipienti solutionem in minori valore, quàm fuit tempore contractus, non possit objici Exceptio præscriptionis longissimi temporis, quod videlicet tanto tempore, in tali valore solutio ipsi sit facta, sed debitor non attenta præscriptionis objectione imposterum ad eum valorem, qui tempore contractus fuit, solvere obnoxius est. *Hactenus Mynsingerus.* Quod iisdem penè verbis etiam repetitum ab Andr. Gail. *lib. 2. observ. 73. num. 2.* hunc in modum: Quapropter creditori recipienti solutionem in minore valore, quam fuit tempore contractus, nōn potest objici exceptio præscriptionis longissimi temporis, quod videlicet tanto tempore tali valore solutio ei facta sit, sed debitor exceptione præscriptionis

non obstante, in posterum ad eum valorem, qui fuit tempore contractus, solvere cogitur. *junctis iis, quæ adfert ibid. ad d. Gail. obs. 73. D. Gothofr. Antonii in adversar. pag. 36.* Cujusmodi supremi Judicii Cameræ Imperialis præjudicia etiam inferiora Judicia obligare patet, *argumento §. fin. Institut. de satisdat. junct. Receß. Imper. de Anno* 1570. §. Damit aber alle / cùm talia consulta & placita vim legis habere dicantur, adeò ut iis tenaciter inhærere oporteat, *argum. §. responsa, 8. ibiq. Dd. Instit. de jur. natur. gent. & civ. D. Vultej. Cons. Marpurg. 21. num. 264. vol. 3. & in tract. de feud. lib. 2. cap. 3. num. 9. in fin. Iacob. Aleman. in palestrâ consultat. 8. quæst. princ. 2. pag. 617.*

RATIONES DECIDENDI.

6 At verò † prædictis rationibus dubitandi nō obstātibus, tam textibus, quàm juris etiam rationi magis consentanea eorum Interpretum opinio est, qui statuunt, quòd si debitor annuorum redituum, inprimis per 30. vel 40. annos, in minori summa seu viliori pecuniæ, aut alio cujuslibet census genere eosdē seu pensiones annuas præstiterit, quod tum debitor adversus creditorem modum solvendi præscripsisse censeatur, & creditor postea integros reditus in summa vel pecunia ab initio in contractum deductâ, petere amplius nō possit, *gloß. Hostiens. Panormitan. Felin. & Dd. ad cap. olim, 20. ext. de censib. Francisc. Balb. de præscript. part. 4. par. 4. principal. quæst. 7. Zasius lib. 1. singular. intellect. cap. 3. Iacob. Thoming. decision. 33. Albert. Brun. de augment. & diminution. monet. præsupposit. 2. limitat. 4. num. 1. & seqq. Iohan. Aquil. de utilitat. & potestat. monet. part. 7. theorem. 1. coroll. 3. Martin. Garrat. Laudens. de monet. limitat. 4. num. 1. & seqq. Bernhard. Greve. ad lib. 2. observ. Andr. Gail. observ. 73. considerat. 2. Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 24. n. 12. & seqq. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 5. lit. M. concl. 349. num. 43. & tom. 6. lit. D. conclus. 545. nu. 9. & tom. 7. lit. S. conclus. 338. num. 1. & seqq. Iohan. Köppen part. 1. decis. 13. num. 9. & seqq. Matth. Berlich. pract. conclus. part. 2. conclus. 5. Hieron. Schurff. cons. 10. n. 1. & seqq. cent. 1. Menoch. consil. 138. nu. 21. & seqq. vol. 2. Hartm. Pistor. observ. 144. Frideric. Martin. in tract. de ann. reditib. cap. 5. num. 111. & seqq. Besold. cons. 26. nu. 97. part. 1.* Et hæc sententia etiam confirmata reperitur *in Constitut. Saxon. Elect. part. 2. constit. 3.* quam etiam defendit *Daniel Moller. ibid. in commentar. suis, & authores consult. Saxon. tom. 1. part. 1. q. 17. nu. 2. & seqq. & tom. 2. part. 1. q. 21. n. 1. per tot.*

Ratio decidendi 1.

Pro † quorum opinione primò facit, 7
l. qui semisses, 13. in princ. ff. de usur. & fructib. in qua Jurisconsultus Scævola hunc in modum respondet: Qui semisses usuras promisit, per multos annos minores præstitit, hæres creditoris semisses petit, cùm per debitorem non steterit, quò minus minores solvat, respondi secundùm ea, quæ proponerentur, obstare exceptionem, &c. Ex quo Jurisconsulti Scævolæ responso luculenter apparet, de jure etiam Digestorum, si debitor, qui semisses seu majores usuras promiserat, per multos annos minores solverit, quòd istiusmodi debitor, creditorem majores usuras promissas postea petentem Exceptione ista, quod longo tempore ipso met patiente minores usuras præstiterit, repellere possit.

Ratio decidendi 2.

Quod † pro decidendi ratione secun- 8
da usq; adeò verum est, ut inter debitorem,

rem, qui initio majores usuras debuit, & creditorem, qui ab eo postmodum longo tēpore minores usuras accepit, istiusmodi minorum usurarum receptione etiam utile pactum constitutum censeatur, & creditor postea majores usuras petens exceptione pacti removeri possit, uti rescriptum est ab Imperatoribus Severo & Antonino *in l. adversus, 5. Cod. de usur.* hunc in modum: Adversus creditorem majores usuras ex stipulatu petentem, si probetur per certos annos minores postea consecutus, utilis est pacti exceptio, secundùm quod tueri causam potestis etiam adversus defensores civitatis majores petentes ex cautione, si probaveritis, semper quincunces amitam pupillorum vestrorum, quę majores caverat, dependisse.

Ratio decidendi 3.

9 Tertiò † hæc sententia etiam absque omni dubitatione recepta est jure Canonico *in d. cap. olim, 20. ext. de censib.* in quo Innocentius III. Pontifex Romanus hanc ipsam controversiam inter Episcopum Spoletanum, cujus Ecclesiæ debitores pro Synodatico, singulis annis ex initiali contractu seu dispositione sex denarios Papienses fortioris monetæ debebant, & talis Episcopus sibi etiamnum præstari debere contendebat, & Clericos plebis Rupinæ, qui per multos annos Ecclesiæ Spoletanæ totidem denarios Lucenses longè viliores (cùm tamen unus denarius Papiensis sex denarios Lucenses conficeret) præstiterant, hunc in modum dirimit: Quod si Clerici plebis Rupinæ intra triginta sex tantum annos istiusmodi denarios sex Lucenses longè viliores Papiensibus Ecclesiæ Spoletanæ præstitissent, atque ad ipsum ex probationibus satis constitisset, quod istiusmodi præstatio triginta sex annorum ad præscriptionem quadragenariam, quanta adversus Ecclesiam requiritur, *authent. quas actiones, Cod. de sacros. sanct. Eccles. cap. de quarta, 4. & cap. ad aures, 6. ext. de præscription.* non sufficiat, sed eadem non obstante, Clerici plebis Rupinæ Ecclesiæ Spoletanæ Episcopali imposterum denarios Papiensis fortioris monetæ, secundùm primævam constitutionem præstare teneantur. Ex quo Pontificis Romani Decreto iterum luculenter constat, quod vel adversus Ecclesiam etiam præstatio pensionum in minori vel viliori moneta, per præscriptionem induci possit, adeoque complementum, prædicto in casu Clericis plebis Rupinę per triginta sex annos pro denariis Papiensibus melioribus, denarios Lucenses minores pro Synodatico præstiterant, quatuor tantum anni defuerunt.

Ampliatio 1.

Porrò † conclusio hæc ampliatur, & 10
locum obtinet non solùm in pecunia, sed etiam in quibuslibet annuis censibus & obventionibus, usque adeò, si debitor vel pro pecunia debita fortiori minorem & debiliorem vel pro hoc genere census debiti, aliud debilioris qualitatis, vel pro pecunia frumentum, aut pro frumento pecuniam, imò pro operis etiam vel servitiis pecuniam, frumentum, vinum, gallinas, anseres, aut simile quid per 30. vel 40. annos præstiterit, quod istiusmodi præstatione 30. vel 40. annorum, talem etiam solvendi modum adversus creditorem præscripsisse censeatur, cùm

hocce in casu inter præstationem pecuniæ & frugum tanquam censuum, ratione præscribendi modi solvendi nihil sit discriminis, *per allegatos textus in decidendi rationibus, junct. l. illud quæsitum est, 32. in princ. ff. ad L. Aquil. Treutler. vol. 2. disp. 22. th. 2. lit. G. vers. ita & præstationes annuæ, in bona moneta vel frumento solvendæ, &c. Matth. Berlich. pract. conclus. part. 2. conclus. 5. num. 5. & conclus. 6. per tot. Iohan. Koppen part. 1. decis. 13. num. 8. & seqq. Daniel Moller. in constitut. Electoral. Saxon. part. 2. constit. 4. num. 1. & 2. Consultat. Saxon. tom. 1. part. 5. quæst. 17. Virg. Pingizer quæstion. Saxon. quæst. 17. per tot. Andr. Knich. de vestitur. pactionpart. 2. cap. 3. num. 70. & seqq.* quales unanimiter tradunt, quando subditi longissimo tempore pro servitiis pecuniam præstiterunt, quod servitiis præscripsisse censeantur.

Ampliatio 2.

11 Deinde † hæc conclusio etiam ampliatur & modus solvendi præscribitur, etsi in præstationibus seu solutionibus longissimo tēpore factis, aliqualis appareat difformitas, puta si numi hoc vel illo anno, propter interpositas mutationes pecuniæ, in diverso valore fuerint expositi, puta aureus modo pro 40. 43. 45. vel 48. vel etiam 50. albis, seu duobus etiam florenis sit expositus, tum enim licet propter valorem monetarum mutatum, nummi in solvenda summa debita collectivi nominis, modo in majori modò in minori valore fuerint expositi, attamen ratione solutionis summæ debitæ in collectivo pecuniæ nomine, nulla appareat diversitas, sed eadem summa debita, puta totidem thaleri vel floreni solvi potuerunt in aureis, thaleris Imperialibus, vel alio quovis monetæ grossæ genere, secundùm valorē cujusvis solutionis temporis, qualis valoris singularum monetarum singulis annis solutarum diversitas præscriptionem solvendæ pecuniæ pro re vel in minori seu viliori moneta, non interrumpit, *argum. l. is, qui usumfructum, 20. cum gloss. in verb. sed an habeat, ff. quib. mod. ususfruct. amitt. Rener. Budel. de re numar. c. 14. num. 32. & 33.* latiùs & eleganter *Albert. Brun. de monet. augment. & diminut. præsuppos. 2. limit. 4. num. 7. Corn. cons. 181. nu. 173. vers. dicti rei, & col. fin. vers. nec obstat, quod dicit Hostiensis.* Alioquin magna solutionis & præstationum difformitas præscriptionem modi solvendi interrumpit & impedit, uti *ex limitationibus hujusce decisionis latius patebit.*

Ampliatio 3.

Tertiò † conclusio hæc etiam ampliatur, & præscriptio modi solvendi non impeditur, etsi recipiens pensionē seu censum, in minori quantitate seu qualitate, cōtra istam solutionem protestatus fuerit, quod nimirum hac solutionis receptione in minori valore, seu deteriori moneta, à prima obligatione discedere nolit, sed sibi & successoribus suis debitum ex primæva obligatione seu dispositione in fortiori moneta, seu majore quantitate præstanda omninò reservatū voluerit, qualis protestatio tanquam facto contraria protestantem non relevat, *d. cap. olim causam, 70. ibi: primo anno receperis, semper tamē jus tuum postmodum fueris protestatus, &c. ubi etiam gloss. Panormitan. & Felin. ext. de censib. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. præsuppos. 2. limit. 4. num. 3. Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 24. num. 34. & 35. Matth. Berlich. pract. conclus. part. 2. conclus. 5. num. 8. 9. & 10.* nisi talis fuerit protesta- 12

testatio, quæ ex parte solventis malam fidem operetur, uti *infra in limitationibus latiùs docebitur.*

Resolut. dubit. ration. 1.

13 Ad primam † dubitandi rationem respondetur; allegatum pro eadem textum *ex l. cum notißimi, 7. §. fin. C. de præscr. 30. vel 40. annor.* tantùm de denegata præscriptione ipsarummet annuarum præstationum, nō de modo earundem solvendi conceptum, quales ipsasmet nulli præscriptioni obnoxias esse, *d. §. fin.* luculenter cautum, & præcedenti casu primo probatum est, sed modum solvendi easdem, & solutionem ipsarummet annuarum præstationum inter sese differre, & certum solvendi modum circa easdem mediante præscriptione induci posse, *per rationes decidendi hujusce secundi casus, cumprimis per cap. olim causam, ext. de censib. sufficienter probatum est.*

Resolut. dubit. ration. 2.

14 Secunda † dubitandi ratio diluitur, respondendo, licet aliàs totius & partis, una eademq; ratio esse videatur quoad juris dispositionem, quod tamē id ipsum fallat, si diversum quid circa totū & partem in jure sit dispositum, veluti hocce in casu, in quo aliâs minores præstationes, non ut pars totius, sed ut qualitas consideratur, ipsasmet annuas præstationes nunquam præscribi posse dispositum est, *in d. l. cum notißimi, 7. §. ult. C. de præscript. 30. vel 40. ann.* minorem verò usurarū & pensionum præstationem præscriptione induci posse, cautum reperitur, *in d. l. qui semisses, 13. ff. de usur. & l. adversus, 5. C. eod. tit. junct. d. c. olim causam, 20. ext. de censib. Borcholt. de usur. c. 4. n. 29. & seqq.*

Resolut. dubit. ration. 3.

Tertia † dubitandi ratio negando refellitur, quòd nimirum solvendo pensiones minores, debitor in bona fide constitui non possit, tum quòd is ipse multoties scire nequeat, quantas & quales pensiones præstare teneatur, cumprimis remotis iis, qui initio tales pensiones debuerunt, & sciverunt, quantæ & quales præstandæ fuerint, *Balb. de præscript. part. 2. part. principal. quæst. 17. & Cravett. de antiq. temp. part. 4. in princ. n. 18.* tum verò etiam, quod creditor easdem sine ulla contradictione longissimo tempore in minori quantitate vel deteriori qualitate receperit, quo casu patientia creditoris instar tituli est, & creditor debitori tanquā ex tacito pacto, debitori residuum remisisse seu donasse præsumitur, *d. l. qui semisses. 13. in princ. ff. de usur. & fruct. & d. l. adversus, 5. C. eod. tit.* 15

Resolut. dubit. ration. 4.

Quarta † dubitandi ratio refellitur primò ex prætensis præjudiciis à Dn. Joachimo Mynsinger. & Dn. Andr. Gail. quondam Assessoribus Cameræ Imperialis nihil certi judicari posse, citra inspectionem actorum & causarum, super quibus prolata sunt, eò quod vel levissima etiam circumstantia multoties jus & sententiam in casibus, qui alias prorsus similes esse videntur, variet, *l. si is, qui, 31. ff. de excusat. tut. l. hoc legatum, 45. ff. de legat. 3. Anton. de Petr. in præfat. de fideicom. n. 4. Ruin. cons. 32. num. 31. Borcholt. vol. 3. cons. 17. quæst. 4. pag. mihi 304. col. 2. Iohan. Vincent. Honded. vol. 2. cons. 75. num. 47. Nicol. Reusner. lib. 1. respons. 3. num. 1. Bartholom. Muscul. de success. convent. & anomal. class. 1. membr. 2. conclus. 5. lit. D. nu. 194. subjiciens, lubricum esse argumentum à præjudicio.* Cumprimis hocce in casu, ubi 16

su, ubi præter textus & rationes juris, longè plura præjudicia, & vel ipsiusmet etiam Cameræ Imperialis cōtra opinionem Dn. Andr. Gail. & Dn. Mynsinger. allegantur, uti videre est apud *Bernhard. Greve. ad d. observat. Andr. Gail. 73. lib. 2. consideration. 2.*

27 Deinde † ulterius etiam responderi potest, licet quandoque in Camera Imperiali ita judicatum fuerit, attamē istiusmodi sententiæ inter istiusmodi partes, & super illa causa latæ, non pariant regulariter jus inter alias personas, & in causis aliis, *l. cum res inter, 1. ff. de exception. rei judicat.* adeoque præjudicia vel superiorum etiam tribunalium non necessariam, sed probabilem tantùm habeant authoritatem, cùm non exemplis, sed legibus judicandum sit, *l. nemo judex, 13. C. de sentent. & interlocution. omn. judic.* & supremi quoq; judices quandoque ex humana imbecillitate errare possint, *cap. qualiter & quando, 17. ubi etiam gloss. ext. de accusat. Eberhard. à Middelburg. in top. legal. loc. ab authoritat. 95. num. 10. vers. ex quo sequitur, quod augumentum, &c. Mascard. de probation. vol. 1. conclus. 485. num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & seqq. Iohan. Vincent. Honded. consultat. 22. nu. 30. vol. 1. adde Wilhelm. Antonii corollar. analect. ipsius de rescript. morator. appens. sect. 7. coroll. 3. ibiq; varios selectissimos Dd. pro hâc parte citatos.*

28 Quod † usq; adeò verum est, ut judici etiam contra sententiam summi Principis, nisi super casu prorsus novo, & in jure non deciso judicaverit, *Alex. Raud. lib. 1. de anal. c. 17. n. 35.* in casibus aliis jure decisis, secundùm leges & jura scripta judicare liceat, *gloss. in l. fin. in verb. si Imperialis, C. de LL. & Constit. Bernhard. Greve. in proœm. pract. concl. ad obs. Andr. Gail. n. 34. Menoch. cons. 501. n. 28. & 35. Tib. Dec. resp. 19. n. 70. vol. 3.* Neq; enim judex sententias sequitur, nisi rationem habeant, quod cùm facit, nō sequitur eas, quia judicatum, sed quia jus & ratio volunt, *Iac. à Saa in tr. de primogen. n. 55.*

Limitatio 1.

Limitatur primò † hæc conclusio, & 19 modus solvendi, quoad præstationē annuorum censuum & redituum, non præscribitur, si ex parte debitoris seu præscriptionē allegātis mala fides intervenerit, puta si primævus debitor ipsemet sciat, vel scire debeat, sese majores vel meliores census debere, aut debuisse, quam longissimo tempore præstiterit, vel etiā ex parte recipientis tot præstationes & insinuationes non soluti census in debita qualitate vel quantitate intervenerint, ut de scientia debitoris amplius dubitari nequeat, tum enim adversus hâc longissimi etiam temporis præscriptionem, in qua secundùm superius tradita bona fides aliâs præsumitur, probatio malæ fidei, sine qua nulla præscriptio cumprimis de jure Canonico currit, admittitur, *arg. cap. quoniam, fin. ext. de præscript. c. possessor, 2. de reg. jur. in sexto, Constit. Elect. part. 2. constit. 3. vers.* Es were dann/daß *mala fides, & ibid. etiam Dan. Moller. in comment. num. 2. 3. & 4. Albert. Brun. de augm. & dimin. monet. præsuppos. 2. n. 3. ad fin. Rener. Bud. de re num. lib. 2. c. 24. n. 11. & n. 38. Myns. cent. 4. obs. 6. n. 1. & seqq. Bernhard. Greve. ad lib. 2. obs. Andr. Gail. obs. 73. consid. 2. in fin.* Matth. Berlich *pract. concl. part. 2. conclus. 5. n. 12. & præced. concl. 4. n. 23.* ubi vel inprimis debitorem in mala fide constitutum existimat, si quotannis minores usuras, puta quinq; florenos pro decem solverit, cùm sciat vel scire debeat sese majores debere, *item Rener. Budel. de re numar. lib. 2.*

lib.2.c.24.nu.10. & 11.Ernest.Cothm.resp.34. n.332.& seqq.vol.1.

Limitatio 2.

20 Deinde † hæc conclusio etiam restringitur, & post completum etiam tempus longissimum certus modus solvendi annuas præstationes præscriptus non censetur, si præstatio annuarum pensionum non uniformis; sed difformis fuerit; adeoque inter singulas annuas præstationes longissimi etiam temporis magna diversitas & inæqualitas ostendi seu probari possit, tum enim ex parte debitoris allegata præscriptio nullarum virium est, sed per difformes illas præstationes interrupta esse censetur, siquidem ad præscriptionis complementum possessio continua requiritur, *§. diutina, 12. Institut. de usucap. l. usucapio, 3. l. nunquam, 31. §. in usucapion. bis, 1. ff. de usurpat. & usucapion. l. longi temporis, 2. C. de præscript. long. tempor.* qualis per difformes & diversos actus, quando jam plus jam minus præstatur, interrumpitur, *arg. l. naturaliter, 5. & l. si is, qui, 15. ff. de usurpat. & usucap. Bartol. in l. sicut, 3. in princ. lection. C. de præscription. 30. vel 40. annor. nu. 3. vers. dummodo semper uniformiter, Daniel Moller. ad Constitut. Electoral. Saxonic. part. 2. constitut. 4. num. 1. vers. quæri autem potest, &c. Consultat. Saxon. tom. 2. part. 5. quæst. 15. num. ult. Matthæus Berlich. pract. conclusion. part. 2. conclus. 6. num. 5. & 6. Petr. Gilken. in tractat. de præscript. part. 2. membr. 1. cap. 9. num. 15.*

Limitatio 3.

21 Tertiò † hæc conclusio etiam limitatur, & præscriptio non operatur quoad creditorem. Licet enim debitor creditori per longum aut longissimum tempus, pensionem aliquam, puta certum numerum florenorum, modiorum frumenti, vel gallinarū etiam sine certa aliqua causa præstiterit, attamen istiusmodi debitor ad talium pensionum præstationem non obligatur, si postea ex parte debitoris allegatum & probatum fuerit, sese tales pensiones sine causa aliqua certa & specifica præstitisse. Ut enim creditor certas pensiones præscribat; ex parte ipsius justum titulum intervenire, seu præstationem istam ex parte ipsius super justa & idonea causa fundatum & radicatum esse oportet, *l. ad probationem, 23. C. locat. l. neq; natales, 10. C. de probation. l. penult. ff. de his, qui sui vel alien. jur. sunt.* Quod in debitore secus est, & inprimis *per l. si certis annis, 28. ubi Dd. C. de pact.* utpote qui de obligatione tollenda vel minuenda certet, ad quod nulla causæ vel tituli allegatio desideratur, *l. tale pactum, 40. in princ. & ibi etiam Dd. ff. de pact. Iacob. Thoming. decis. 33. n. 7.* adeoq; præscriptio hujusmodi ad favorem & liberationē debitoris magis quàm ad creditoris favorem, quoad inducendam seu augendam obligationem, sed ad eam retinendam solùm operatur, *arg. l. malè agitur, 2. de præscript. 30. vel 40. ann. Bart. & Castal. ad l. cum de in rem verso, 6. ff. de usur. & fructib. Rener. Budel. de re numar. lib. 2. c. 24. n. 43. 44. 45. & seqq. Albert. Brun. de augment. & dimin. monet. præsuppos. 2. limit. 4. n. 6.*

Qua † de causa si debitor cumprimis non completa præscriptione, postea resciat, sese plus quàm debuit, solvisse, illud ipsum repetere, vel cum futuris annuis præstationibus compensare poterit. *arg. c. cum canonicis, 26. ext. de censib. Albert. Brun. de augment. & dimin. monet. præsuppos. 2. limit. 4. n. 9. Matth. Berlich. p. 2. concl. 5. n. 13. Oldrad. cons. 250. n. 4. Ern. Cothm. cons. 34. n. 315. vol. 1.* 22

Limi-

Limitatio 4.

23 Quartò † conclusio hæc etiam limitatur, & præscriptio non procedit, si annuæ pensiones in debiliori pecunia, seu minori quantitate per longissimum quidem tempus præstitę sint, sed sors, de qua certò constat, qualis & quanta pecunia initio in obligationem deducta sit, postea etiam solvenda est, quo casu modus solvendarum pensionum in debiliori vel minori pecunia præscriptus, non præjudicat solutioni ipsiusmet sortis, qualis nihilominus in conventa & in obligationē deductâ pecuniâ solvenda est, eò quod vel ipsummet pactum etiam præstationis minorum usurarum solutioni sortis non præjudicet, *argum. l. qui semisses, 13. in princ. ff. de usur. & fructib. & l. adversus, 5. C. de usur.*

24 Præscriptio † verò aliâs strictè intelligenda, & ultra acquisitam possessionem non extendenda, *l. sine possessione, 25. ff. de usurpat. & usucap. Peregrin. cons. 34. n. 17. vol. 1. Modest. Pistor. cons. ult. nu. 15. lib. 1.* tantundem solum, non ultra seu plus, quàm pactum & conventum est, operetur, *arg. l. si certis annis, 28. C. de pact. l. cum de in rem verso, 6. & ibi Dd. ff. de usur. & fruct. Albert. Brun. de augm. & dimin. monet. præsuppos. 2. nu. 8. Ernest. Cothman. resp. 34. n. 332. vol. 1.*

SECTIO TERTIA,
QUATENUS CERTUS SOLvendi modus, inprimis circa pensiones, census & reditus annuos per solam observantiam etiam induci possit, vel minus?

SUMMARIA.

1 *Observantia & præscriptio inter sese differunt, quod ad præscriptionem regulariter tempus longius & certum lege definitum requiratur, observantia verò pro diversitate rerum & actuum declarandorum, brevius tempus arbitrio judicis æstimandum desideret.*

2 *Observātia brevioris temporis judicis arbitrio æstimādi, ad obligationē quadantenus dubiam, certus solvendi modus induci potest.*

3 *Debitor ad instrumentum, in quo simpliciter thalerorum mentio facta est, qui tam de thaleris usualibus summa collectivæ, quàm de thaleris Imperialibus in specie intelligi possunt, thaleros Imperiales in specie per decem annos solvens creditori, imposterū etiam thaleros Imperiales in specie propter illam decem annorum observantiam solvere tenetur, & in tali dubio obligatio etiam super thaleris Imperialibus in specie contracta esse censetur.*

4 *Thaleris Imperialibus in obligatione expressis cum adjecta tamē æstimatione eorundem, & postea à debitore conventâ illa æstimatione per aliquot annos solutâ, debitor ad solvendos thaleros Imperiales in specie propter illam solutionis observantiam compelli nequit.*

5 *Qualitas alicujus rei vel levius præjudicium longè facilius tollitur, quàm res ipsa seu subjectum principale.*

6 *Observantia subsecuta in obligationibus & dispositionibus dubii omninò attendenda est.*

7 *Obligatione dubia existente certus modus solvendi, observantia solutionum decem annorum, certus solvendi modus inducitur.*

8 *Obligatione & quod ex ea debetur, certis existentibus, per solutiones subsecutas, certus solvendi modus, non nisi præscriptione longissimi temporis 30. vel 40. annorum inducitur.*

Tertius

1 Tertius † & postremus hujusce secundæ quæstionis casus est, utrum etiam per observantiam certus solvendi modus in præstationib⁹ annuis induci possit. Nam inter præscriptionem & observantiam hoc potissimùm interest, quod ad usucapionem complendam præcisè tempus lege definitum requiratur, *l. usucapio. 3. & l. in usucapionibus. 6. & ibi etiam Wesenbec. in paratit. ff. de usurpation. & usucapion. l. hereditatis. 7. C. de petition. heredit.* ad observantiam verò actuum & dispositionum dubiarum declarationem tantùm tempus non requiratur, sed pro diversitate rerum declarandarum, breviori tempore inducatur, *argum. l. si filiusfamilias. 1. C. de petit. heredital. & l. adversus. 5. C de usur. Menoch. lib. 2. arbitrar. judicior. cas. 83. num. 10. Rener. Budel. de re nummar. lib. 2. cap. 24. num. 31. versic. Hanc quoq; approbat. Nevizan. in sylv. nuptial. lib. 5. num. 94. versic. Nec requiritur. Ioseph. Ludovic. in suis conclusion. conclusion 38. col. 1. versic. Ampliatur primò. Alexand. consil. 8. num. 7. lib. 6. Paul. de Castr. consil 347. num. 4. lib. 1. Iohann. Vincent. Honded. respons. 92. num. 31 vol. 1. Vultej. consil. Marpurgens. consil. 30. num. 96. vol. 2. Schrader. consil. 3. num. 221. vol. 1.*

2 Et verò † dispositione seu conventione, ex qua annui reditus, census, præstationes aliæve pensiones annuæ debētur, quadantenus dubia existente, lapsu brevioris temporis quam 30. vel 40. annorum, pro rerum diversitate, per observantiam brevioris temporis judicis arbitrio æstimandi, certum solvendi modum, qui imposterum etiam observetur, induci posse, quàm plurimi nostrorum Interpretum statuunt. *Angel. in l. si certis annis. 28. C. de pact. & ibidem etiam Bald. col. 3. Martin. Garrat. Laudens. de monet. prope fin. Albert. Brun. de augment. & diminution. monet. præsupposition. 2. limitation. 4. num. 8. Francisc. Curt. in tractat. de monet. in fin. Rener. Budel. de re nummar. lib. 2. cap. 24. num. 17. & num. 36. Matth. Berlich. part. 2. conclus. 35. num. 47. Aymo Cravett. consil. 101. num. 4. & consil. 118. num. 2. item consil. 211. in fin. Menoch. consil. 49. num. 20. vol. 1. Ioseph. Ludovic. commun. conclus. 38. n. 170. Ernest. Cothmann. consil. 34. num. 36. 37. & 316. & seqq. vol. 1.* ubi unanimiter tradunt, quod ex subsecutis solutionibus per 10. annos factis ad obligationem, cujus sors dubia est, observantia inducatur, & sors talis esse censeatur, qualem subsecutæ solutiones demonstrant.

Ita † licet instrumentum aliquod simpliciter thalerorum mentionem faciat, 3 qui tam de thaleris usualibus summę collectivę, quàm de thaleris Imperialibus in specie grossæ monetæ intelligi possunt, imò in favorem debitoris in dubio, de thaleris usualibus seu minimis accipiendi sunt, *argum. l. semper in stipulationibus. 34. ff. de reg. jur.* attamen si debitor per longum tempus, decem fortè annos, loco pensionum grossos fortes & duros, justiq; ponderis thaleros Imperiales creditori solvisset, debitum etiam illud non super thaleris usualibus, sed super thaleris Imperialibus contractum esse censetur, cum etiam hoc in casu talis præsumatur facta promissio, qualis apparet subsecuta solutio. *Bald. in l. si certis annis 28. num. 11. C. de pact. Berlich. part. 2. conclus. 36. num. 17. Ernest. Cothmann. d. consil. 34. num. 314. & seqq. vol. 1.*

Et rursus † seu è converso, si thalerorum Imperialium vel in specie etiam in 4 instrumento mentio facta fuerit, cum adjecta tamen æstimatione eorundem, & debitor postea conventam illam æsti-

Yy ma-

mationem in qualibet alia moneta solverit, tum obligatio ista non super thaleris in specie, sed super conventa æstimatione contracta censetur, & commodum seu incommodum mutatæ æstimationis thalerorum non creditoris sed debitoris est, & tam sortẽ quàm pensiones in qualibet moneta usuali secundùm conventam æstimationem solvere potest, *Matth. Berlich.practicar.conclus.part.2.conclus.36.nu. 40.& seqq.Ernest.Cothmann.vol.1.d. cons.34. num.237.& seqq.*

Rationes hujus decisionis.

5 Rationes † hujusce decisionis potissimum sunt, quod qualitas alicujus rei vel levius præjudicium longè facilius tollatur, quàm res ipsa & subjectum principale: *gloss.Bartol.Bald. Angel.Paul.de Castrens.& Dd.in l.si quis diuturno.10. ff. si servit. vindicet. gloss.in l. servitutes. 4.ff.de servitut. Alb. Brun. de augment.& diminut.monet.præsupposition.2. limitat. 4. in fin.* tum verò etiam quod ad inducendam præsumptionem, super quâ observantia potissimum radicatur, non tantum tempus requiratur, atq; ad præscriptionem, *argument.l.si filiusfamilias.10. C.de petition.hereditat.junct.l.adversus.5. C.de usur.& l.quicunq;.3. C.de Apoch.public.lib.10. Iacob.Thoming. decision.33.num.5.*

6 Ex quibus † omnibus constat, si obligatio dubia sit, quod non solùm ex subsecutis solutionibus sors istiusmodi obligationis declaretur, utpote quæ talis esse præsumatur, qualem subsecutæ solutiones demonstrant, *Bald. in d. l. si certis annis. 28.num. 11. C. de pact. Rener.Budel.in tractat. de monet.lib.2.cap.24.num.25.in fin.* nec non etiam solutæ pensiones & usuræ sortem necessariò inferant, cujus respectu solutæ sunt; *Bartol.in d.l.cum de in rem verso.6.n.12. versic.item præsumitur stipulatio sortis &c.ff.de usur.& fructib. Bald.in l.si pro dote.2.C.de dot. promission.nu.1.& seqq. D. Anton.Bulla.in resp. jur. exception. bin. prætensæ scil. suspectæ interluneat.& putat.usur.contract.eviscer.&c.nu.10. Cardin.Tusch.pract. conclus.tom.7 lit.S.concl. 339.n.9. & seq.* sed etiam exinde quædam observantia inducatur, qualis in obligationibus & dispositionibus dubiis omnino attendenda est, *argumento §. Pavonum. 15. Instit. de rer.division. & acquirend. ear.domin. l. sed Iulianus. 7. §.proinde.12.ff.ad Senatusconsult. Macedonian. l.si servus plurium.50. §. si numerus. fin.ff.de legat.1.cap. cum dilectus. 8.extr.de consuet. Ioh. Petr.Surd. decision.134. num.9.Cravett.consil.101.num.3.Pruckmann. consil.24.num.240.vol.2.* Ideoq; vulgò traditur, subsecutam solutionem usurarum nihil aliud esse, quàm observantiã quandam, quâ demonstretur, qualis intentio & conventio partium præcesserit. *Berlich. pract. conclus.p.2.conclus.36.num.30.ad fin.D. Bullæ.d.resp. num.10.vers.& subsecuta.*

Ex quibus † omnibus pro postrema & principali conclusione hujusce doctrinæ circa inducendum certum solvendi modum pecuniæ debitæ iterum apparet, quòd si obligatio dubia sit, & de certo numorum genere ex instrumento ejus vel aliunde non appareat, quod istiusmodi dubium declaretur per observantiam subsecutarum solutionum, atque ita modus solvendi hecce in casu minori tempore per observationem fortassis decem annorum inducatur. 7

Sin † verò obligatio certa sit, & de numorum genere, quales in obligationem deducti sint, nullum dubiũ sit, quod tum ad inducendum solvendi modum longissimo tempore, seu præscriptione 8

30. vel

30. vel 40. annorum opus sit, *Iohan. Aquil. de potestat. & utilitat. monet. in 2. cap. 2. & in fin. Martin. Garrat. Laudens. de monet. in fin. Renner. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 24. num. 17. Albert. Brun. de augment. & diminution. monet. præsuppositíon. 2. limitat. 4. num. 8. versic. Quod autem dixit &c. Menoch. consil. 49. num. 20. vol. 1. Ernest. Cothman. consil. 34. num. 316. & seqq. usque ad num. 322. vol. 1.*

FINIS QUÆSTIONUM CLASSIS QUARTÆ DE externis circumstantiis, ob quas numorum debitorum solutio variari potest.

CLASSIS QUINTA,
DE VERO USU ET ABUSU REI numariæ eiusdemque correctione.

QUÆSTIO PRIMA,

Ad cap. Quantò. 18. extr. de jurejurand.

An Principi aliive Superiori jus cudendæ monetæ habenti, extra casum summæ necessitatis, vigore juris superioritatis, improbam monetam ferire, proba numismata recudere, eademque diminuere, sui commodi causa improba & deteriora numismata in locum veteris justæ & probæ monetæ surrogare, iisdemque valorem justo majorem imponere liceat?

SUMMARIA.

1 *Transitio ad Classem quintam quæstionum monetariarum.*
2 *Summa cap. quantò. 18. extr. de jurejurand.*
3 *Utrum Princeps jus fabricandæ monetæ habens, improbas monetas ferire & proba numismata sui commodi causa in deteriora convertere possit?*
4 *Hodie, uti olim, adhuc Consiliarii inveniuntur, statuentes, quod Reges & Principes cumprimis superiorem non recognoscentes vigore juris monetarii ex non idonea materia seu metallo viliori vel auro & argento multùm mixto numismata improba cudere, iisdemque valorem quoad bonitatem intrinsecam justo majorem imponere possint.*
5 *Moneta sive pecunia numerata non est corpus Physicum, sed res artificialis, cujus substantia non in materia vel forma corporis monetæ, sed in valore imposititio consistit.*
6 *Ius cudendæ monetæ, tanquam proprium Principis, Regalibus annumeratur.*
7 *Ius æstimandæ monetæ, eidemque valorem imponendi, non minus atque jus cudendæ monetæ inter Regalia refertur.*
8 *Ius tollendæ seu reprobandæ monetæ non mi-*

nus, quam jus ejusdē fabricandæ Regale est.

9 Principibus & Rerumpublicarum administratoribus jus monetæ habentibus in casu summæ necessitatis permissa est mutatio & deterioratiō numismatum, uti demonstratur exemplis & n. 10.

11 Vt sumptus & impensæ ad cudendam & probandam monetam à Principibus deducantur, & exinde materia monetæ vilior reddatur, ratio juris suadet.

12 Magistris monetariorum à liga seu pede numorum & meta cudendis monetis vigore remedii monetarii nonnihil deviare indultum est.

13 Principes & Imperatores tempore necessitatis monetam ex viliori materia fabricasse, eidemque valorem longè majorem imposuisse historiarum monumenta testantur.

14 Creditorum nihil interest, monetæ bonitatem intrinsecam probam vel adulterinam esse, modo valor imposititius publice currat, eodemq́; pretio iterū expendi possit.

15 Illorum Interpretum sententia, qui statuunt, quod in moneta utraque bonitas tam intrinseca quàm extrinseca requiratur, quorum sententia verior.

16 Vsus monetæ publicus est, & ad permutationes & commertia inter homines ineunda ordinatus & inventus est.

17 Valor monetæ ab uno aliquo Superiore impositus respectu suorum subditorum publicus, respectu verò aliorum populorum privatus est.

18 Principes, ad quos jus cudendæ monetæ devolutum est, monetæ publicum characterem imprimunt, ut videlicet constare possit, nummum ab ipsis percussum tantum ponderis & magnitudinis probi metalli in sese revera continere, quantum character & valor ei impositus indicat.

19 Facta & dispositiones Principum ab omni malitia & diminutione mercium & pecuniæ remota esse debent.

20 Exempla Imperatorum & Principum, qui propter proba numismata & sublata adulterina, ab Historicis æternis laudibus efferuntur, e contra alii propter admissā monetæ corruptionē & numismata adulterina introducta, perpetua afficiuntur ignominia.

21 Ad fabricandam probam monetam & custodiendam uniformem ejusdem valorem Principes & superiores magna & infinita incommoda, tam ipsiusmet superioribus quàm subditis ex moneta depravatione in uno quasi fasciculo in Novell. Leon. 52. expressa provenientia, invitare debent.

22 Pecuniam adulterinam conflare, numos probos in deteriores convertere, superioris arbitratu & libitu valorem monetæ imponere, quolibet jure divino, Canonico, civili Iustinianeo & modernis pragmaticis Imperii Constitutionibus prohibitum est.

23 Compendium & lucrum ex conflando falsam monetam valoremq́; ejus mutando quærere, jure divino in tantum est inhibitum, ut istiusmodi lucella possessoribus non profutura sed damnosa sint.

24 Falsam & improbam monetam ferire, seu numos probos recudendo in deteriores convertere, jure Canonico cap. quanto. 18. extr. de jurejur. est inhibitum.

25 Iure civili Iustinianeo moneta bonitatis intrinsecæ expers esse nequit, sed massam & valorem impositiium invicem congruere oportet.

26 Numismata proba, justiq́; ponderis & valoris ab omnibus Imperii proceribus & Statibus conflari & circa Regale illud nullam fraudem committi debere, in diversis Constitu-

stitutionibus Imperii constitutum & repetitum est.

27 *Primævum numorum valorem impositi-tium augere seu mutare in ordinat. monetar. Ferdinand. Imperat. primi inhibitum est.*

28 *In Constitutionibus Imperii & Edictis monetariis quibuslibet tam aureis quàm argenteis, tam majoribus quàm minoribus numis certus pes, qui strictè custodiendus, præfinitus est, usque adeò ut vel alterius speciei nummos aliàs probos etiam, in Constitutionibus tamen non approbatos & definitos feriens, perinde, ac si adulterinos numos percussisset, hoc Regali abuti censetur, & multam 50. librarum auri solvere tenetur.*

29 *Ad publicam & perpetuam monetæ æstimationem, ut illa justa & legitima dicatur, utraque bonitas, tam intrinseca quàm extrinseca requiritur, ut uniformem ac stabilem æstimationem & cursum perpetuum recipiat.*

30 *Ius cudendæ monetæ Regalibus & reservatis Superioris sic annumeratur, ut Princeps valorem justo majorem non, sed talem, qualis apud omnes gentes recipitur, imponat.*

31 *Princeps circa rem monetariam malè versans, fide publica & charactere suo monetis impresso subditos & exteros defraudat, valoreq; imposititio justo majore, pecuniaque depravata propriū lucrum quærendo honesto nomine & officio indignus judicatur.*

32 *Princeps jure divino, naturali & gentium æquè ac subditi obligatur, imo propter evitandum scandalum etiam humanæ constitutioni à semetipso lata sese submittere debet.*

33 *Princeps justam & probam monetam sine justa & legitima causa, sive mutatio per augmentum sive per diminutionem expediatur, propria authoritate immutare nequit.*

34 *Princeps etiam ex justa causa sine consensu populi monetam mutare nequit.*

35 *Exportatio fraudulosa fortium & probarum monetarum ad exteros gravissimis pœnis cohibenda, & in evectores, nummularios & collusores eorundem diligentissimè inquirendum, ut dignis afficiantur pœnis.*

36 *Princeps vetera numismata in novas formas, retento pristino, propter aucta metallorum precia, valore convertere potest, ita tamen, ut semper extra sumptus monetales moneta formata tantū valeat in massa, quantum valet signata.*

37 *Principem in cudendis monetis factas expensas monetarias deducere, pecuniam ita formare posse, ut tantò minus valeat, quanti in ea conflanda expensi sunt sumptus, hodie universali quasi consuetudine receptum est.*

38 *Magistri & Zygostatæ monetariorum defectum ex incuria aut celeritate conflandæ monetæ fortassis commissum, & quadantenus saltem notabilem suò pœna arbitraria supplere tenentur.*

39 *Necessitas legem non habet, actumque solet reddere licitum, qui alias est illicitus.*

40 *Cessante causa illegitimam monetam causante, illius illegitimæ monetæ justum pretium creditoribus rependi debet.*

41 *Creditorum multum interest, pecuniam probam ubique valentem & expendibilem, cujus valor cum materia ejusdem congruit, à debitoribus suis recipere.*

42 *Sensui communi repugnat, monetam propter solum valorem imposititium & cha-*

racterem superioris citra considerationem bonitatis intrinsecæ & materiæ probæ publicam & perpetuam æstimationem habere, & ubique expendibilem esse.

1 SUperioribus † quatuor controversiarum monetariarum classibus, 1. de definitione, origine, subjecto & objecto rei monetariæ, 2. de recepta numorum debitorum, ob varietatem obligationum solutione, 3. de monetarum tam totali quàm partiali mutatione & reprobatione, & 4. de externis monetarum circumstãtiis succinctâ brevitate actum est, consequens & postremò nunc nobis etiam erit, ut usum & abusum rei monetariæ, ob quem abusum cõtroversiæ monetariæ adeo multiplicatæ, ut inextricabiles pene factę videantur, pertractemus, cujus nobis ante oculos sequens Regis Arragoniæ exemplum ponitur:

2 Filius † enim Regis Arragoniæ à Consiliariis suis seu deceptoribus potiùs, uti textus loquitur, qui Regi suo non consentiente populo persuaserant, ut ad certum tempus monetam patris sui depravatam in usu conservaret. Verum Rex junior deprehendens magnum scandalum exinde ortum, inconsultum istiusmodi juramentum revocare, & populo satisfacturus à Pontifice Romano Innocentio Tertio exhibito libello supplici absolutionem à juramento impetrare nitebatur. Cujus conscientiæ consulturus prædictus Pontifex Romanus Innocentius III. eidem distinguendo in hunc modum rescripsit. Quod si Rex tempore præstiti juramenti cognovit, monetam Patris sui fuisse falsam, tum istiusmodi juramentum tanquam vinculum iniquitatis nullatenus observandum, sed Regi desuper pœnitentiã injungendam esse. Quod si verò tempore præstiti juramenti Rex supplicans monetam patris sui probam & legitimam esse credidit, tunc juramẽtum etiam fuisse legitimum & proinde à Rege observandum, ita tamen ut pro avertenda fraude omnique dispendio evitando in locum depravatæ monetæ patris, probatam & justi ponderis monetam nomine defuncti patris cudi faceret, æqualem & non minus expendibilem, atque eam, quę tempore patris sui fuit melior. Quod si denique Rex tempore præstiti juramenti credidit, monetam patris sui non prorsus falsam sed diminutam fuisse, tum enim peccatum suum confiteri, & desuper pœnitentiam agere debere.

Cujus capituli occasione aliis quæstionibus de juramenti obligatione & absolutione nunc prætermissis, à Canonistis & Interpretib. nostris, nostratibus nunc depravatis moribus, proh dolor cognitu inprimis necessaria quæstio moveri solet. Utrum Princeps seu superior, cui jus fabricandę monetæ competit, improbas monetas ferire, proba numismata sui commodi causa in deteriora convertere & non attenta bonitate monetæ intrinseca pecuniam deteriorẽ & debiliorem cudere, proprioq; ausu & arbitratu istiusmodi numis improbis valorẽ justo majorem imponere possit. 3

Et verò † tam olim quam nunc etiam Consiliarios nonnullos, quos tamẽ Pontifex Romanus Innocentius III. *in d. cap. quantò. 18. extr. de jurejurand.* istiusmodi honesto dignitatis titulo prorsus indignos, sed deceptores potius & falsarios esse 4

judi-

judicat, repertos fuisse, cumprimis verò hodiè adhuc extare, tam literarum monumentis quam communi experientia comprobatum est, qui omnibus juris recti pudoris, officii & juramenti præstiti repagulis perfractis, Regibus, Principibus, aliisq; Superioribus jus fabricandæ monetæ usurpantibus persuadere veriti non sunt, quod ipsis cumprimis superiorem non recognoscentibus vel legibus monetariis non astrictis, vigore istius juris monetarii, vel ex non idonea materia seu metallo viliori, aurove vel argento, multum mixto numismata improba cudere, iisdemque valorem quoad bonitatem intrinsecam justo majorem imponere, hac praxi singulari à sese excogitata (quam Dd. nostri tanquam dignum olla operculum longè rectius præpostere calliditatis, fraudis, &ab honesto bonoq; viro alienissimæ imposturæ nomine indigitant) multa millia corradere, exinde sese, satellites quos & familiam alere, auro, argento probisque numis in deteriores conversis eosdem solùm expendere, miseramq; tandem plebeculam & totam communitatem istiusmodi falsitatibus decipere ac defraudare liceat. Cujusmodi singularem praxin ab istiusmodi pessimis consultoribus & deceptoribus, (qui ob id numis improbis, ad quorum fabricationem & vulgationem sub specie recti nec minus spe lucri Principes pelliciunt, nõ absurdè ipsimet comparandi, & sic à Principibus iisdem ceu pestes Reipublicæ & subditorum sanguisugæ præ aliis melioris notæ monetæq; viris meritò haut adoptandi forent, sicut tamen perverso more non fieri, jam olim Aristophanes *in Ran. fol. mihi* 168. hisce verbis conquestus est:

Sæpè nobis visa est hæc Respublica æquis ac bonis
Civibus uti eodem, quo numis veteribus & novis
Utitur modò. Neque enim hos, qui plumbei non sunt, sed hos
Qui sunt omnium optimi, negligit hæc nostra civitas.
Nam solis probè cusis, probèq; tinnientibus
Nunc passim locorum, & apud Græcos & apud Barbaros
Omninò non utitur, sed improbis & ferreis,
Qui nuper & heri sunt procusi notâ quàm pessimâ.
Itidem & civium quos scimus ingenuos & sobrios,
Et viros justos & honestos, & frugi & perquam probos
Hos expellimus: Ferreis autem & peregrinis & malis,
Et malo genere natis servisq; ad omnia utimur;
Qui quidem postremò advenerunt: quibus antehàc civitas
Ne quidem usu fuisset temerè ac facilè pro unguentariis.
At nunc saltẽ, ô stolidi, mores hos mutate perditos,
Et bonis utimini denuò viris: facientibus
Namque officium, & si quid peccati fortè,
Excusabile erit) ab illis inquam pessimis consultoribus excogitatam, licet nullus eorum (quantum ego noverim) propter summam turpitudinem & laqueum conscientiæ eorum injectum aperto Marte defendere ausus fuerit; attamen ipso facto hactenus technas suas & defraudandi malitiam plus satis ostendunt, & ratiunculis ex bonitate monetæ extrinseca tanquam forma ejusdem desumptis, indirectè saltem palliare nituntur, quarum potissimas ex Dd. nostris subjiciam.

1. *Rationes dubitandi.*

Primarium † igitur & potissimum eorum fundamentum est, quod moneta seu pecu- 5

pecunia numerata non sit corpus naturale seu physicum, sed res artificialis, cujus substantia non in materia vel forma corporis monetæ, sed in valore impositio consistat, *l. 1. in princ. ibi* electa materia est, cujus publica & perpetua æstimatio difficultatibus permutationum, æqualitate quantitatis subveniret, eaq; materia forma publica percussa usum dominiúq; non tam ex substantia præbet, quàm ex quantitate &c. *ff. de contrahend. emption.* quâ formâ seu valore impositio sublato, moneta etiã corruat, & pecunia esse desinat. *argum. l. Julianus. 9. § sed si quis rem. 5. ff. ad exhibend. Carol. Molin. in tractat. de usur. nu.* 753. Unde consequens est, quod moneta in contractus & commutationes deducatur, non ut corpus, sed sub ratione tantùm valoris, seu impositæ quantitatis, eademq; sola in pecunia ut pecunia, & quatenus eadem omnes aliæ res æstimantur, non verò materia ejusdem attendatur. *Carol. Molin. de usur. & fructib. quæstion. 92. nu.* 694. *versic. & primò pro secunda parte &c.*

2. Ratio dubitandi.

6 Quando † igitur pro dubitandi ratione Secunda jus cudendæ monetæ proprium sit principis; *l. si quis nummos. 2. C. de fals. monet.* & proinde regalibus etiam annumeretur, *cap. unic. Quæ sint Regal. lib. 2. Feudor. cap. 56. & ibi Dd. communiter, Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 7. num. 15. & seqq. Fabian. de Monte in tract. de empt. vendit. cap. 5. n. 6. Damhoud. in prax. crimin. cap. 65. nu. 1. Chassan. in consuet. Burg. rubr. 1. n. 48. Petr. Gregor. in Syntagm. jur. univers. lib. 36. c. 2. n. 25. Ioan. Bernardin. Muscatell. in pract. crim. tit. de falsâ monetâ. n. 2. Arnold. Clapmar. lib. 1. de arcan. Rerumpub. cap. 16. D. Herman. Vultej. de feud. lib. 1. cap. 5. n. 7. § septimò. Rener. Budel. in tr. de re numar. lib. 1. cap. 4. n. 1. Rosenthal de feud. cap. 5. conclus. 48. nu. 1. Andr. Knich. de jure Elector. & Duc. Sax. cap. 5. de Regalib. in specie. verb.* Müntzgerechtigkeit. *pag. 152. Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 23. n. 1. & seq. Mynsing. cent. 4. obser. 24. in princip. Georg.* Schultzen *in Synopsi jur. feud. cap. 7. nu. 126. Nobilißimus & Consultiß. Dn. D. Benedictus Crusius Orebroensis, Sueciæ ICtus primicerius, meus ex antiquo fautor & amicus perpetim honorandus, & fraterne diligendus disp. inaug. de regalib. Giss. hab. th. 114. Dn. Philip. Sigism. Cludius amicus meus veter & optimus disq. Acad. Rostochii hab. de crim. læs. majest. th. 117.* juxta illud Guntheri *Ligur. lib. 10. n. 571. & seq.*

Atq; figuratam latè se Rege monetam
Distribuitq; suis regale numisma maniplis:

consequens utiq; est, principem pro arbitratu suo monetæ citra considerationem materiæ valorem impositium statuere posse, utpote qui nõ solum legibus solutus sit, *l. princeps. 31. ff. de legib. l. disputare. 3. C. de crim. sacrileg.* ubi traditur sacrilegiĩ instar esse, de judicio seu potestate Imperatoris disputare seu dubitare, Bald. *in cap. 1. de alienat. feud. ubi ait.* Principi leges esse subjectas, nec ullam ipsius Majestati legem imponi posse, *Dd. in l. fin. ff. de constitut. princ. Andr. Gail. lib. 2. observ. 127. n. 7. Curt. sen. cons. 65. n. 5. Roland. cons. 100. nu. 6. lib. 4. Wilh. Antonii de rescript. morator. conclus. 3. n.* 34. 36. sed etiã legum condendarum, corrigendarum & abrogandarũ potestatem obtinet, *§. sed & quod principi. 6. Instit. de jure Nat. Gent. & Civil. l. & ideo. 11. ff. de LL. l. leges. 3. l. humanum esse. 8. l. leges sacratißimæ. 9. l. omnes. 10. l. cum de novo. 11. & l. si Imperialis. 12. C. de LL. l. tanta. 2. § hæc igitur omnia. 19. C. de veter. jur. enucl. Bart. n. 8. Iason. n. 24. in l. Imperium. 3. ff. de Iurisd. Panorm. in cap. cæterum. 5. n. 2. extr.*

2. extr. de judic. Andr. Gail. de arrest. Imper. cap. 2. num. 11. adeoq; omnia jura in scrinio pectoris sui recondita habeat: *l. omnium. 19. C. de testament. junct. cap. proposuit. 4. extr. de concession. præbend. & cap. 1. de constitut. in sexto. Andr. Gail. lib. 2. observ. 55. nu. 5. Wilh. Antonii de rescript. morat. concl. 48. num. 148.*

3. *Ratio dubitandi.*

7 Quorum † opinio, & quod princeps pro arbitrio suo valorem monetę constituere possit, pro dubitandi ratione Tertia etiam hinc confirmari videtur, quod jus æstimandæ monetæ, eidemq; valorem imponendi, non minus inter regalia referatur, atq; jus cudendæ monetæ, *arg. l. pro imminutione. 2. & l. universos. fin. C. de veter. numismat. potestat. lib. 11. Albert. Brun. de augment. & diminution. monet. proposit. 1. num. 5. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 17. num. 11. 12. & seqq. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 7. num. 32. & seqq. Matth. de Afflict. ad cap. un. verb. moneta. n. 2. Quæ sint regal. Rosenthal de feud. cap. 5. concl. 48. n. 1. Andr. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 18. n. 27. Ludovic. à Peguera decis. 46. n. 11.* Prout hodie nihil penè frequentius est, quàm valorem monetæ tam primævum quàm usualem à superioribus jus fabricandi monetas habentibus immutari, & respectivè augeri & minui, uti edicta monetaria, qualia singulis pene semestribus in hoc perturbatǫ rerum statu nova emanant, satis superq; ostendunt, quantumvis fere semper monetæ valor magis crescere, quàm decrescere soleat *uti ex Didac. Covarruv. Carol. Molinæ. & aliis latius probat Budel. lib. 1. de re numar. cap. 16. nu. 7. & 8.*

4. *Ratio dubitandi.*

8 Quin etiam † & pro dubitandi ratione Quarta, Princeps vigore superioritatis, monetam prorsus etiam tollere & prohibere potest, & jus tollendæ seu reprobandæ monetæ non minùs inter regalia refertur, quam jus ejusdem fabricandæ *arg. l. elegant er. 24. §. qui reprobos. 1. ubi etiam Alexand. ff. de pignor. action. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 17. num. 12. Covarruv. de veter. numismat. collation. cap. 7. n. 5. & 6. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 7. num. 31. & seqq. Wesenbec. consil. 60. n. 31. part. 2. Zasius consil. 16. n. 25. lib. 2.* Ut proinde de potestate Principis libera circa valorem monetę impositiiium disputare vel dubitare nefas sit, *argumento d. l. disputare. 3. C. de crimin. sacrileg.*

5. *Ratio dubitandi.*

Præterea † & pro dubitandi ratione 9
Quinta, mutatio & deterioratio numismarum, quandoq; vel summa etiam necessitate efflagitante, Principibus & Rerumpublicarū administratorib. jus monetæ habentibus, iisdem vel invitis etiam & summa necessitate efflagitante suscipienda est, cumprimis verò, si finitimi populi & Principes numismata cudant deteriora, per numularios & aucupes suos monetas probas alterius principis conquirant, eosdem repercutiant, atque ita ipsum & subditos suos fortioribus & probis monetis spoliant, & in locum earundē suas deteriores & leviores monetas, ejusdem tamē valoris substituant; tum enim pro cohibēda istiusmodi fraude superiorem istum necessario monetas deteriores & leviores cudere, none tamque pro cohibenda auri & argenti proborumq; numismatum exportatione ex sua regione omninò labefactare teneri: veluti idipsum exemplo Carol. 7. Francisci I. Henrici II. & Caroli IX. Regum Galliæ latiùs declarat Bodin. *de Republic. lib. 6. cap. 3.*

6. Ratio dubitandi.

10 Insuper † & pro dubitandi ratione Sexta vel ipsamet etiam moneta sui natura mutationem & deteriorationem ejusdem multoties urget, si nimirum propter decrementum metalli fodinarum & penuriam auri & argenti precia eorundem crescant, tum enim materia numorum cariore & precioisiore redditâ, vel valor numismatum mutandus, & augendus, vel ad minimum materia numorum labefactanda, & deteriores numi pro fortiotibus repercutiendi sunt: *Matth. de Afflict. ad cap. unic. in verb. moneta. num. 9. Quæ sint regal. lib. 2. feudor. cap. 56. Covarruv. de veter. numismat. collation. cap. 7. nu. 5. & 6.* siquidem preciis metallorum auctis, valorem quoq; numorum vel augeri, vel eodem retento, materiam numorum diminui oportet *argumento l. pro imminutione. 2. C. de veter. numismat. potestat.*

7. Ratio dubitandi.

11 Septimò † quod pecunia formata nõ præcisè tantùm valere debeat, quantùm continet in massa, sed quod valor Principis imposititius potius in ea attendi debeat, etsi numorum materia publicæ eorundem æstimationi non respondeat, vel hinc etiam patet, quod ad cudendam & probandam monetam magni sumptus & impensæ requirantur, quas à Principibus deduci, & exinde materiam monetę viliorẽ reddi, ratio juris luculenter suadet, *argument. l. Colonus. 12. ff. de vi & vi armat. l. si necessarias. 8. ff. de pignorat. action. l. quod dicitur. 5. ff. de impens. in res dotal. fact.* veluti etiam monetam non propriis principum sumptibus cudi, sed eosdem deduci, & nonnihil lucri inde haberi posse, totius pene orbis consuetudine receptum asserit, *Innocent. & Panormitan. in d. cap. quanto. 18. extr. de jurejurand. Albert. Brun. de augm. & diminution. monet. proposit. 1. num. 1. Covarruv. de veter. numismat. collation. cap. 7. num. 5. Decian. in tract. criminal. lib. 7. cap. 23. num. 31. Budel. de re numar. lib. 1. cap. 6. num. 4. & seqq. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 7. num. 86. Iacob. Aleman. in palæstra consult. 8. quæst. princip. 1. pag. 388. vers. hodiè expensa cudendi. D. Theodor.* Reinkingk *in tr. de retract. consanguin. quæst. 6. n. 232.*

8. Ratio dubitandi.

Quod ipsum † & quod moneta prorsus proba & justa conflari nequeat, pro 12
dubitandi ratione Octava, conflatores adulterinæ seu improbę monetæ eorumque defensores vel hinc etiam constare ajunt, quoniam in ipsismet Imperii Constitutionibus à Monetariorum Magistris liga seu pes numorum & meta cudendis monetis præscripta, non tam rigidè exigatur, sed iisdem vigore remedii monetalis, uti vocatur, ab eadem nonnihil deviare, & in defectu vel excessu nonnihil peccare indultum est, ut videre est in *ordination. probatoria Imperat. Ferdinandi I. de Anno 1559. §. 17. qui ita habet:* Doch soll an dem Schrot vor das Remedium an den Müntzen / so unter den fünff Creutzer biß auff den zwey Creutzer inclusivè folgends je uff ein Marck ein halb stück / daß einem zween Creutzer / und das / was unter zween Creutzer biß auff ein Pfenning / auff die Marck zwey Stück mehr an den Pfenningen auff ein Loth ein halb stück zugelassen seyn / etc.

9. Ratio dubitandi.

Præcipuè † verò & pro dubitandi ra- 13
tione Nona vel bonos etiam principes & Imperatores tempore cumprimis ne-

cessi-

cessitatis monetam ex viliori materia fabricasse, eidemq; valorem longè majorem ipsâmet massâ imposuisse, historiarum monumentis est proditum, *Iulius Cæsar lib. 5. de bell. Gallic. Senec. de benefic. lib. 5. cap. 14.* adeoq; Fridericum etiam Secundum Imperatorem propter exhaustam belli Italici diuturnitate pecuniã, coriaceam monetam conflasse, eiq; valorem aurei Augustalis imposuisse, eadem moneta debita militibus aliisq; creditoribus solvisse, ac insuper statuisse, ut eodem precio ab omnibus in emendo & vendendo reciperetur, *Pandolph. Collenuc. & Anton. Florent. in Chronicis sub anno* 1240. luculenter testantur, consimilemque coriaceam monetam tempore captivitatis Regis Galliæ Johannis in Regno illo viguisse dicit *Pap. decis. Delphinat.* 493. Hæc pluraq; id genus exempla numorum ex viliori materiâ confectorum recenset etiam D. Theodor. Reinking *de retract. consanguin. quæst. 6. nu. 175. 176. 177. 184. 185. Anton. Hanffman. de re monetar. resolut. 14.*

10. *Ratio dubitandi.*

14 Ex quibus † omnibus & pro dubitandi ratione Decima & ultima consequens est, cum creditorum nihil intersit, pecuniam intrinsecus fortem vel debilem, seu monetę bonitatem intrinsecam probam vel adulterinam esse, modo valor impositius publicè currat, & eodem precio iterum expendi possit, *argumento l. debitorem. 99. ff. de solut. l. Titiæ amitæ. 35. in princ. ff. de aur. & argent. legat. l. unic. C. de collation. ær. & l. unic. C. de argent. prec. quod thesaur. infert. lib. 10. junct. l. quisquis. 95. ff. de legat. 3. l. plane. 34. §. sed si duorum. 2. ff. de legat. 1. l. si is. cui. 94. ff. de solution. & liberat. l. Lucius. 24. ff. deposit. l. si heres ab eo, ff. ad SC. Trebellian.* in quibus posterioribus textibus pecunia rebus incorporalibus accensetur, à superiori jus fabricandæ monetæ habente monetam ex viliori materia puta plumbo vel corio fabricari posse, modo publicè approbata sit, eandemq; pro pecunia aurea vel argentea vel ex mutuo etiam solvi posse, *argumento d. l. 1. in princ. ff. de contrahend. empt. l. quæ extrinsecus. 65. §. sed etsi. 1. ff. de verbor. obligation. l. debitorem. 99. & l. Paulus respondit. 101. ff. de solut. & liberation. Hieronym. Butigell. in repetition. l. cum quid. 3. col. 9. num. 28. ff. de reb. credit.*

RATIONES DECIDENDI.

Verum † prædictas dubitandi rationes, pro admittenda pecunia adulterina & ex vilissima materia fabricatâ, propter solum imposititium valorem, superioris jus monetæ cudendæ obtinentis, longè leviores, & communem opinionem in contrarium esse, adeoque in moneta utramq; bonitatẽ tam intrinsecam quam extrinsecam requiri, seu justam materiam, formam ac pondus eandem obtinere oportere, longè firmioribus rationibus & argumentis evincitur, quã sententiam præter alios à sese allegatos Interpretes tuentur *gloss. in l. 1. in verb. præbet. ff. de contrah. emption. Bartol. in l. cum quid. 3. ff. de reb. credit. & in l. qui falsam. 19. ff. ad l. Corn. de fals. Bald. in l. fin. C. de fals. monet. in cap. quantò. 18. in fin. extr. de jurejurand. Tiraquell. de retr. lignag. §. 1. gloss. 18. nu. 27. Covarruv. de veter. numismat. collation. cap. 7. nu. 5. & seqq. Iacob. Alemann. in palæstra consult. 8. quæst. princip. 1. in prolegom. pag. 379. & seqq. D. Theod.* Reinking *in tract. synopt. de retractu consanguin. quæst. 6. conclus. 2. n. 153. & seqq.* Albert. Brun. *de augment. & diminution. monet. proposit. 1. n.* 1. & 2. 15

1. & 2. item num. 20. ubi ex Baldo duo ad cudendam monetam requiri ait, veritatem & authoritatem, item ipsemet Carol. Molin. *in tractat. de usur. & fructib. de mutation. monet. nu.* 798. *& seqq.* ubi tamen præter alii ab aliis Interpretibus etiam circa appellationem monetæ bonitatis intrinsecæ & extrinsecæ dissentit, hanc intrinsecã illam extrinsecam nominans *Pinell. ad rubric. C. de rescindend. vendition. part. 1. cap. 3. num. 7. Budel. de re numar. lib. 1. cap. 6. num. 2. & seqq. & lib. 2. cap. 1. num. 5. & seqq. Anton. Faber de variis numor. debitor. solution. cap. 1. & cap. 4.* Sixtin. *de Regalib. lib. 2. cap. 7. n.* 38. 46. *& seqq. item lib. 2. cap. 2. num.* 34. ubi Illustrissimum ac Laudatissimum Heroem Philippum Hassiæ Landgravium dicere solitum fuisse refert, Principem ex tuta via, proba moneta & observatione fidei alicui datæ agnoscendum esse. Man solle einen Fürsten kennen / bey reyner Strassen / guter Müntz / und Haltung beschehener Zusag / *uti latius in theorem. 1. class. 1. diximus.*

1. *Ratio decidendi.*

16 Primò † enim quantum monetæ usum attinet, ejusdem usus publicus, prorsus & juris gentium est, ususq; ad nihil aliud quam ad permutationes & commercia inter homines ineunda ordinatus & adinventus est, qualem cõmoditatem suam & usum publicum ut præstet, eum materia & forma probum non adulterinum esse oportet, *argumento Genes. cap. 23. versic. 16. ibi: moneta probatæ publicæ. item l. 1. in princ. ibi: sed quia non semper nec facilè concurrebat, ut cum tu haberes, quod ego desiderarem, invicem haberem, quod tu accipere velles, electa materia est, cujus publica ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationum, æqualitate quantitatis subveniret, eaque materia forma publica percussa ipsum usum dominiumque non tam ex substantia probet, quam ex quantitate, ff. de contrahemption.* D. Theodor. Reinkingk *de retract. consanguin. quæst. 6. n.* 228. subjiciens *ibid. n.* 229. numum rerum comparandarum gratiâ de jure gentium inventum, tanti haberi, quantum pro eo comparari potest, atque monetam ita æstimandam esse, & tanti, quantum aliâs valeret, publico charactere non impresso, *per Dd. ib. allegat.* cùm pecunia sit cõmune æstimans, ad quam omnes res & merces tanquam ad regulam & mensuram referuntur, & in eam converti possunt, *l. 2. §. 1. ff. de constit. pecun. l. 2. C. de vet. numism. potest. Duaren. de in lit. jur. nu.* 5. quâ rerum mensurâ mutatâ, omnia etiam mutari necesse est.

2. *Ratio decidendi.*

Ex quo † & pro decidendi ratione Secundâ, necessariò consequens est, quo- 17
niam valor, qui ab uno aliquo superiore monetæ imponitur, respectu suorum tantum subditorum publicus, respectu verò aliorum populorum privatus est. Vide D. Theodor. Reinkingk *in tract. de retract. consanguinit. d. quæst. 6. n. 163. & seqq.* ubi subjungit, in Imperio accipi Ducatos Hungaricos & Turcicos, item coronatos Gallicos, nõ eo valore, qui à Rege Hungariæ, Galliæ, & Imperatore Turcico iis est impositus, sed eo potius, quanta auri, ex quo confecti sunt, bonitas, quantitas & pondus in illis æstimatur. Johann. Faber *in authent. hoc nisi. C. de solution. Bald. in cap. quantò. 18. extr. de jurejurand.* ubi ait, authoritas characteris & imposititii valoris non est omnibus communis, sed illis tantum, qui sunt sub eodem imperio, & parere tenentur, non autem ligat exteros,

qui

qui non tenentur recipere monetam, nisi secundùm qualitatem materiæ, quæ ligat omnes &c. sed ad publicam illam ac perpetuam æstimationem, quę juris gentium est, & commerciis inter subditos & exteros cōmunibus deservire debet, non unius vel alterius gentis, sed omnium simul consensum & voluntatem requiri, monetamque tantundem valere debere formatam, quantum continet in massa aurea vel argentea, cui & character & imago superioris impressa est, non minus ac ipsæmet massæ auri, argenti & æris æstimatæ, quippe quæ ex Germania in Italiam, exinde in Græciam & ex Græcia in Persiam transportatæ, quolibet in loco, etsi in commerciis per mille manus ambulaverint, suum constantem & publicum valorem obtinent, quolibet jure cautum est, *argumento l. fin. C. de veter. numismat. potestat. lib.* 11. *Bartol. in l.* 1. *C. de veter. numismat. potest. lib.* 11. *Afflict. decision.* 90. *nu.* 4. Bald. *in l. fin. C. de fals. monet.* ubi ait: in moneta duo requiri, veritatem & authoritatem, *Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. præsup.* 1. *num.* 1. *&* 2. *& num.* 20. Budel. *de re monetar. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 3. *& seqq.* ubi ex Budæo refert, nisi argentum infectum & numisma parili ratione congruerent, commercia hominum expediri non possent. Item Carol. Molin *de mutat. monet. n.* 799. *quæst.* 100. hunc in modum eleganter scribens: sensus etiam communis ostendit necessariam esse aliquam materiæ bonitatem intrinsecam correspondentem, alioquin non posset esse usui ubique locorum, contra *l. ideo.* 3. *ff. de eo, quod cert. loc.* Imò nullibi nulloque modo fungi possit munere pecuniæ publicæ, licet posset esse notula seu tessera privata, cujus non posset esse usus, nisi inter paucos privatos, ut in certo Collegio, quo tesseram offerendo daretur diurnum vel menstruum demensum Collegii vel certa quantitas pecuniæ publicæ. Unde tradunt Dd. bonitatem extrinsecam regulariter dependere debere ab intrinseca, adeò ut nisi æquivaleat, delinquant, reique reddantur, qui formatam pecuniam deteriorem conficiunt, quam est argentum: *Ioan. Chrysostom. Dornsperg. in resp. jur. de tut. quæst. monet. num.* 18. ubi prætereа *n. seq. ex Leubero* illam monetam bonam definit, cujus partes essentiales, pondus sunt & valor, seu bonitas intrinseca & extrinseca juxta legem Imp. & jus gentium debitâ proportione, & sibi mutuò argento infecto correspondent, &c.

3 *Ratio decidendi.*

Nam etsi † pro decidendi ratione 18
Tertia, jus cudendæ monetæ regale sit, & ad superiores devolutum, attamen illud ipsum alia ratione non est factum, quàm ut negotiatores, qui antiquitus monetæ qualitatem & pondus priùs examinare tenebantur, propter multiplicatum genus humanum auctaque commercia à difficultate ista examinandæ monetæ per pōderationes inprimis sublevarentur, rei numariæ curâ Principibus & Superioribus commissâ, qui monetæ publicam characterem imprimerent, unde constare possit, numum ab ipsis percussum tantum ponderis & magnitudinis probi metalli in sese revera continere, quantum character & valor ei impressus indicat. *Aristotel. lib.* 1. *politicor. cap.* 5. *& lib.* 5. *Ethicor. cap.* 5. *Budel. de re numar. lib.* 2 *cap.* 1. *num.* 4. *Carol. Molina de mutation. monet.*

monet. quæstion. 92. *num.* 694. *Sixtin. de Regalib. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 20. *&* 21. *ubi ex Cassiodor. variar. lib.* 6. *cap.* 7. *hæc verba refert:* Verum hinc liberalitatem nostram alio decoras obsequio, ut figura vultus nostri metallis usualibus imprimatur, monetamque facis de nostris temporibus futura secula commonere. ô magna inventa prudentum! ô laudabilia instituta majorum! ut & imago Principum subjectos videretur pascere per cômercium, quorum consilia invigilare non desinunt pro salute cunctorum. *Hactenus Cassiodorus.* Unde liquidò constat Principes Regali monetario nihil amplius consecutos, quàm ut illud ipsum sartum tectum conservent, auctoritate sua provideant, ut proba numismata cudantur, in perpetua & publica æstimatione conserventur, moneta verò adulterina excludatur, & prorsus inutilis reddatur; quo ipso usus pecuniæ nihilominus publicus & juris gentium remanet, Princeps verò ejusdem tantum custos & minister est. *argumento d. l.* 1. *in princ. ff. de contrah. empt.* Aristotel. *lib.* 1. *politicor. cap.* 6. ita inquiens: Publico gentium consensu constitutum est, ad permutationes faciendas, ut tale quiddam inter se darent & acciperent, quod ad vitæ usum accommodatum facilè tractari posset, *Molinæ. de usur. & fruct. quæst.* 92. *num.* 695. *seu num.* 10. *ejusdem quæst. & quæstion.* 100. *num.* 98. *& num.* 100. Bodin. *de Republic. lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 684. *pag. mihi.* 1070. ubi ait: Huic gentium juri derogari non debet, nec Princeps sine summa sui nominis ac famæ jactura, jus illud populorum omnium commune perrumpere potest. *Sixtin. de Regalib. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 28. *& seqq.*

4. *Ratio decidendi.*

Quando † igitur pro decidendi ratione Quatta Principum facta & dispositiones ab omni malitia & diminutione 19
mercium & pecuniæ remotæ esse debeant, adeoque princeps in terris ipsamet lex sit, & per consequens justitia etiam animata, *per text. in authentic. de consulib.* §. *fin. in fin. & gloss. ibidem in verb. legem,* Wilhelm *Antonii de rescript. morator. conclus.* 49. *n.* 96. nec fraudum nec circumventionum author esse debeat, cum lex dicat, nihil esse, quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in Principe, *l. inter claras.* 8. *C. de summ. Trinitat. & fid. catholic.* nemo etiam principali authoritate decipiendus sit, *l.* 1. *C. de his qui veniam ætat. impetr.* Wilhelm *Antonii de rescript. morator. conclus.* 63. *n.* 68. cum sit fons justitiæ: *text. in* Clement. *unic. de probation. gloss. notabil. in l. relegati.* 4. *in verb. ex aliqua, ff. de pœn.* nec injuriæ inde oriri debent, unde jura nascuntur, *l. meminerint.* 6. *C. und. vi.* Wilhelm *Antonii d. tract. de rescript. morator. conclus.* 35. *nu.* 17. *& conclus.* 48. *nu.* 18. Consequens utique est, Principem si in re monetaria malè versetur, numismata falsa & adulterina feriat, eademque imaginis sui impressione & characteris seu valoris nimii impositione, tam subditos quam exteros decipiat & defraudet, terminos justitiæ excedere, jusque divinum & jus gentium, quo omnes homines obligantur, violare, & Principis nomine indignum esse, *can. scelus.* 21. *caus.* 2. *quæst.* 1. *Afflict. in cap.* 1. §. *similiter. de capitan. qui cur. vendid.* 2. *feud. tit.* 51. Bodin. *de republic. lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 679. *pag. mihi.* 1064. ubi hunc in modum scribit: Principi non magis licet improba numismata cudere, quam occidere, quam grassa-

grassari: nec à jure gentium, quo quidem auri & argenti pretium constitutum est discedere: nisi Regis nomen & splendorem amittere, ac falsæ monetæ fabricator, quàm princeps appellari malit. *Ioan. Chrysosthom. Dornsperg. in respons. jur. singul. de 3. quæst. monetar. num.* 100. *& duob. seqq. Herman. Lather. in tract. de censu, lib. 3. cap. 10. num. 57.*

5. Ratio decidendi.

20 Quod ipsum † in vim decidendi rationis Quintæ exempla etiam Imperatorum & Principum, quorum nonnulli puta Imperator Tacitus & alii propter proba numismata & sublata adulterina ab historicis æternis laudibus efferuntur, alii verò propter admissam monetæ corruptionē & numismata adulterina introducta, puta Antoninus Caracalla, perpetua ignominia afficiuntur. *Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 7. num. 12. & 13.* Veluti etiam ab Enimundo Bonefidio *sub tit. Nicephori Phocæ* duæ Constitutiones, de detartero in opprobrium istius Imperatoris propter diminutam & mutatam monetam, quod in debitis fiscalibus graviores nummos exigeret, in solvendis verò debitis leviores expenderet, in numerum constitutionum Imperatoriarum relatę sunt, quarum prima ita habet: Numisma attenuavit, detartero excogitato, cumque eo modo duplex esset nummus, pensiones publicæ graviorem exigebant, minor in sumptibus faciendis dissipabatur. Cumque esset lege & consuetudine receptum, ut omnes numi imagine Imperatoris alicujus notati, modo ponderi nihil decederet, idem valerent: ipse sua insignes imagine præferri, aliorum depressis preciis, voluit, eaque re haud leviter subditis in permutationibus incommodavit. Et de eodem Imperatore Constitutiō secunda, quæ ita sonat: Apparet, eundem avaritiæ quoque sordibus fuisse contaminatum: Nam cum usque ad eum quodvis numisma hexagium penderet, ille tetarterum excogitavit pondere imminuto.

6. Ratio decidendi.

Insuper † & pro decidendi ratione 21
Sexta ad fabricandam probam monetam & custodiendam etiam uniformem ejusdem valorem principes & superiores magna & infinita incommoda, quæ tam ipsismet superioribus quàm subditis eorum, quibus divitibus & florentibus existentibus, Dominus etiam potens est & floret, iisdem verò accisis eorumque bonis & thesauris tanquam subsidium Principis exhaustis, eundem etiam marcescere & debilitari oportet, *per tradita Wilhelmi Antonii de rescript. moratur. conclus. 8. sub num. 32. vers. pro ornamento. & conclus. 17. num. 36. & seq. & utrobique allegat.* ex depravatione, variatione & mutatione tam bonitatis intrinsecæ quàm extrinsecæ monetæ exoriuntur, invitare debet, moneta enim depravata seu mutata, seu indicatura & valore ejusdem materiam excedente, & plus in forma valente, quàm in materia continetur, valoreque monetæ imposititio subinde aucto, substantia & facultates cujuslibet, imò etiam proventus fiscales, vectigalia & publicæ functiones, item præmia & pœnæ omniaque commercia, propter precii incertitudinem incerta redduntur, populi istiusmodi Regionis bonis & reditibus suis emunguntur, nec tantum auri

& ar-

& argenti possident, quantum moneta depravata indicat, sed propter auctam monetam sine consideratione bonitatis intrinsecæ, bonis & proventibus suis sensim expilantur, omnia cariora redduntur, contractus & commercia, quibus vitæ societas continetur, & nervus belli & Reipublicæ esse censetur, cum exteris probam pecuniam, cujus valor ubique constet, experentibus cessant, aut licet in ista Regione negotientur, propter cursum pecuniæ depravatæ, minus auri & argenti purioris afferunt, contra verò tantò plus mercium & proventuum ex ista regione, pro viliori precio, evehunt, cujusmodi damna vel olim etiam *Leo Imperator Novell.* 52. uno quasi fasciculo hunc in modum expressit: Verum egregium hoc institutum haud scio, qua de causa posteriores Principes in eadem forma consistere non permiserint, ac tanquam subditorum opulentiæ inviderent, quæ numismata superiorum Principum effigiem ferrent, iis publico usu interdixerint, sua verò sola in communi commercio esse voluerint. Ne illi quantum hunc in communibus negotiis novitatis, quantum item detrimenti, quod cum ad omnes, tum præcipuè ad pauperiores, potiusque auxilio & defensione indigentes pertineat, existeret, intelligere noluerunt. Certè mercatorum vulgus, quiq; alioqui manibus victum quæritant, & demum universa rusticorum natio, dum antiquata ea, qua hactenus usi sunt pecunia, alio modo res necessarias sibi parare non possunt, in perquam angustas adiguntur angustias, &c. *Hactenus Leo Imperator Philosophus.* Ex quo subditorum & universi populi damno & consequenter etiam diminutione vectigalium, portoriorum, tributorum, exactionum aliarumq; publicarum functionum satis evidenter constat, cudendo improbam Monetam, mutandoque valorē ejusdem, plus damni quam emolumenti tam ad subditos quàm ad Principem redundare, taliaq; compendia toti Reipublicæ exitiosa, damnosa omnibusque modis evitanda esse.

7. *Ratio decidendi.*

Quod ipsum † ut præter rationes ex jure gentium potissimum traditas tantò luculentius constet, & quod pecuniam adulterinam conflare, numos probos in deteriores convertere, superiorisque arbitratu & lubitu, valorem monetæ massæ & materiæ ejusdem non æqualem seu justo majorem imponere non liceat, sed quolibet jure prohibitum sit, ulterius & specialiter, ex jure divino, canonico, civili Justinianeo, & modernis pragmaticis Imperii Constitutionibus demonstrabo. Jus igitur divinum pro decidendi ratione Septima, quod attinet, ex supra allegato loco *Genes. cap. 23. versic. 16. ibi:* quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ &c. satis liquet, siclos illos argenti, utpote qui appensi etiam legantur, fuisse probatam & ad negotiandum idoneam materiam, qualis in usu publico extiterit, & jure gentium apud omnes justum valorem obtinuerit, utpote quæ probata & publica moneta esse non potuerit, nisi apud omnes recepta & jure gentium publicoque usu comprobata fuerit *Carol. Molin. de mutation. monet. num.* 797. 22

8. *Ratio*

Ratio decidendi 8.

23 Alioquin † & pro decidendi ratione octava ex conflando falsam monetam, valoremq; ejus mutãdo, adeoq; ex aliorum damno compendium & lucrũ quærere jure divino in tantum est inhibitum, ut istiusmodi lucella possessoribus non profutura, sed damnosa esse debeant, *Iob. cap.* 20. *vers.* 15. ubi divitias, quas devoravit, evomet, & de ventre illius extrahet illas Deus, *Proverb. cap.* 10. *vers.* 2. Thesauri impietatis nihil proderunt, *item c.* 11. *vers.* 1. Statera dolosa abominatio est apud Deum, & pondus æquum voluntas ejus, *item Ezech. cap.* 7. *vers.* 19. Argentum eorum foras projicietur, & aurum eorum sterquilinium erit, *item Michea cap.* 6. *vers.* 10. & 11. Adhuc manent in domo impii thesauri iniquitatis, & mensura iræ plena. Nunquid justificabo stateram impiam, & sacelli pondera dolosa, &c. veluti id ipsum etiam exemplo Regum Galliæ, qui in locum probarum monetarum adulterinas substituerant, luculenter confirmat, & juxta illud malè acquisita, malè dilabuntur, & de malè quæsitis non gaudet tertius hæres, istiusmodi turpia lucra nulli eorum profuerint, sed aliò in perniciem Reipublicæ translata sint, docet Carol. Molin. *d. tract. de usur. & fructib. de mutat. monet. quæst.* 100. *num.* 105. & 106. *aliàs n.* 801. *circa fin. nu.* 106. hunc in modum scribens: Quorsum enim abierunt, quid profuerunt, quæ Philippus Pulcher corrasit, & ætuscavit à populo, dum Flandrenses servituti subjicere molitur, & quæ Carolus V. congesta reliquit, quæ mox & eo mortuo Dux Andegavensis depeculatus est? Ad nihil enim profuęrunt, nisi ut novis expilationibus populi magno & Regum, & Regni periculo opus fuerit, &c. *Hactenus Molinæus.*

Ratio decidendi 9.

Porrò † & pro decidendi ratione nona falsam & improbam monetam ferire, seu probos numos recudendo in deteriores convertere, jure Canonico in tantum est inhibitum, ut secundùm *cap. quantò,* 18. *ext. de jurejur.* cujus summa in initio hujus quæstionis est proposita, filius Regis Arragoniæ, aliâs superiorem non agnoscens, & plenitudinem potestatis habens juramentum de patris sui moneta deteriore in honorem defuncti, ex suasu Consiliariorum suorum aliquandiu conservanda initio susceptæ gubernationis præstitum, propter vinculum istud iniquitatis, & exinde obortum scandalum servare non potuerit, propter tale juramentum, si sciens præstitisset, à Pontifice Romano non solùm pœnitentiam agere jubeatur, sed ab eodem etiam tanquã vinculo iniquitatis absolvatur, præter alias hac additâ ratione, quod ex tali juramento grave scandalum in populo generetur, & Consiliarii tale juramentum Principi aut Regi persuadentes, non Consiliarii, sed deceptores sint. Unde Belluga *in specul. Principum, rubric.* 36. § *grave damnum, num.* 10. *in fin.* ait: Cave ne consulas Principi mutationem monetæ in damnum populi, quia non eris Consiliarius, sed deceptor, & Johan. Andr. *in d. cap. quantò,* 18. *num.* 2. dicit, quod multi tales hodie reperiantur Consiliarii, qui deceptores ibi appellantur, & tantum nituntur, ad danda consilia pro extorsione pecuniæ, & quod lex dicat, expellendos esse hujusmodi Consiliarios, aliosq; idoneos introducendos, referente Sixtino 24

& argenti possident, quantum moneta depravata indicat, sed propter auctam monetam sine consideratione bonitatis intrinsecæ, bonis & proventibus suis sensim expilantur, omnia cariora redduntur, contractus & commercia, quibus vitæ societas continetur, & nervus belli & Reipublicæ esse censetur, cum exteris probam pecuniam, cujus valor ubique constet, expetentibus cessant, aut licet in ista Regione negotientur, propter cursum pecuniæ depravatæ, minus auri & argenti purioris afferunt, contra verò tantò plus mercium & proventuum ex ista regione, pro viliori precio, evehunt, cujusmodi damna vel olim etiam *Leo Imperator Novell.* 52. uno quasi fasciculo hunc in modum expressit: Verum egregium hoc institutum haud scio, qua de causa posteriores Principes in eadem forma consistere non permiserint, ac tanquam subditorum opulentiæ inviderent, quæ numismata superiorum Principum effigiem ferrent, iis publico usu interdixerint, sua verò sola in communi commercio esse voluerint. Ne illi quantum hunc in communibus negotiis novitatis, quantum item detrimenti, quod cum ad omnes, tum præcipuè ad pauperiores, potiusque auxilio & defensione indigentes pertineat, existeret, intelligere noluerunt. Certè mercatorum vulgus, quiq; alioqui manibus victum quæritant, & demum universa rusticorum natio, dum antiquata ea, qua hactenus usi sunt pecunia, alio modo res necessarias sibi parare non possunt, in perquam angustas adiguntur angustias, &c. *Hactenus Leo Imperator Philosophus.* Ex quo subditorum & universi populi damno & consequenter etiam diminutione vectigalium, portoriorum, tributorum, exactionum aliarumq; publicarum functionum satis evidenter constat, cudendo improbam Monetam, mutandoque valorë ejusdem, plus damni quam emolumenti tam ad subditos quàm ad Principem redundare, taliaq; compendia toti Reipublicæ exitiosa, damnosa omnibusque modis evitanda esse.

7. *Ratio decidendi.*

Quod ipsum † ut præter rationes ex jure gentium potissimum traditas tantò luculentius constet, & quod pecuniam adulterinam conflare, numos probos in deteriores convertere, superiorisque arbitratu & lubitu, valorem monetæ massæ & materiæ ejusdem non æqualem seu justo majorem imponere non liceat, sed quolibet jure prohibitum sit, ulterius & specialiter, ex jure divino, canonico, civili Justinianeo, & modernis pragmaticis Imperii Constitutionibus demonstrabo. Jus igitur divinum pro decidendi ratione Septima, quod attinet, ex supra allegato loco *Genes. cap. 23. versic. 16. ibi:* quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ &c. satis liquet, siclos illos argenti, utpote qui appensi etiam legantur, fuisse probatam & ad negotiandum idoneam materiam, qualis in usu publico extiterit, & jure gentium apud omnes justum valorem obtinuerit, utpote quæ probata & publica moneta esse non potuerit, nisi apud omnes recepta & jure gentium publicoque usu comprobata fuerit *Carol. Molin. de mutation. monet. num.* 797. 22

8. *Ratio*

Ratio decidendi 8.

netur, *l. venditor*, 13. §. *si constat*, 1. *ff. de commun. prædior. tam urban. q. rusticor. l. Lucius*, 11. *ff. de electiom. Litem si verberatum*, 15. § *item, si fortè*, 2. *ff. de rei vindicat. l. servi*, 2. *C. pro quib. caus. serv. pro præm. libertat. Eberhard. post alios multos à sese allegatos in loc. à plenitud. potestat. num.* 14. *Sixtin. de regal. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 71. *Anton. Gabriel. commun. conclus. lib.* 3. *tit. de jure quæsito non toll. conclus.* 2. *num.* 25. *Menoch. cons.* 103. *num.* 26. *&* 28. *& cons.* 156. *in fin. Matth. Coler. de process. execut. part.* 2. *c.* 3. *num.* 326. *Matth. Cuno de pact. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 38. *Wilhelm. Antonii de rescript. morator. concl.* 4. *num.* 41. *ad fin.*

Resolut. ration. dubitandi. 10.

41 Postrema † & decima dubitandi ratio simpliciter negando refellitur, quod nimirum creditorum multum intersit, pecuniam probam ubique valentem & expendibilem, cujus valor cum materia ejusdem congruat, à debitoribus suis recipere, tum quod pecunia, cujus valor impositius materiæ ejusdem non correspondet, seu justo major est, tam ad usus domesticos, puta conflanda aurea pocula vel argentea, quàm ad exercenda commercia cum extraneis, numos viliores in valore impositio non accipientibus, & valorem monetæ publicum ac perpetuũ ex materia monetæ æstimantibus non æquè ac pecunia proba prosit, tum verò etiam, quod creditor pecuniam in alia forma recipere non teneatur, quam credidit, si ex ea damnum aliquod passurus sit, *d. l. debitorem*, 99. *ff. de solut. & liber.* puta, si alicui summa magna in pecunia ubivis expendibilis credita sit, & debitor eam in minuta moneta solvere velit, *edict. monetar. Imperator. Ferdinandi I. de anno* 1559. §. Die jetzgemelte / *rc. Bartol. in l.* 2. § *mutui datio*, 1. *num.* 7. *ff. de reb. credit. Covarruv. de veterum numism. collat. cap.* 7. *num.* 5. *Coler. de process. executiv. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 7. *& seqq. Herman. Lather. in tract. de censu, lib.* 3. *c.* 10. *nu.* 28. *& seqq. ubi eleganter*, aut etiam pecunia creditori restituatur, quæ in alio loco expendi, vel sine magno sumptu & periculo eò transferri nequeat, *Francisc. Curt. de monet. num.* 24. *Laudens. eod. tract. nu.* 3. 4. *&* 18. *Matth. Coler. d. c.* 10. *n.* 8.

Alioquin † enim, quod tamen sensui communi repugnat, & prorsus irrationabile & ridiculum est, moneta propter valorem impositium & characterem superioris citra considerationem bonitatis intrinsecæ materiei probæ admissâ, pecunia æquè papyro imprimi, atque ex metallo imprimi posset, quod jure gentium & commerciorum, in quibus moneta perpetuæ & publicæ æstimationis, & propter materiæ bonitatem ubiq; valens desideratur, è diametro quasi adversatur, *Carol. Molin. de muta. monet. quæst.* 100. *num.* 101. *vers. sed hæc sententia.* Ex quibus omnibus, *concludente eodem Molinæo d. tractat. quæst.* 92. *num.* 12. satis liquet, quanta sit vecordia imò perfidia, & in patriam & in Rempublicam impietas, perditissimorum quorundam Consultorum, qui sui quæstus & ambitionis gratiâ Principibus suadent, & numos & leges ab iis, prout lubitum fuerit, figi & refigi posse, neq; enim minus nocent, quàm qui publicum civitatis fontem veneno inficiunt. Und ist (inquit admodum notabiliter D. Georg. Lauterbeck / Ducum quondam Brandeburgensium, auff dem Gebirg / Consiliarius politissimus, nec illaudatus in seinem Regentenbuch / *part.* 4. *cap.* 14. *pag. mihi* 149. *sub vers.* Diß ist der Ursprung /) nicht 42

der wenigsten Thorheit eine / daß sich die Obrigkeit bißweilen dahin vermögen vnd führen lässet / daß sie jhrer Vnterthanen so gar vergessen / vnd vmb jhrer wenig willen / Land vnd Leute / auch zum theil sich selber außsaugen lassen / damit dieselben wenige ihren Geldtbeutel erfüllen mögen / so doch nicht wunder were / wenn man der Sachen recht nachdencke wolt / daß man der keinen im Lande dulde noch leide. Weil aber die jenige / so Fürsten vnd Herren rahten sollen / bißweilen auch jhren Genieß mögen darvon haben / vnnd mit vnter der Decken ligen / wird es also vielleicht niedergetruckt vnnd verblümet / daß sie wol bleiben / vnnd darzu in grossen Ehren gehalten werden: vnd achte für meine Einfalt / daß diß nicht der geringsten Vrsach eine seye / dieweil man solches gestattet / vbet vnd zusihet / daß wir jetzt also müssen geplaget werden / vnnd solche Armut vnter den Leuten ist / rc. De cujusmodi Consiliariis Johan. Andr. *ind. cap. quantò, 18. ext. de jurejur.* etiam pronunciat, quod hodie multi tales reperiantur Consiliarii, & tantum nitantur ad danda consilia pro extorsione pecuniæ, & quod lex dicat, expellendos esse hujusmodi Consiliarios, aliosq; idoneos introducendos. Quinimò istiusmodi exactiones Principibus suadentes Illustrissimus Heros ac Dominus PHILIPPUS Senior Hassiæ Landgravius, Pater patriæ, & literatorum Patronus laudatissimus, non præmio, sed laqueo, gladio & virgis dignos judicavit, *Christoph. Besold. de ærar. public. cap. 7. num. 2.*

QVAESTIO SECVNDA ET ultima principalis,

DE VARIIS MONETARUM corruptelis, earundemq; correctione,

IN SEPTEM SECTIONES divisa,

QUARUM PRIMA AGIT, de ipsomet abusu Regalis monetarii, & monetarum percussarum.

SUMMARIA.

1 *Pecuniâ sui propria natura semper certâ, & uniformi omnes res & merces æstimantur, & non contra pecunia mercibus.*

2 *Iuramentum in litem circa pecuniam, nisi extrinsecus vel ex accidenti, non admittitur.*

3 *Hodie character pecuniæ publicus, fidesq; publica eorum, qui pecuniam conflari in suis officinis fecerunt, labascere & vilescere cœpit, ut non solùm mercatores, aliiq; homines providi, sed etiam rustici, qui aliàs imperiti censentur, mercibus suis venalibus pecuniam, contra primævam ejus naturam, æstiment, ita ut non amplius pro pecunia nominis collectivi, sed tantum pro certis pecuniæ speciebus merces & frumenta venalia exponantur.*

UT maximè † pro resolutione quæstionis secundæ, Classis quintæ, Sectionis primæ, pecunia eo fine adinventa sit, ut propter characterem publicum sibi impressum, tanquam certissimam ejusdem bonitatis intrinsecæ & extrinsecæ indicinam, eadem omnes res & merces tanquam variabiles & incertæ æstimationis æstimentur, & non contra pecunia mercibus, *l. 1. in princ. ff. de contrah. empt.* 1

empt.l.si ita fidejussorem,42.in fin.ibi: quia non ut æstimatio rerum, quæ mercis numero habentur, in pecunia numerata fieri potest, ita pecunia quoq; merce æstimanda est,ff.de fidejuss. & mandator. Carol. Molin. in tract. de usur. & fructib. quæst.92.num.18.& num.71.Rener.Budel.de re numar.lib.2. cap.17.num.5. Iacob. Aleman.in palestrâ consult.8.quæst.princip.1.pag.390.versic. tertia, Cardin. Tusch. pract. conclus. tom.6. lit.P.conclus.200.num.1. & conclus.198.n.7. usque adeò, ut æstimatio pecuniæ de sui natura propria semper certa & uniformis esse debeat, *l. universos,3. ibi: obryzatorum omnium solidorum uniforme pretium postulare,&c. C. de veter. numismat. potestat. lib. 11. junct. l.1.in princ.ff.de condict. tritic. Carol. Molin. in d.tract. de usur. & fructib. quæst. 97. num.*
2 *731.vers.& hoc supposito,&c.* ac proinde † in eandem nec affectio cadere, nec de sui natura nõ nisi extrinsecus & ex accidenti juramentum in litem circa pecuniam admitti possit, *l. numis,3. & ibidem etiam gl. Gothofred. & Dd. ff. de in lit. jurand. Menoch. lib.2. arbitr. judic. cas.207.num.7. & 8. Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap.1.num.14. & 15.*
3 attamen, † proh dolor! in hac ultima mundi fece, tantaq; pecuniarum corruptela, character pecuniæ publicus, fidesque publica eorum, qui pecuniam in suis officinis monetariis conflari fecerunt, in tantum labascere & vilescere cœpit, ut vel imperitiores etiam pecunia hodiernâ, non amplius merces suas, sed mercibus suis pecuniam, contra primævam ejus naturam & institutionem æstiment. Quando enim propter varias monetarum species aureas & argenteas aliâs bonas & probatas introductas, propter majorem contrahendi certitudinem, & cõtractuum uniformitatem, & quod contrahentes nõ semper unius monetæ species, sed diversas habeant, in certis Imperii Romani Circulis, & præcipuis Civitatibus Imperialibus, nonnulla pecuniæ vocabula collectiva, puta floreni Francofurtenses, Wormatienses, Moguntinenses, item thaleri, marcæ, libræ, in quas quælibet monetæ species reducerentur, recepta sint, ad decipiendum & circumveniendum subditos & inferiores ab officialibus & monetariis superiorum jus monetæ conflandę habentium, in locum probatarum monetæ specierum veterum tam improbæ & deteriores monetæ species, cumprimis minores suffectæ sint, ut tandem ii, qui antehac cum aliis non super certis pecuniæ speciebus, nicht auff Stück vor Stück/sed super pecuniis collectivi nominis, puta thaleris aut florenis contraxerunt, sondern auff Wärung oder Gülden gehandelt/ vnnd jhre Contracten geschlossen/ arbitrati antehac, sese nihil deperdere in thalero Imperiali Regio, item in aureo vel ducato seu coronato, modo tot florenis seu eodem pretio iterum expendi posset, quo ab aliis acceperunt, propter tantas monetarum depravationes non ultra dimidium solùm, sed multoties etiam ultra triplum, vel quadruplum, imò nonnullis in locis ultra quintuplum etiam decepti fuerint. Quo factum est, ut propter tantas fraudes, damna & incommoda in re monetaria, nemo hodie vel simplicissimus etiam hodiernarum monetarum characteri publico amplius fidem habeat, sed easdem protinus recuset. Quotusquisque enim est, vel cum rustico etiam, quales tamen præ cæteris homines imperiti esse censentur, nedum cum sagace mercatore,

aliové homine provido contracturus, qui non animadvertat, quod frumenta sua, gallinas, anseres, butyrum, aliasque merces suas, quas venales habent, non amplius pro pecunia nominis collectivi, puta thaleris seu florenis, sed pro certis pecuniæ speciebus, puta veteribus thaleris Imperialibus, Regiis aut certis eorundem partibus æstiment, & venales exponant, vernacula nostra: Der seine Frucht/ Hüner/ Gänse vnd Wahre/ was er feil hat/ nicht mehr auff Gülden oder gemeine Thaler/ sondern auff Reichs- oder Hispanische Thaler/ oder Reichs- oder Spanische Oerter vnnd halbe Oerter anschlage/ vnnd darauff allein handele: de novo verò conflatas monetas propter multifarias depravationes aut prorsus recuset, vel considerata prius eorundem bonitate intrinseca, & publico eorundem charactere tanquam nullius certi & publici valoris, aut dubiæ ad minimum fidei, merces suas secundùm eas æstimet, atque sic in effectu pecuniam illam novam depravatam, non amplius ut pecuniam seu numos publicè percussos, & valoris etiam publici, sed ut nudam massam recipiat, adeoq; merces suas non amplius nova ista moneta, sed monetâ istam propter defectum publicæ fidei, tanquam mortuam & nudam massam mercibus suis æstimet, & contra primævum pecuniæ statum recipiat. Quo ipso & propter tantas fraudes & depravationes monetarum fides publica nonnullorum dominorum monetalium apud vulgus & inferiores in tantum vilescere cœpit, ut jus æstimandarum monetarum & mercium nunc quasi ad inferiores & privatos devolutum esse, adeoque in libera contrahentium circumscriptione consistere arbitretur, & exinde in dies majora incommoda & infinitæ penè depravationes & imposturæ contra jura divina, naturalia, civilia & canonica, & saluberrimas Imperii Romani Constitutiones, cumprimis *Recess. Imperii de Anno* 1566. §. In weiter Berahtschlagung/ *ibi:* dadurch hochnachtheiliger Schaden entstanden/ vnd da diesem länger zugesehen/ vnd nicht zum förderlichsten abgestellt werden solt/ männiglich ein vnleidlichen verderblichen Abgang an seiner Nahrung empfinden würde/ &c. *item in Recess. Imperii de Anno* 1576. §. Aber dieweil/ *ibi:* Dardurch andere gute Reichs Sorten vertrieben/ vnd aber dem gemeynen Mann/ Ja dem gantzen Reich/ &c. per istiusmodi liberam circumveniendi licentiam, & monetarum, quæ aliâs sanctæ & incorruptæ esse debebant, corruptelas in Rempublicam Christianam invehuntur, quarum breviter & succinctè *in Sectione sequenti secunda hujus quæst.* 2. mentionem facturi sumus.

SECTIO SECUNDA, Quæstionis secunda.

DE VARIIS INCOMMODITATIBUS & damnis exinde ad superiores & ipsorum subditos redundantibus.

SUMMARIA.

1 *Moneta improba & depravata pro tessera fidei publicæ & principalis, pro tessera injustitiæ, avaritiæ, doli & fraudis sub velamine fidei publicæ habetur.*

2 *Cauponationem monetariam in proprium jure monetali ad quæstum abutentis caput redun-*

redundare, quolibet jure & historiis cautum est.

3 Reditus, census aliavé obventiones, quas Reges & Principes ex domaniis & vectigalibus publicis à subditis & extraneis percipiunt & erigunt, ob injustas & fraudulentas monetarum depravationes diminui oportet.

4 In Rempublicam & Civitatem, quæ probis & justis monetis utitur, & justitiam colit, mercatores & exteri res & merces suas ad vitam necessarias sponte invehunt, & subditi istiusmodi Reipublicæ cum exteris facilè negotiari possunt.

5 Per expijcationem & conquisitionem omnis veteris & fortioris pecuniæ, & prohibitionem ejusdem ex principatu seu regione exportationis, vel in majori valore meliorivé conditione, quàm nova depravata moneta obtinet, expositionis, ærarium publicum magis minuitur, quàm augetur.

6 Nemo ob defectum intrinsecæ & extrinsecæ bonitatis monetæ veram rationem & mercium suarum æstimationem inire potest, illumq; defectum summa omnium rerum caritas & oppressio subditorum inprimis pauperum subsequitur.

7 Aestimatione numorum imminutâ, pretia rerum decrescunt, & è contrario bonitate eorum extrinseca auctâ, etiam pretia rerum augentur.

8 Tam privatorum, quàm aliorum in annuis reditibus & censibus consistentia patrimonia, sine illorum facto & culpa ex statu divitiarum, in statum paupertatis rediguntur.

9 Vltra dimidium & prorsus immodicè non dolo ex proposito, sed re ipsa læso non obstante juramento succurritur, & læsus à juramento absolvitur.

10 Injusta monetarum secundùm bonitatem intrinsecam & extrinsecam mutatio in ipsorum Regum & Principum officiales multoties redundat, ita ut illorum stipendia annua contra jus gentium & divinum sic diminuantur, quod inde sese & familiā suam honestè sustentare, vitamq; suam in paupertate & contemptu quasi transigere cogantur.

11 Summaria variarum incommoditatum ex depravatione bonitatis tam intrinsecæ, quàm extrinsecæ monetæ profluentium recensitio.

12 Ex multiplici monetarum hodiernarum depravatione & incerta earundem æstimatione tanta incertitudo & perplexitas introducta, ut multoties nec à Iudicibus, nec à Iureconsultis controversiæ monetales secundùm leges & jura certò & constanter finiri queant, sed novâ & certâ decisione Cæsarea & Statuum Imperii indigere videantur.

13 Totius Romani Imperii interest, de remediis, qua ratione monetarum depravatio exterminetur, & pristinis & antiquis monetis certus pes & liga restituatur, earumq; uniformis per totum Imperium Romanū inducatur, consultare.

PRIMÒ † enim quantum ipsummet Principem seu superiorem attinet, 1
qui probas monetas conquirit, earumq; in loco deteriores substituit, probas corrumpit, improbas de novo conflat, aut probas injustè mutat, eo ipso sese Deo & hominibus exosum reddit, authoritatem & nomen suum turpiter prostituit, ejusdemq; moneta improba, pro tessera fidei publicæ & principalis, eò quod monetæ bonitas intrinseca valori ejusdem impositio

sitio & charactéri publico non respondeat pro tessera justitiæ, avaritiæ principalis, doli & fraudis sub velamine fidei publicæ habetur, *argum. can. ubi sana fides, caus. 24. quæst. 1. junct. l. 1. in princ. ff. de pact. Rener. Budel. de re numar. lib. 1. cap. 21. num. 18. Anton. Fab. de variis numor. debitor. solut. cap. 22. pag. mihi* 299. Bodin. *de Republ. lib. 6. c. 3.* ubi ait: Principi non magis licet improba numismata cudere, quàm occidere, quàm grassari, nec à jure gentium, quo quidem auri & argenti pretium constitutum est, discedere, nisi Regis nomen ac splendorem amittere, ac falsæ monetæ fabricator potius quàm Princeps appellari velit, *& in tract. de augment. & decrement. auri & argenti, § quantum ad ultimum, &c.* ubi ait: Si Principes, qui juri gentium subjecti, & subditis suis authores & debitores justitiæ sunt, pedem monetarum, earundemque valorem, injustè mutent seu alterent, quod eo ipso sese inquinent infamia falsatorum monetæ, quemadmodũ Rex Philippus Pulcher à Poëta Dante adulterator monetæ appellatus sit: quia primus monetam argenteam in Regno Galliæ dimidia parte ligæ debilitaverit, quod subditis occasionem magnorum tumultuum dederit, & Principibus extraneis perniciosissimo exemplo fuerit, cujus facinoris ipsum tandem seriò pœnituerit, ac filio suo Ludovico Hutino testamento injunxerit, ut à debilitatióne monetarum sibi temperaret. Et eandem etiam ob causam Petrum IV. Regem Arragonum ditioné Regis Majoricæ & Minoricæ, quem vasallum suum esse asserebat, Fisco addixisse, quòd monetam debilitasset. Cui etiam subscripsit Carol. Molin. *in tract. de usur. & fructib. hinc inde inprimis etiam quæst. 100. num. 793.* dum ait: Omnia jura divina & humana, quæ damnant & execrantur falsificantes & mutantes mensuras, damnãt & execrantur falsificantes & defraudantes monetas, sive Principes sint, sive privati. Et paulò pòst: Probitas monetæ non magis definita est, quàm quælibet regia mensura: igitur nec hanc, nec illam pro libitu deteriorare aut mutare potest, nec est minor perfidia, quàm proprium sigillum vel syngrapham falsifacere vel negare.

Deinde † cauponationem monetariam, quando Principes jure monetali ad suum quæstum abutuntur, ipsis non prodesse, sed ejusmodi monetarum depravationes, Reipublicę direptiones, & mediante falsa seu injusta moneta clancularias, & sub specie justitiæ seu potestatis principalis factas imposturas, subditisq; injunctas oppressiones, tandem in proprium ipsorummet caput redundare, tam jure divino, quàm humano, & historiarum monumentis plus satis cautũ est, juxta illud: *Psalm. 7. vers. 16.* Convertatur dolus ejus in caput ejus, & in verticem ipsius iniquitas ejus descendet, *& Ieremiæ cap. 17. vers. 11.* Perdix fovit, quæ non peperit, fecit divitias, & non in judicio, in dimidio dierum suorũ derelinquet eas, & in novissimo suo erit insipiens, *item Ieremiæ cap. 22. per tot.* ubi injustis & improbis Regibus populũ sibi commissum nõ secundùm justitiam regentibus, sed eundem opprimentibus, dejectio è solio regio cum aliis gravissimis pœnis indicitur. Et vel ob solas prodigiosas monetarum depravationes, quibus Angli, dum tempore Caroli VI. Regis totam Galliam occupassent, Regemque eum quasi mente capti-

captivum detinuissent, ipsiusque filiam Regi suo Henrico sponsam dedissent, & Franciæ vice Regem constituissent, totum Regnum Galliæ jam dudum satis afflixerant, & istiusmodi pernitiosis & dolosis actibus populum sat diu eluserant, eosdem in tantum populi odium & contemptum incurrisse, ut brevi tempore leviori etiam præsidio urbe Parisiorum & totius Regni Galliæ finibus exclusi fuerint, ex aliis refert *Carol. Molin. in tract. de usur. & fructib. quæst. 93. nu. 719 per tot.* Quam subitaneam regiminis mutationem, & Anglorum repentinam ejectionẽ, haud subsecutam fuisse ibidem etiam subjicit, si politicas artes gubernandi populi scivissent, & Gallos mansuetudine potius, justitia & clementia in sui Regis & gubernationis Anglicæ amorem pellexissent, quàm in istiusmodi fallaciis & monetarum corruptelis frequentissimis & subitaneis totum populum in sese concitassent.

3 Tertiò † & in specie ejusmodi injustã & fraudulentam cauponationem monetarum Regibus, Principibus & Superioribus jus monetæ habentibus, & depravatas monetas conflari curantibus, aut injustas & subitaneas probarum monetarum mutationes suscipientibus nullatenus prodesse, sed in ipsorummet damnum & pernitiem redundare, in specie etiam hinc evincitur, quod vel monetis deterioratis, vel in valore impositicio nimium auctis, seu numorum bonitate vel intrinseca, vel extrinseca mutatâ, reditus, census, aliasq́; obventiones, quas Reges & Principes ex domaniis & vectigalibus publicis à subditis percipiũt vel exigunt, eo ipso & re ipsa diminui oporteat. Quãdo enim istiusmodi reditus rarissimè in certa monetæ specie, quã vel subditi non habent, vel tantundem etiam non debent, sed in pecuniæ summa collectiva, puta thaleris usualibus, florenis, libris, turonensibus, baziis, grossis vel albis exigi & conquiri oporteat, istiusmodi injusta monetæ mutatione à superiore facta, quovis casu minus auri vel argenti seu metalli puri consequeretur, & sic cum aliis contracturus propter diminutionẽ auri & argenti, non etiam tantundem mercium, quantũ pro probis, & non deterioratis, seu nimii & injusti valoris monetis comparare poterit, prout cuivis vel mediocriter etiam rerum & negotiationum gnaro facilè constare potest, *Rener. Budel. de re numar. lib. 1. cap. 21. num. 6. Malestroict. Regis Galliæ Consiliar. in paradox. de re numar. prædicto tract. Rener. Budel. in fin. adjecto, quâ de re etiam bellè disserit acerrimi ingenii Jurisconsultus Dn. D. Theodor.* Reinkingk *de retract. consang. quæst. 6. num. 256. & seqq.* Quinetiam propter hujusmodi pecuniarum depravationes, ipsosmet etiam reditus, inprimis vectigalia & portoria, aliosvè census Regum & Principum valdè diminui oportet. Quandò enim Rex seu Princeps, qui juri gentium subjectus est, in præjudicium subditorum suorum, & multò minùs extraneorum, qui cum ipso contrahunt, & cum suis negotiantur, nec pedem monetarum receptum in deterius mutare, nec valorem monetarũ aliàs probarum injustè alterare seu augere vel diminuere possit, tali injusta mutatione ab eodem susceptâ externi, propter vilem istiusmodi pecuniam vel injusti & nimii valoris, merces suas in istam regionem non amplius important, nec etiam subdi-

subditos ejusdem, ex sua regione pro vili istiusmodi pecunia merces comparare & evehere patiuntur. Unde tandē istiusmodi superioris subditos propter tales falsificationes & afflictam eorum fortunam locum mutare, ad justitia florentem Rempublicam transfugere, istiusmodi injustum Principem deserere, eaq; ratione ipsius principatum seu regionem & subditis reditibus & vectigalibus diminui oportet.

4 Respublica † enim, regio seu civitas, quæ probis & justis numis utitur, & justitiam colit, in eam mercatores & exteri res & merces ad vitam necessarias sua sponte invehunt, & subditi istiusmodi Reipublicæ cum exteris etiā facilè mercari possunt: contra verò Respublica regio seu civitas, in qua justitia & proba pecunia, seu numi justi ponderis, valoris & probæ speciei exulant, eam & exteri & subditi deserunt, omniaque commercia, sine quibus vita & societas hominū constare nequit, cessare incipiunt, *Rener. Budel. de re numar. lib. 1. cap. 21. num.* 4. 5. & 6. Ad quod etiam advertere jubet Jacobus I. Angliæ Rex, Henricum Principem filium suum *lib. 2. Βασιλ. δωρ. pag.* 102. ita inquiens: Invites, & quoad possis, pelliceas Mercatores exteros, qui mercaturam hic exerceant: Ita enim & meliores merces & meliori pretio ad usum suppetēt, cùm ab ipsis mercatoribus, non à revenditoribus omnia coemere libera detur potestas. Et eodem loco paulò post, *pag. seq.* 163. Sed in isto negotio, *ajens,* Angliā tibi pro exemplo ob oculos ponas, quæ & opibus & benè administratæ Reipublicæ laude semper floruit, ex quo primum Opifices exteri confertim illuc convolârint. Tu igitur exteros ad nos adventantes non permittas modò, sed quibuscunque modis possis, pelliceas, &c. Pertinent huc etiā ea, quæ ex Nicolao de Clemengis *in tract. de lapsu & repar. justit.* similiter dicit Christoph. Besoldus *in thesaur. pract. lit. M. nu.* 60. *verb.* Münz/2c. *pag.* 571. & *seq. vers. usus numismatis.* Debet itaque, *inquiens,* quod pretiū est, ex pretioso aliquo confici metallo, alioquin quomodo pretium, si nihil in se continet pretiosum. Debet præterea ex tali re fieri, quæ non modo apud patriæ indigenas, verum etiam pariter apud alienigenos caræ atque pretiosa habeatur; quatenus per illam cum eis liceat in permutandis mercimoniis per emptionem & venditionem participium habere: Unde bonitas numi ex jure gentium descendit. Quid est igitur ex tali re nummos efficere, quæ nihil pretiositatis in se contineat, nisi alias regiones in usu mercaturarū à se alienare, sine quo nulla politia diu durare potest, inviolataque manere, &c.

Et ut † maximè consultores & officiales Principum, seu magistri rationum & finantiarū sui multoties commodi causa dominis suis persuadere nitatur, sese hac in re augendi ærarii callere praxin quandam & artem singularem (quam tamen alii honesti & justitiæ amantes Consiliarii re ipsa imposturam esse judicant) expiscando & conquirendo nimirum omnem veterem & fortiorem pecuniam, & cavendo, ne subditis eandem habentibus ex principatu seu regione exportare, vel in alio seu majori valore, meliorivé conditione, quàm nova seu depravata moneta obtinet, commutare seu expendere liceat: attamen istiusmodi damnosa ars 5

sa ars & praxis tandem in ipsiusmet Principis ejusdem pravorum consultorũ (de quorum malè quæsitis non gaudet tertius hæres) damnum & manifestam imposturam transit, & deprehensa tanta fraude talis deteriorata moneta tandem sui natura tanquam improba & minus idonea evanescit, & commerciis hominum eximitur, Regis verò seu Principis nomen deturpatur, ejusdemq; regni seu principatus vires atteruntur & diminuuntur, *Rener. Budel. de re numar. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 14. 15. *&* 16. Carol. Molin. *d. tractat. de usur. & fructib. quæst.* 100. *num.* 801. ubi ait: Viderint ergò, quid agant Principes nostri, dum subinde pecuniam leviorem & dilutiorem cudunt: sic enim contra semetipsos & vires regni sui, quas atterunt, moliuntur. Viderint consultores seu potius deceptores, quos meritò sic notat textus *in d. cap. quantò*, 18. *ext. de jurejur.* nec juvat causari lucrum, quod interim hac arte seu præpostera calliditate facit Princeps super singulis auri & argenti libris. Ut enim nihil dicam de sordibus & nequitia, & quam malè damno & dedecore dicti Regis (Philippi Pulchri, videlicet Regis Galliæ) & suorum cesserit, & de cladibus huic regno & populo illatis, simile est, ac si imperitus infidus vinitor vineam aliquot annis immodico vini proventu exhauriat, & mox effœtam & sterilem reddat, Populo enim divite & florente fortis & potens est Rex: contra populi viribus accisis, necesse estquemcunq; verum Regem tantò debiliorem fieri: idque omninò in hoc regno Galliæ, ubi notum est, veras divitias verum subsidium Regis esse divitias & marsupium populi. Quorsum enim abierunt, quid profuerunt, quę Philippus Pulcher corrasit à populo, dum Flandrenses servituti subjicere molitur, & quæ Carolus V. congesta reliquit, quæ mox & eo mortuo Dux Andegavensis depeculatus est. Ad nihil enim profuerunt, nisi ut novis expilationibus populi magno & Regum & Regni periculo opus fuerit, *& anteced. num.* 789. ubi referr, cùm tempore Philippi Pulchri circa medium regni sui Anno 1300. (propter duas incursiones Anglorum & Flandrensium, ingentes clades regno illatas, nec non etiam tyrannidem Pontificis Romani Bonifacii VIII. (qui ut vulpes intrasse, ut Leo regnasse, & ut Canis mortuus esse legitur) moneta intrinsecus multum diminuta & deteriorata fuisset, quod tandem post multas populi querelas, & insignem illum metum, populus Parisiensis Anno 1306. in Stephanum Barbatum, cujus delitiosos hortos & domum furens diripuerit, quod is prædives factus, cæteris divitibus scelerato invento, & exemplo suo author fuisset, ut à pauperibus, quibus domos, officinas & ergasteria locaverant, pensionem exigerent in veteri fortiori moneta, vel ad æstimationem ejus intrinsecam. Rex ille Philippus Pulcher pro sedando populo & tranquillitate regni sui, tandem coactus sit, veterem probitatem monetæ restituere, & antiquum ejusdem pedem & valorem in usum reducere. Cujusmodi repentinæ, injustissimæ & frequentissimæ monetarum mutationes, quales jam in totam penè Germaniam magno cum Principum & subditorum ipsorum damno irrepserunt, nisi tandem aboleantur, monetarum bonitas intrinseca & extrinseca secundùm æquabilem proportionem

Ccc 2 pristi-

pristino vigori restituatur, metuendum est, ne clades cæteræ, quas jam per aliquot annos Germania patria nostra dulcissima perpessa est, non tantùm non essent, sed etiam propter summam injustitiam, & rei numariæ abusum, quo & subditi & milites bonis stipendiis suis defraudantur, justo Dei judicio augeantur, & tam Magistratus, quàm subditi tandem in extrema pericula seditionum, amissionis vitæ & bonorum adducantur.

6 Quarta † principalis incommoditas mutationis injustæ pecuniarum, secundùm bonitatem intrinsecam vel extrinsecam est, quòd eandem summa omnium rerum caritas subsequi soleat, & quidem duplici ex causa seu ratione. Quod si enim numus vel moneta, quæ omnibus rebus pretia constituere debet, *d.l.si ita fidejussorem.42.in fin.ff.de fidejussor.& mandat.* & mensura esse, ad quam omnia commensurentur, *Herman.Lather. in tract. de censu,lib.3.cap.10.num.46.* *Wilhelm. Antonii de rescript.morat.conclus.15.nu.123.* *Andr. Fachin.cons.2.nu.5.vol.3.* *Anton. Faber in Cod. rer.in Sabaud.jud.lib.4.tit.40.def.4.num.10. in not.* & qua rerum quantitas ad æqualitatem reducitur, *ex Aristot. Petr. Gregor. in Syntaxi art.mirab.lib.3.cap.15.fol.323.* variabilis, mutabilis & incerta est, nemo etiam propter defectum regulæ æstimationis rerum, pecuniæ nimirum, qualis certo & publico valore propter defectum idoneæ materię destituitur, veram rationem & æstimationem rerum suarum seu mercium inire potest, & proinde propter exinde subsecutam & permissam infinitam quasi circumveniendi sese invicẽ licentiam, omnes contractus incerti redduntur, quam conventionum & contractuũ incertitudinem, & quod pretia rerum ex ratione ex affectu & utilitate singulorũ, non quod communiter valent, vel valere debent, constituta, summam omnium rerum caritatem, oppressionem subditorum & pauperum inprimis subsequi necesse est, adeoq; quantò magis numismatum æstimatio augetur vel intenditur, eò majus etiam detrimẽtum & caritas mercium conciliatur, *argum.l.pretia rerum, 63. in princ.ff.ad L. Falcid. Bodin.d.tr.de augment. & decrement. auri & argent. in §.quantum ad ultimum, in princ. Malestroict.paradox.2. de re numar.in fin.* Atque id ipsum pro secunda ratione hujusce caritatis tantò magis, quoniam pecunia vel secundùm bonitatem extrinsecam mutata seu debilitata, vel secundùm bonitatem extrinsecam, & valorem imposititium eadem nimirum adaucta, utroq; casu pecuniam multiplicari oportet, usque adeò, ut pro ratione immodicæ mutationis, is, qui antehac in quinque marcis argenti vel mixti etiam (siquidem propter impensas monetales singulis marcis argenti 16. lotonum, ex quibus 8. thaleri Imperiales conficiuntur, duo penè lotones cupri, immisceri possunt) 40. thaleros Imperiales singulos eorum sesquifloreno æstimatos, atque ita 60. florenos Francofurtenses usuales possedit, tempore summi abusus monetarii, ubi singuli thaleri quinq; florenis æstimabantur loco, 60. florenorum usualium 300. florenos usuales, & tamen propter deterioratos etiam thaleros Imperiales dicto tẽpore summi abusus currentes in intrinseca bonitate, nõ tantundem argenti, quantum antehac in 60. florenis veterum thalerorum Imperialium obtineret.

Cujus-

7 Cujusmodi † immodica monetarum seu metallorum potius in iisdem contentorum æstimatione, multaq; copia monetarum depravatarum inductione, prout illo tempore, proh dolor, plusquàm manifestum fuit, usque adeò, ut eam tandem non numerari, sed rusticorum pileis metiri conveniret, pecuniamque etiam vilescere, & contra pretia rerum omninò crescere oportet, siquidem uti æstimatione numorũ seu extrinseca eorundem bonitate, & valore imposititio imminuto, pretia etiam rerum decrescere oportet; ita pariter & è contrario, æstimatione numorum adaucta, pretia quoque rerum & mercium augentur, *l. pro imminutione, 2. C. de veter. numism. potest.* Et quidem abundãtiam seu multiplicationem pecuniarum & æstimationis earundem inter præcipuas etiam causas caritatis rerum referri, ex Plutarcho, Plinio, Suetonio, & aliis latius confirmat & deducit Bodin. *d. tract. de augment. & decrement. aur. & argent. §. præcipua causa, quæ auget rerum omnium pretia in quocunq; loco, &c.* ubi refert, cùm Hispani novas terras subegissent, quod secures & cultri cariùs venditi fuerint, quàm margarita & lapilli pretiosi, quoniam illic non alii quàm lignei & lapidei cultri erant, & magna gemmarum copia, item quod in Peruana Provincia caligæ panneæ trecentis ducatis, chlamys mille ducatis, equus quatuor vel quinq; millibus ducatorum, mensura seu poculum vini ducentis ducatis incolis istius Provinciæ ab Hispanis fuerint vendita, attestante idipsum historia Indica. Cujusmodi caritatem rerum tam ex mutatione bonitatis intrinsecæ numorum, & debilitatione eorum, quàm ex alteratione bonitatis extrinsecæ, nimioq; augmento valoris eorundem imposititii omninò subsequi necesse est; Eandem annonæ caritatem ex monetarum depravatione proficisci, aliquot memorabilibus exemplis quoque indigitat Christoph. Besold. *in thesaur. pract. lit. T. nu. 9. verb. Thewrung / pag. 776. & seq. ubi vide.*

Quinta † præcipua incommoditas & 8 damnum, quod ex monetarum depravatione, & injusta mutatione exoritur, hoc est, quod per eandem tam privatorum, quàm aliorum patrimonia, quæ in annuis reditibus, censibus & proventibus consistunt, admodum & contra omnem æquitatem sine ipsorum facto, ex culpa, injustitia, avaritia & fraude superiorum diminuantur, & ex statu divitiarum ad statum paupertatis redigantur, *Malestroict. d. tract. de re numar. parad. 2.* Posito enim, Nobilem quendam, civem vel cujuscunq; etiam conditionis hominem, seu bonũ virum antehac, ubi numi nondum nec in tantum, uti tempore summi abusus deteriorati, nec tam immodicæ æstimationis fuerint, debitoribus suis sub certa aliqua hypotheca, ter millenos florenos in duobus millibus thalerorũ Imperialium, singulis eorum sesquifloreno æstimatis, ut sibi exinde singulis annis 150. floreni loco annuorum redituum, secundùm constitutiones Imperii præstarentur, credidisse, quod reditus sibi promissos tum temporis in 100. thaleris Imperialibus perceperit, atque exinde sese & familiam suam tantò honestius alere potuerit. Verum tempore summi abusus injusta & repentina monetarum depravatione & mutatione inductâ, talis Nobilis seu civis secundùm injustum valorem,

rem, ubi thalerus Imperialis quinque florenis usualibus æstimabatur, ut de sorte 30. tantum thaleros Imperiales pro 150. florenis annuorum redituum, atque sic ne tertiam quidem partem annuorum redituum initio promissorum perceperit, & tamen istiusmodi 30. thaleris 150. florenorum ulterius etiam in intrinseca bonitate deterioratis, non tantundem mercium, quantum tempore contractus 30. thaleris Imperialibus 45. tantum florenorum comparare potuerit.

9 Cujusmodi † summam inæqualitatem non ultra dimidium tantùm, sed ultra triplum etiam jura nostra prorsus aversantur, usqueadeò, ut si quis in negotio aliquo non dolo ex proposito, sed re ipsa ultra dimidium & prorsus immodicè læsus fuerit, & negotium illud vel juramento etiam vallatum sit, nihilominus læso succurrendum, & absolutio à tali juramento tanquam iniquitatis vinculo, & quod ad istiusmodi enormissimam læsionem non pertineat, decernenda sit, *arg. l. fin. C. de non numer. pecun. Matth. de Afflict. decis. 322. num. 10. & 11. Decius in l. tale pactum, 3. num. 7. fallent. 3. C. de collat. Dauth. ad cap. quamvis, 2. num. 9 2. de pact. in 6to. Arius Pinell. ad l. 2. C. de rescind. vendit. part. 3. cap. 1. num. 8.*

10 Sextò † hujusmodi injusta monetarum, secundùm bonitatem vel intrinsecam, vel extrinsecam seu utramq; etiam, uti tempore summi abusus usuvenit, mutatio multoties etiam in ipsorum Regum & Principum officiales, adeoque tales ipsissimet rerum monetariarum administratores & consultores, quorum officia multoties variantur, redundat, *Malestroict. d. paradox. 2. de re numar.* Ita officialis, cui stipendium seu salarium annuum à Principe suo constitutum fuit 200. florenorum usualium 27. alborum, is ante viginti annos, ubi thalerus Imperialis 36. albis æstimabatur thaleros Imperiales in stipendium 200. florenorum percipiebat, centum quinquaginta, sed tempore summi abusus Anno 1622. & 623. ubi thaleri Imperialis æstimatio incerta, tamen & injustissima ad quinque florenos usuales seu 135. albos usque excreverat, is pro stipendio suo ducentorum florenorum tantum 40. thaleros Imperiales recentiores percipiebat; & tamē cùm quoad intrinsecam bonitatem multoties etiam deteriorati fuerint, pro iisdem 40. thaleris Imperialibus 200. florenorum totius annui salarii, nō tantundem mercium comparare aut coemere potuerat, quantum ante 20. annos, ubi 40. thaleri Imperiales non multum ultra quartam partem totius annui stipendii, nimirum 53. florenos & novem albos conficiebāt, istiusmodi quadraginta thaleris Imperialibus conficere potuisset, qualis stipendiorum & salariorum injusta diminutio juri gentium & juri divino directè refragatur, & utplurimùm in pœnam & damnum dominorum defraudantium convertitur, *juxta illud Deuter. 24. vers. 14. & 15.* Non negabis mercedem indigentis & pauperis fratris tui, sive advenæ, qui tecum moratur in terra, & infra portas tuas est, sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante Solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam, ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum, & complures alios S. Scripturæ textus *inprimis Ieremiæ cap. 22. Malach. cap. 3. & Epistola Iacob. cap. 5.* ubigra-

bi gravissimæ pœnæ mercedes ministrorum diminuentibus & fraudantibus, talemque injustitiam exercentibus, denunciantur. *Consule Dn. D. Theodor.* Reinkingk *in tract. de retract. consang. quæst. 6. num. 283. & seqq.* Quinetiam enormissima & immodica annuorum salariorum diminutio, Consiliariorum aliorumque officialium Regum & Principum, quod inde sese & familiam suam honestè sustentare nequeant, vitamq; suam in paupertate & contemptu quasi transigere cogantur, ipsos viros & ministros alias solertissimos & fidelissimos, juxta illud proverbiũ in vernacula nostra: Den Herrn dienet man umb jhren Sold / unnd liebet sie wegen erwiesener Gnad/ multoties tam pertæsos reddit, ut omnes penè labores refugiant, & magno utplurimùm cum incommodo Principis & domini sui imò totius Provinciæ quandoque solum mutent, & locum seu statum eligant, in quo sese & suos honestè sustentare & piè vivere, & tutò mori possint, juxta illud in venacula nostra: Ein jeder soll ein solchen Ort vnd Stand erwehlen/ daß er sich ehrlich ernehren/ Gottselig leben/ unnd sicherlich sterben könne.

11 Septimò † & ultimò varias & infinitas incommoditates, quas Respublicæ propter depravationem & incertam æstimationem monetæ sustinent, cùm omnes & singulæ in specie recenseri nequeant, summatim & uno quasi fasciculo complectendo, si Principes, qui subditis suis auctores & creditores justitiæ sunt, pedem monetarum in præjudicium suorũ subditorum & extraneorum immutant, propter mutabilem istiusmodi monetã, & incertam ejusdem æstimationem omnium quoque rerũ pretia incerta redduntur, nemo veram rationem & æstimationem bonorum suorum inire potest, omnia pacta, quibus emptiones, venditiones aliive contractus ineuntur, omnesque negotiationes & commercia, quibus vitæ societas continetur, subinde alterantur, tributa, taxationes, stipendia, pensiones, census, vectigalia, quælibet tam publicæ functiones, quàm privati reditus mutabiles erunt, adeoque ipsæmet pœnæ etiam, quæ delictis & criminibus præstitutæ sunt, & præmia, quæ benemeritis debentur, incerta futura sunt, & tam divites, quàm pauperes per istiusmodi rei monetariç incertitudinem & perplexitatem periculo defraudationis & amissionis bonorum citra omnem culpam suam solo facto & fraude superioris, monetam injustè mutantis, vel in intrinseca bonitate depravantis, exponuntur, *Novell. Leon. Philosoph. 52. ubi inter cætera hunc in modum rescribit.* Ne illi, quantum hinc in communibus negotiis novitatis, quantum item detrimenti, quod cùm ad omnes, tum præcipuè ad pauperiores, potiusq; auxilio & defensione indigentes pertineat, existeret, intelligere noluerunt. Certè mercatorum vulgus, quique alioqui manibus victum quæritant, & demum universa rusticorum natio, dum, antiquata ea, quâ hactenus usi sunt, pecuniâ, alio modo res necessarias sibi parare non possunt, in perquam angustas adiguntur angustias, *Bodin. d. tractat. de augment. & decrement. auri & argent. § quantum ad ultimum, &c. item lib. 6. de Republ. cap. 3. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 7. num. 53.* Cujusmodi incommoda & detrimenta plura alia, non solùm ex monetarum impro-

pro-

probarum seu debiliorum percussione, sed etiam ex earundem semel receptarũ subsecuta mutatione ad cujuslibet ordinis homines cumprimis subditos & pauperes redundant, teste Carol. Molinæo *in d. tract. de usur. & fruct. quæst. 100. nu. 793. in fin.* ubi refert, propter hujusmodi subitaneam mutationem monetarũ aliquando in Gallia circiter decem millia pauperum fame periisse, cujus verba ita habent: Omnium autem fraudum & cauponationum monetæ nulla tetrior & execrabilior est, quàm cum pecunia semel probata & expensa in totum, vel in parte semel reprobatur in cursu seu indicatura; tunc enim non solùm publica fides & mensura abrumpitur, sed etiam furtum manifestum non in unum aut alterum, sed in omnes committitur: quod tamen sæpè perpetratum est in hoc regno, non solùm ab hostibus, sed etiam à nostratibus. Quod improbum καπήλιον & sceleratissimum inventum Budæus noster *l. 5. asse* meritò execratur, nondum tamen septem annis in Armoricis & vicinis Regionibus circiter decem millia pauperũ reprobatis quibusdam monetis, quibus vacca inscripta erat Anno 1558. hac scelerata arte fame necata sunt. Quod idem etiam refert *Budel. de re numar. lib. 1. cap. 16. num. 8. per tot.*

12 Ex qua † tam multiplici monetarum tempore summi abusus currentium depravatione, & incerta earundem æstimatione, multiplicique mutatione tanta in rebus publicis & privatis earundem rationibus incertitudo & perplexitas introducta est, ut tota penè Germania controversiis scateat monetariis, iisdemque tam variis & perplexis, imò propter multifarias circumventiones & negotiationes pecuniarias, novis prorsus & hactenus inauditis, ut multoties nec à Judicibus, nec à Jureconsultis secundùm leges & jura certò & constanter (uti ex proximè antegressis tribus Classibus monetariis satis videre est) definiri queant, sed nova & certa decisione Cæsarea, & Statuum Imperii indigere videantur, *argum. cap. ut autem lex, 2. Novell. 7. de non alienand. vel permutand. reb. Eccles. item Novell. 39. in pr. junct. l. 1. §. cum urbe. ff. de offic. præfect. urb. cap. penult. ext. de transact. & cap. non debet, 8. ext. de consang. & affinit. gloss. in cap. suspicionis causa, 39. in verb. ad quos omnia, ext. de offic. judic. deleg. Panormitan. in cap. ceterùm, 5. num. 2. ext. de judic. Andr. Gail. lib. sing. de arrest. Imper. cap. 2. n. 11. 12. & 13.*

Cujusmodi † inextricabilium penè litium ex depravatione & injusta monetarum mutatione in Germaniam cum magno ipsius dedecore tam apud exteros, quàm subditos ejusdem invectâ, quando hodie omnium penè judicum tam inferiorum, quam superiorum subsellia, imò universa etiam Respublica fatigetur, totius Romani Imperii interest, tandem de remediis consultare, qua ratione istiusmodi monetarum depravatio & incertitudo æstimationis earundem, ex Imperio Romano exterminari, pristinus & antiquus monetarum pes & liga reduci, uniformis per universam Germaniam monetarum æstimatio constitui, & istiusmodi lites monetales certa ratione definiri, tolli, & in posterum evitari possint, cùm Reipublicæ nihil magis penè intersit, quàm lites ex litibus non fieri, sed easdem diminui, & quoad ejus fieri potest, citò consopiri, *l. si non obtulit, 4. §. ait prætor,* 13

3. ibi:

3. ibi: noluit Prætor obligationes ex obligationibus fieri, & c. ff. de re judicat. l. quidam existimaverunt, 21. in fin. ff. de reb. credit. cap. finem litibus, 5. ext. de dol. & contumac. Andr. Gail. lib. 1. observ. 42. num. 6. Paurmeist. de jurisdict. lib. 1. cap. 26. num. 2. D. Theodor. Reinking de retract. consang. quæst. 7. nu. 206. Wilhelm. Anton. de rescript. morat. conclus. 8. num. 8. & conclus. 63. num. 164. Bodin. d. tract. de augment. & decrement. aur. & argent. §. & hac ratione, ubi ait: Et hac ratione observato cursu & titulo monetarũ (uniformi scilicet) cessabunt infiniti processus & lites, quas excitari videmus propter solutionem redituum & debitorum in forti vel in debilitata moneta, in auro vel in argento, in novo vel in veteribus coronatis.

SECTIO TERTIA,
Quæstionis secundæ.

DE CAUSIS ISTIUSMODI corruptelæ & damnorum, & quomodo iisdem occurrendum sit?

SUMMARIA.

1 *Prima Interpretum statuentium opinio, quod nimirum monetarum depravatio ob tam altas radices incurabilis facta sit, ideoq; earundem deterioratio & immodica æstimatio propter summam necessitatem toleranda.*

2 *Publicæ necessitatis & utilitatis est, ad cohibendam probarum monetarum extra Regnum vel Provinciam exportationem eas mutare, & in intrinseca bonitate admistione metalli vilioris debilitare.*

3 *Statibus Imperii Romani ob tot clades bellicas aliasvé calamitates perpessas, monetarum debilitatio in bonitate earundem tam intrinseca, quàm extrinseca permissa videtur.*

4 *Principes & Superiores, qui numos citra tam bonitatem intrinsecam, quàm extrinsecam in casu necessitatis conflari fecerunt, pretium, quanti expensi & æstimati sunt, in proba & legitima pecunia refundi debent.*

5 *Labefactatio, mutatio & injusta monetarum æstimatio sine consensu populi illegitima & nulla est.*

6 *De salute totius Romani Imperii est, depravatam monetam pristino vigori restituere, ejusdemq; subditos à numulariorum & monetariorum fraude immunes præstare.*

7 *Iura divina non minùs Principes, quàm subditos concernunt & ligant.*

8 *Omni jure locupletatio cum alterius damno inhibetur.*

9 *Monetarum depravatores, ejusdemq; injustè & inæqualiter æstimatores ob solam molitionem gravissimis pœnis digni censentur.*

10 *Secunda Interpretum opinio ad corrigendum abusum monetarum est, quod omnis confusio metallorum à superioribus evitetur, & moneta ex puris prorsus metallis, nullis sumptibus monetalibus deductis, conflétur, & sic tantum valeat in massa, quantum in forma.*

11 *Principes hodie nõ amplius propriis sumptibus monetas percutere tenentur; sed propter impensas monetarias aliquid vilioris metalli immiscent, atq; ita sumptus monetales detrahunt.*

12 *Olim in Imperio Romano secundum ejusdem veteres constitutiones non prorsus pura moneta conflata fuerunt, sed propter sumptus aliquid vilioris materiæ, salvo tamen pe-*

de monetarum constituto, admiscere licuit.

13 *Minores albæ monetæ longè impuriores, quàm grossæ monetæ ad certum numerum pro necessitate circuli conflari permissæ sunt.*

14 *Penningos & istiusmodi generis leviusculas sortes cuivis domino monetali secundùm loci & patriæ consuetudinem, ejusq; necessitatem, observatâ tamen iisdem in Imperio præscriptâ liga, fabricare licet.*

15 *Status Imperii, quibus ex singulari indulto permissum est, ducatos conflare, ex una marca Coloniensi 67. species ducatorum conflare tenentur.*

16 *Ut tantum vilioris metalli monetis, quanti sunt sumptus monetales, & nihil ulterius immisceatur, facilè conceditur.*

17 *Tertia & authoris opinio, quomodo Respublica à periculoso & penè incurabili monetarum, tam quoad intrinsecam, quàm extrinsecam bonitatem depravationis morbo curanda sit.*

18 *Commerciorum æqualitas, in negotiando fraudulosarum & dolosarum circumventionum, & in Republica intricatarum litium unica causa est violatio sanctarum & saluberrimarum Imperii de re monetaria constitutionum.*

19 *Pro reducenda Germaniæ salute necessarium est, ut constitutiones de re numaria prodita in usum revocentur, & depravata labefactata moneta abrogentur, amplias. num. 23. limit num. 24. & 25.*

20 *Ad observationem legum nulla re magis subditi, quàm ipsiusmet Principis & legislatoris vita & moribus invitantur, & è contra.*

21 *Principes & legumlatores, penes quos tam ferendarum, quàm abrogandarum LL. potestas est, semel ab ipsis rectè constitutum sine evidenti utilitate & inevitabili necessitate, mutare non debent.*

22 *Novitates valde suspectæ & odiosæ sunt, & ut plurimum dissidia & confusiones parere solent.*

23 *In abrogandis legibus per non usum, nudus non usus non sufficit, sed actus contrarius continuus & nunquam interruptus requiritur.*

26 *Mutatio temporum & circumstantiarum rerum inducit mutationem antehac latarum legum.*

27 *In concursu faciendæ mutationis monetarũ, mutationem earundem potius secundùm mutationem extrinsecam, quàm intrinsecam suscipiendam esse arbitratur author.*

28 *Legum correctio odiosa, & quoad ejus fieri potest, evitanda est.*

29 *Multitudo multarum controversiarum & litium in Republica omninò evitanda est.*

30 *Edicta monetaria priora per posteriora, non quoad pedem monetarum, seu bonitatem earundem intrinsecam, sed quoad valorẽ tantum seu bonitatem extrinsecam immutata fuerunt.*

31 *Prima causa depravationis & immodicæ æstimationis monetarum est discordia Statuum Imperii, & difformis regalis monetalis contra saluberrimas Imperii monetarias constitutiones, quibus ipsemet Imperator & omnes Status Imperii accommodare & subjecti esse debent, usurpatio.*

32 *Secunda causa abusus monetarum est dissensus exterarum nationum, cumprimis Circuli Burgundici, Hispaniæ, Belgarum & Helvetiorum, quorum monetas liga Imperiali deteriores sub pœna in Imperium Romanum invehi, per constitutiones Imperii inhibitum est.*

33 Ter-

33 Tertia causa deteriorationis monetarum est, extra fines Imperii contra expressas ejusdem saluberrimas constitutiones ad exteros, ad monetā exinde suo pede debiliorem repercutiendam, exportatio.

34 Quarta abusus monetarum, & exinde damnorum subsecutorum causa est, extranearum improbarum monetarum in Imperium Romanum invectio, earumq́ contra Recessus Imper. admißio.

35 Quinta depravationis & corruptionis injustaq́ æstimationis monetarum causa est, falsorum numismatum in Germaniam per hodiernam illimitatam, promiscuam & & indifferentem Cambiorum & permutationis admißionem; invectio & probarum monetarum transportatio.

36 Sexta causæ corruptela & abusus monetarum est, officinarum monetariarum contra laudabilia veterum Romanorum exempla, Constitutiones Imperii Romani, aliorumq́ Regnorum & Principatuum in Imperio Romano multitudo.

37 Septima deteriorationis monetarum causa est, quod Magistri monetales Zygostatæ de vita, moribus & peritia artis suæ non sufficienter secundùm Recessus Imperii examinentur, nec satis arcto juramento adstringantur.

38 Octava depravationis monetarū, & injustæ earūdem æstimationis ratio in eo vertitur, quod Status & domini monetales contra jus Canonicum, & Constitutiones Imperii hodie utplurimùm regale monetarium locare, vendere, aliosvé contractus & pacta desuper inire soleant.

39 Nona abusus rei monetariæ causa est, quod proba & secundùm ligam conflata moneta à nonnullis Statibus Imperialibus per Iudæos & nummularios in deteriores cumprimis minores monetas conversa fuerint.

40 Conversio monetarum adeò in Imperio Romano inhibita, ut privatis suo arbitrio improbas & prohibitas monetas sine sui magistratus consensu liquefacere non liceat.

41 Aurifabris non solùm certus modus & quantitas conflandarum monetarum probarū ad conflanda vasa aurea, sed etiam certa liga & pes, ad quem probatio operis ipsorum exigendus sit, præscriptus est.

42 Decima labefactationis & depravationis monetarum causa est, quòd in officinis monetariis nonnullorum dominorum contra ligam & pedem monetarum Imperialem monetæ, quoad intrinsecam bonitatem labefactatæ, & per universum Imperium Romanum dispersæ sint.

43 Thaleris Imperialibus, item aureis & ducatis certa liga ordinatione monetaria Ferdinandi I. præstituta est.

44 Ligam & pedem monetarū in Imperio constitutum tam Statibus Imperii, quàm monetariis sub pœna 50. librarum auri immutare est prohibitum.

45 Monetarii falsas & labefactatas contra Imperii Recessus monetas cudentes, ubiq́ locorum comprehendi, & pœna mortis & corporis afflictiva affici debent.

46 Vndecima corruptionis & abusus monetarum causa est, quod nonnulli Status Imperii monetas novas & varias monetarum formas in Imperio Romano sub gravißimis pœnis prohibitis in suis officinis percuti faciant, item num. 47. & 48.

49 Duodecima depravationis & abusus monetarum causa est, quod promiscuè & sine omni discrimine proba moneta coacerventur, in minutas formas vilißimas convertantur, eademq́ contra edicta monetaria multiplicentur, ita ut earum characteres

 ob va-

ob varietatem nō amplius agnosci, aut memoria retineri queant.

50 Decimatertia abusus monetarum causa est, diuturna cōtra edicta monetaria monetarum improbarum tam exterarum, quàm in Imperio conflatarum tolerantia.

51 Decimaquarta continuati abusus monetarum causa est, quod quilibet dominus monetalis pro arbitrio suo contra ordinationem monetariam monetis characterem imponat.

52 Monetis pro arbitrio characterem imponere juri divino & juri civili contrariatur.

53 Decimaquinta deteriorationis monetarum causa est, multiplicatio minutioris monetæ, ob quam majorum monetarum æstimationis & valoris augmentum subsequi necesse est.

54 Arbitraria, incerta & injusta monetarum æstimatio non solùm naturæ monetæ, sed etiam juri communi & constitutionibus Imperii recentioribus directò repugnat.

55 Immodicæ & incertæ numorum æstimationis abrogatio, non minus necessaria est, atque ipsarum depravatarum exterminatio.

56 Decimasexta continuati abusus monetarum causa est, mercium, victualium, nec non etiam operarum immodica æstimatio.

57 Ad tollendum abusum monetarū simul cum edictis monetariis etiam ordinationes politicæ emissæ fuerunt.

58 Decimaseptima continuati monetarum abusus causa est, inextricabilium & variarum litium, nova & certa Cæsarea decisione egentium multiplicatio & continuatio.

59 Decimaoctava depravationis & immodici abusus monetarum causa est, quod probationum diæta seu conventus probatorii justo tempore secundùm ordinationem probatoriā non habeantur, quandoq; prorsus etiam negligantur.

60 Decimanona diuturni abusus & depravationis monetarum causa est, multiplicatio edictorum monetariorum, immodicaq; monetarum æstimationis indulgentia.

61 Vigesima abusus rei monetariæ causa est, quod contra violatores regalis monetalis pœnæ in Constitutionibus Imperii constitutæ & definitæ executioni non mandentur.

62 Tamdiu Respublica viget, quamdiu bonæ leges in eadem observantur.

63 Delinquendi frequentia & consuetudo antequam abrogata est, non mitigationem solùm, sed multoties etiam remissionem pœnæ operari solet.

64 Nullum salubrius remedium abrogandi abusus monetarum, quam ut salutares de re monetaria collectæ & sancitæ Constitutiones Imperii revocentur, nec Magistratus eas amplius elusorias esse patiatur.

65 Parum est jura condere, nisi sit, qui ea tueatur & executioni mandet.

66 Semper satius est in tempore occurrere, quàm post exitum vindicare.

67 Quomodo consultatio super reducenda Recessuum Imperii de re monetaria proditorū observantia, eorundemq; propter mutata tempora & circumstantias rerum & personarum emendatio & suppletio incunda sit.

CÆTERUM † remedia, quibus istiusmodi injustæ monetarum depravationi occurrendum sit, quod attinet, diversi diversa etiam sentiunt. Primò enim Consultores in hunc usq; diem non desunt, statuentes morbos rei monetariæ tam altas radices egisse in Republica, ut incurabiles prorsus facti sint, & istiusmodi monetarum depravatio & immodica earun- 1

eamndem æstimatio propter summam etiam necessitatem omnino tolleranda sit. Diuturna enim experientia comprobatum est, proba numismata aurea & argentea à finitimis populis exportari, ex iisdem nova deteriora conflari, & subditis domini probas monetas cudentis in commerciis iterum obtrudi, atque ea ratione ipsum auro & argento suo seu purioribus metallis spoliari, & extraneos iisdem ditari, quod in Germania multoties factum, & probos numos cumprimis thaleros Saxonicos probos evectos, ad alios translatos, recusos & depravatos esse, ipsorummet Statuum Imperii querimoniæ satis abundè testantur. Quinimò hodierno depravato seculo luculenter compertum est, quod domini monetales probas monetas secundùm Constitutiones Imperii conflantes aliis monetarum fraudatoribus easdem depravandi tantùm & recudendi, easdemque in suum turpe commodum convertendi ansam præbeant, & licet ipsi jura & Constitutiones Imperii observare velint, attamen propter aliorum dissensum id obtinere nequeant, multò minus autem super aliis dominis monetalibus jus monetæ violantibus, jus statuendi habeant, & proinde si ipsimet etiam in tanto delictorum monetalium concursu Constitutiones Imperii & ordinationes monetarias non observent, nulla culpa objici posse videatur.

2 Qua † de causa ad inhibendam istiusmodi monetarum probarum in adulterinas conversionem, metallorumq; puriorum ad extraneos exportationē nonnulli; referente *Anton. Fabro ex Carol. Molin. in tract. de variis numor. debitor. solut. cap. 1. pag. mihi 24. vers. propter quam causam rarissime, &c.* hoc consilii præbent, ut Princeps seu Respublica, cujus regio sui natura auri & argenti ferax est, alienis tamen mercibus indiget, numismata cudat deteriora: is autem Princeps seu populus, qui nullum aurum vel argentum, nisi ex aliarum gentium commercio redactum habet, numos tam aureos, quàm argenteos cudat probiores & fortiores. Priori enim casu, ut maximè ob abundantiam in ista regione metallorum ferreæ monetæ sint debiliores, hoc tamen incommodi evitatum iri opinantur, ne finitimi populi solo charactere justæ monetæ mutato, nova numismata deteriora cudant, & ita sensim probiores numi omnes intercident. Posteriori verò casu hoc commodi conciliatum iri arbitrantur, ut tantò plus auri & argenti purioris in istam regionē metallorum non feracem mediantibus negotiationibus per numos probiores inferatur, ex quibus semper similes monetæ puriores cudi & negotiationes conservari possint. Et verò in specie publicæ necessitatis & utilitatis esse ad cohibendam probarum monetarum exportationem extra Regnum & Provinciam, easdem mutari, & in intriseca bonitate admistione metalli vilioris debilitari, præter alios tradunt, *Innocent. & Guid. Pap. in cap. quantò, 18. col. 3. ext. de jurejur.* eosdemq; sequitur *Covarruv. in tract. de veter. numism. collat. c. 7. in princ. n. 5. §. nam ad subveniendum publicæ necessitati, Sixtin. de regal. lib. 2. c. 7. num. 72. Bodin. de Republ. lib. 6. cap. 3. §. Carolus VII. Rex ineunte Imperio, &c.* ubi refert, istiusmodi Rex licet initio Imperii numismata purissima in gratiam populi cudi fecisset; attamen extremis ferè tempori-

poribus Imperii sui eum conatum fuisse, monetam labefactare, non tantùm in materiæ bonitate, sed etiam in ipso pondere, quod idem etiam factum sit à Francisco I. Rege Galliæ, ejusdem filio Henrico II. & Nepote Carolo IX. qui prioribus adhuc deteriores numos argenteos, vix unicam tertiam argenti puri in sese continentes cudi fecerit. Atque idipsum finitimorum Principum exemplo, quasi necessitate quadam Reges Galliæ facere coactos fuisse ibidem refert, cumprimis propter Helvetios, Germanos & Belgas, quales cum argentea numismata deteriora semper feriant, & Gallos suis probis numis argenteis hactenus spoliaverint, ut ex iis suos deteriores conflarent, & commerciorũ necessitate in Galliam ita deteriorata numismata traducerent, Reges Galliæ etiam monetam labefactare oportuisse.

3 Secundò † ex hujusmodi Consultorum sententia hodierna monetarum depravatio, immodica & incerta earundem æstimatio in hoc rerum statu non videtur tolli posse, quoniam Germania dulcissima Patria nostra undiquaque bellis afflicta, & per aliquot annos tot clades bellicas, aliasq; calamitates perpessa est, ut superioribus jus cudendæ & mutandę monetæ habentibus, hujusmodi monetarum debilitatio in bonitate earundem intrinseca, immodicaq; earundem æstimatio seu bonitatis intrinsecæ auctio omninò permittenda videatur, eò quod necessitas legem non habeat, *l. un. §. Consules, 1. vers. sane si qua, ff. de offic. Consul.* actumque soleat reddere licitum, qui aliàs est illicitus, *cap. quod non est, 4. de reg. jur. antiq. l. liberos, 1. l. si quis, 2. C. de patrib. qui fil. suos distraxer.* Wilhelm. *Antonii de rescript. morator. conclus. 6. num. 54* ejusdemq; causa semper excepta esse censeatur, *l. alienationes, 13. ff. famil. ercisc. und. l. pater filium, 38. in princ. ff. de legat. 3. d. 1. ff. de fund. dotal. l. ut gradatim, 11. §. quoties, 2. ff. de muner. & honorib. Cravett. cons. 6. num. 91. Roland. à Vall. cons. 81. nu. 34. lib. 1.* adeò, ut necessitas vel ferrum frangere dicatur triviali proverbio: Noht bricht Eysen / *cujus meminit Iohan.* Wilhelm Neumeyer von Ramßla *de neutral. & assistent. cap. 7.* Cujusmodi necessitatibus inprimis accensetur defensio patriæ pro avertendo bello, aut liberando Principe; *Gabriel. Biel. de monetar. potestat. conclus. 5. vers. videtur etiam, &c. Andr. de Isern. d. cap. unic. quæ sint regal. in verb. moneta, num. 13. Paris de Put. in tract. de syndicat. sub tit. de excess. Imperat. nu. 6. Schneidw. de feud. part. 2. num. 118. Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 23.* ubi omnes tradunt, quod Princeps publicæ utilitatis causa, & in casu summæ necessitatis ex vilissima etiam materia, puta ferro vel corio monetam percutere possit, quæ durante tali necessitate seu bello vim ac potestatẽ legitimæ monetæ obtineat. Qualis publica necessitas nullo certiori remedio sublevare posse videtur, quàm ut probæ & fortes monetæ conquirantur, recudantur, & aliquadantenus debilitentur, qua ratione sine sensibili detrimento populi, in istiusmodi necessitatibus magna pecuniæ summa confici potest, puta si ex octo thaleris Imperialibus unius marcæ seu 14. lotonum circiter argenti puri duodecim Imperiales, sesquimarcæ, octo lotonibus cupri adhuc admistis percutiantur, tum enim Regem seu Principem citra ullam jacturam suorum subditorum ex singulis 200. thaleris Impe-

Imperialibus 300. thaleris habiturum esse, eaq; ratione ex necessitatibus sese extricare posse, quale consilium Carolo IX. Regi Galliæ ab officiali quodam suggestum fuisse refert *Bodin. de augment. & decrement. auri & argenti, §. quare dico misturam metallorum, &c.*

4 Verùm † hasce causas & in hoc rerum statu, ubi Germania nostra penè magis falsis & improbis monetis earundemq; injustissima & incerta æstimatione, quàm ipsomet bello oppressa est, & indies magis magisq; ab improbis numulariis, improbarumq; monetarum conflatoribus & campsoribus affligitur, tam gravissimo Reipublicæ morbo prætendendo eum incurabilem esse, non mederi, antehac etiam rei numariæ viris peritissimis perinde visum fuit, ac si diceretur, præstare ægrotum languore emori, quàm salutarem medicinam sumere, quæ palato displiceat, *Bodin. d. tract. de augment. & decrement. aur. & argent. §. quod si mutationes & vicissitudines, &c.* adeoq; hujusmodi Consultores Rempublicam & subditos semel ita exhauriendo & affligendo, ne imposterum florere possint, revera prædicta imperitis & invidis vinitoribus comparantur, qui vineam aliquot annis immodico vini proventu ita exhauriunt, & effœtam reddunt, ut tandem prorsus sterilescat. Quantum enim prætensum necessitatis casum attinet, haud negari potest, propter eandem quandoq; monetas nō solùm labefactari, in intrinseca bonitate diminui, vel in extrinseca bonitate ultra materiæ & ponderis modum augeri, sed etiam ex materia vilissimâ, puta ferro vel corio pecuniam vel tesseram, quæ viceni ejus sustineat, conflari posse, sed hujusmodi pecunia ex non idonea materia conflata non perpetua, sed temporanea, & in casu necessitatis non tantùm expendibilis est, qua cessante nō solùm amplius non expendi potest, sed etiam à superiore Rege vel Principe, qui eandem conflari fecerunt, pretium, quanti expensa seu æstimata fuit, in proba & legitima pecunia, militibus & subditis, qui eandem acceperunt, refundi debet; *argum. l. venditor, 13. §. si constat, 1. ff. commun. prædior. tam urb. quàm rustic. l. Lucius, 11. ff. de eviction. l. servi, 2. C. pro quib. caus. serv. pro præm. libert. Andr. de Iser. ad cap. unic. quæ sint regal. nu. 13. & ibidem etiam Matth. de Afflict. num. 9. ubi refert*, Principem, qui in casu necessitatis improbam monetam conflari fecit, eandemq; cessante bello seu necessitate non reluit, subditisq; damnum perpessum, seu justum pretium non restituit, ad gehennam ædificare, & in infernum præcipitandum esse, Exclamando ulterius: Heu quot Principes damnantur propter hoc! *Costal. & Dd. in l. item si verberatum, 15. §. si quis rem, 1. ff. de rei vindicat. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 7. num. 70. & nu. 71.* Unde Johan. Marian. *lib. de Regis institutione, cap. 8.* Princeps, *inquit*, reprobam monetam, quam invexit bellum, eo finito, ne labes fit perpetua, continuò antiquare, & pro illâ bonæ fidei possessoribus legitimam reponere debet. Hinc etiam Fridericus II. Imper. difficultate bellicâ oppressus, percusâ monetâ coriaceâ, per præconem publicè edici curavit, eum, qui bello finito talem monetam ad Cameram Imperialem referret, aureum augustalem recepturum, quod etiam ab ipso bonâ fide fuit præstitum, *ut in addit. ad Chron. Abbatis Ursbergensis in histor. Friderici II. relatum est.*

Dein-

5 Deinde † cum labefactatione & diminutione intrinsecæ bonitatis monetarũ, earumq; injusta & immodica æstimatione subditis ingens præjudicium inferatur, Dd. nostri etiam consensum populi exigunt, & sine eo labefactationẽ, mutationem immodicam & injustam monetarum æstimationem illegitimam & nullam esse statuunt, *argum. l. 1. in princ. versic. hujus rei, ff. de offic. ejus, cui mandat. est jurisdict. cap. cum Apostolica, 7. in fin. ext. de his, quæ fiunt à Prælat. sine consens. Capit. cap. quantò, 18. & ibi gloss. in verb. irrequisito populo, & Canonist. communiter, ext. de jurejur. Menoch. lib. 2. arbitrar. judic. cas. 316. num. 47. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 7. n. 75. 76. & 77.*

6 Cujusmodi † requisitorum in injustissima tempore summi abusus invectione improbarum monetarum, earundemq; immodica æstimatione, cùm utrumque deficiebat, hoc est, superiores, qui easdem invexerunt, nec subditis damnum perpessum præstent, vel unquam præstituti sunt, nec etiam populi consensum adhibuerint, sed istiusmodi perniciosa mutatio, monetarumq; probarum cauponatio, earundemq; in deteriores conversio, tota in talium superiorum, eorumve consultorum, injustorumq; numulariorum & campsorum commodum seu emolumentum privatum cedat, universus verò populus & tota Respublica interea patiatur, Respublica & subditi suis proventibus, ipsorummet dominorum officiales milites & operarii suis stipendiis & mercedibus defraudantur, de salute utiq; Reipublicæ & totius Romani Imperii fuerit, tanto morbo demum remedium quærere, & rem numariam in tantam depravatam pristino vigori restituere, Romaniq; Imperii subditos à tanta numulariorum & monetariorum fraude tandem immunes præstare. Regibus enim & Principibus officium istud à Deo Ter Optimo Maximo commissum est, non quod pro lubitu suo quidvis in subditos & bona eorundem statuere possint, sed quod subditis vitæ innocentia prælucere, ipsisq; jus & justitiam administrare, & ab oppressione liberare debeant, juxta illud *Ieremiæ cap. 22. vers. 3.* Facite judicium & justitiam, & liberate vi oppressos de manu calumniatoris, & advenam, & pupillum, & viduam nolite contristare, neque opprimatis iniquè, & sanguinem innocentẽ ne effundatis, &c.
adeoq; mandatum † summi & omnium 7
supremi Imperatoris altissimæ Majestatis divinæ, *Deuteron. 25. versic. 13. 14. & 15.* Non habebis in sacculo diversa pondera majus & minus, nec erit in domo tua modius major & minor, pondus habebis justum & verum, & modius æqualis & verus tibi erit, ut multo vivas tempore super terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi & domui tuæ. Abominatur enim Dominus tuus, qui facit hæc, & aversatur omnem injustitiam, &c. non minus Principes, quàm subditos concernit, & jura divina & humana, quæ damnant & execrantur falsificantes & defraudantes mensuras, etiam damnant & execrantur falsificantes & defraudantes monetas, sive Principes sint, sive privati, *Thom. Aquin. lib. 2. de regim. Princip. cap. 13.* & pecuniam deteriorare vel injustè mutare non est minor perfidia, quàm proprium sigillum vel syngrapham falsificare vel negare, *Carol. Molin. de usur. & fructib. quæst. 100. num. 793. pag. 558.* Qui etiam jure divino nullus

nullus unquam casus necessitatis tantus existit, ut pro eliciendis bonis peccare, aut mala perpetrare liceat, *Epistola ad Roman. cap. 3. vers. 8 ubi Paulus ait*, quin asserũt, eorum dominationem esse justam, *junct. can. 1. distinct.* 14. sed istiusmodi necessitatis casus, cladesq; bellicæ præter alia licita, & juri divino seu Evangelio non repugnantia remedia, verâ pœnitentiâ & seriis ardentibus precibus ad Deũ avertenda sunt, qua de re insignis oratio habetur in lamentationibus, *Ieremiæ cap. 5. per tot. Confer omninò Frider. Balduin. de casib. conscient. lib. 4. cap. 5. cas. 6.*

8 Ex quibus † omnibus luculenter apparet, hocce sublevãdæ necessitatis Reipublicæ compendium, quod ex labefactatione monetarum, & cauponatione monetaria proficisci debet, quam amplũ etiam prætendatur, & quocunque etiam colore à consultoribus istis depingatur, & illicitum & inhonestum, cùm jura divina & humana omnẽ locupletationem cum alterius detrimento inhibeant, *Levitic. cap. 19. vers. 11. ibi: Non facietis furtum, non mentiemini, nec decipietis unusquisq; proximum suum, & l. nam hoc, 14. ff. de condict. indeb.* ubi JCtus Pompon. respondet: Nam hoc naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem, imò per ridiculum etiam esse, cùm ne quidem cogitari possit. Regem aut Principem tantum emolumentum ex monetis suis labefactatis cum solatio populi corradere posse, sed inevitabili necessitate damnum illud in subditos ipsius Regis seu Principis recasurum sit, *argum. l. non debet, 74. ff. de reg. jur.* cumprimis etiam ex sententia Platonis statuentis, neminẽ quicquam lucrari posse, nisi alter perdat, *Bodin. d. tractat. de augment. & decrement. aur. & arg. §. hac illius opinio fuit, ut merebatur, &c.* Qua de causa etiam *in d. cap. quantò, 18. ext. de jurejur.* hujusmodi depravationis monetariæ consultores, non consiliarii, sed deceptores esse dicuntur, quales etiam † 9 & quoscunq; fraudium monetalium aucupes & participes sive monetam depravare, sive eandem injustè seu inæqualiter æstimare moliantur, Imperator Leo, Philosophus dictus gravissimis pœnis dignos esse censuit, ut nimirum flagris cædantur, & cutetenus tondeantur, insuper tres libras auri Fisco Imperiali inferant, *d. Novell. 52. vers. ea propter nos, &c. propè fin.* Cujusmodi vel ipsiusmet cutis detractionis pœna aliquãto in gravissima consultatione quidam Consiliarius Secretorum Pontificis Romani dignum censuit, Cardinalem Armellinum, qualis cum Pontifici Rom. subinde novarum exactionum, & contributionum suasor extitisset, nec tamen eæ quicquam proficerent, cùm jam adhibitis aliis etiam Consiliariis, rursus conficiendæ pecuniæ rationes inirentur, in Cardinalem istum, cui propter varias exactiones pleriq; invidebant, hujusmodi votum argutũ protulit: Equidem sanctissime Pater, nullam ego meliorem citra omnem subditorum querelam, imò cum ipsorum quoq; gaudio colligendæ pecuniæ rationem noverim, quàm ut Armellino pellis detrahatur, & per ditionem vestram, ut Luporum pellibus alias fieri solet, circumferatur. Neque enim dubito, quia vestri subditi omnes, pro ea saltem inspicienda ultrò stipem sint collaturi, *Caspar Ens Epidor. fol. 187 Besold. de ærar. publ. cap. 7. n. 2. vers. quò pertinet apophthegma.*

10 Quando † igitur hujusmodi depravandæ, debilitandæ & injustè mutandæ, atq; sic corradendæ pecuniæ, augendiq; ærarii publici ratio, nec jure divino, nec humano sustineri possit, sed improba prorsus & illicita sit, totalemque Reipublicæ eversionem, totiusque populi oppressionem & incommodum tandem inducat, alii ad obviandum fraudibus monetalibus, & pro sublevanda Republica, ut tam Principi, quàm subditis bene sit, & tranquillè vivere possint, hoc consilii præbent, quod omnis metallorum confusio à superioribus evitanda, & inferioribus prohibenda, & moneta à superioribus ex puris prorsus metallis aliena materia non admixtis, puta auro vel argento, vel cupro etiam quoad pecuniam minutam seu viliorem cudenda, & jus monetale à superioribus, exemplo administrationis justitiæ gratis prorsus exercendum, nec pro impensis seu sumptibus monetalibus quicquam puritati numorum detrahendum sit, aut eo nomine quicquam vilioris materiæ immisceri, vel moneta pluris æstimari possit, quàm materia ejus seu nuda massa aurea vel argentea absque publico charactere æstimaretur, seu moneta tantum valere debeat in massa & materia, quantum in forma & è contra, *argum. cap. quantò, 18. ext. de jurejurand. junct. l. 1. in princ. ubi etiam gloss. ff. de contrah. empt. Bartol. in l. Paulus, 101. col. 2. ff. de solut. & liberat. & in l. qui falsam, 19. ff. ad L. Cornel. de fals. & in l. 1. §. ult. ff. de aur. & arg. legat.* cujus opinionem communem asseverat *Curt. jun. in l. mutuum damus, 2. § mutui datio, 1. num. 12. ff. de reb. cred. Matth. de Afflict. decis. 90. & Petr. Bellug. in specul. Princip. tit. de mutat. monet. num. 7. Martin. Garratus Laudens. in tract. de monet. num. 6. in princ. Iohan. Chrysost. Dornsperger in resp. jur. de trib. quæst. monet. num. 130.* Hujusmodi enim metallorum trium inprimis, auri, argenti & cupri confusione, tanquam radice omnium abusuum, uti olim etiam apud Romanos prorsus inhibitâ & sublatâ, neque subditi, neque extranei circa rem monetariam & labefactationem metallorum quicquam fraudis machinari posse, quin protinus detegatur, adeoq; ista ratione omnem imposturam circa rem numariam evitare posse, si monetæ, uti olim etiam factum fuit, ex metallis puris citra omnem confusionem conflentur, *Carol. Molin. in tract. de usur. & fructib. n. 800. Covarruv. de veter. numism. collat. cap. 2. §. est tamen illud hac in parte admonendum, veteres Romanorum denarios cudi solitos ex puro argento, &c. Anton. Faber de variis numor. debitor. solut. cap. 1. pag. mihi 25. vers. sed & illud, Iacob. Bornit. de nummis lib. 1. cap. 6. Benjamin Leuber in quæst. de reduct. monet. §. ad primum igitur, pag. 57. vers. quod verò is casus, Bodin. de Republ. lib. 6. cap. 3. §. sic enim veteri majorum nostrorum proverbio, &c. item in tract. de augm. & decrement. aur. & argent. §. radix autem abusuum est, & in § fundamẽtum autem,* ubi ait: Fundamentum autem omnium, qui monetas adulterant, tingunt, radunt, fingunt, miscent, tondent, non est aliud, quàm metallorum mixtura, nemo enim poterit metallum ullum purum & simplex pro alio subjicere obstante colore, pondere, corpore, sono & natura uniuscujusque ab aliis differente, *Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. præsuppos. 1. nu. 15. Rener. Budel. de re numar. lib. 1. cap. 21. num. 17. & seqq. usq. ad num. 23. Covarruv. de veter. numism. collat. cap. 7. num. 6. in princ. Rener. Budel.*

de re

derenumar.lib.1.cap.6.num.1.2.& 3. ubi refert, Legistarum opinionem esse communem, monetam expensis publicis debere fieri. Et horum sententiæ etiam suffragari videtur *Recess. Imper. August. de Anno* 1500. *sub tit.* Von der gülden vnd silbern Müntz wegen/ꝛc. *ubi dispositum est:* Darauff dann wir/oder der/ so an vnser Stat sitzen wird/ vnd das gemeldt Reichs Regiment vollkommen Macht vnd Gewalt haben sollen/ Ordnung vnnd Satzung / einer beständigen gülden vnd silbern Müntz/von feinem Gold vnd Silber/ohn allen Zusatz/durch das gantz Römisch Reich fürzunehmen zumachen vnd zubeschliessen/ꝛc. Eandem legem Rex Angliæ Jacobus I. *lib.* 2. Βασιλ. Δωρ. Henrico filio suo præscripsit hisce verbis: Nummos tuos ex puro & defœcato auro & argento tibi conflari & cudi jubeas, ut in solutionibus populo tuo nō numero, sed pondere satisfiat; ita & Respublica ditabitur, & ærarium tuum locupletabitur: Quod ad bellicos apparatus, aliasq; vel temporum angustias, vel tempestatum difficultates tibi usui esse possit: Nam etsi nummorum admixtio quiddam in sese utile contineat; nusquā tamen nisi necessitate coacto ad id tibi confugiendum censeo, &c. Egregia sanè & memorabilis sententia, quam optarem in penitissimis omnium Principum præcordiis sculptam esse & reconditam.

11 Verùm † hæcce cudendæ monetæ & corrigendi abusus ejusdem ratio, ut nimirum monetæ prorsus puræ, seu ex puris metallis propriis sumptibus superiorum, citra admistionem alterius vilioris metalli, pro sumptibus monetariis hodie conflentur, magis optari, quàm sperari, multò minus autem obtineri poterit. Quod enim Principes hodie nō amplius propriis sumptibus monetas percutere teneantur, sed propter impensas monetarias aliquid vilioris metalli monetis immiscere, atque ita sumptus monetales detrahere possint, ut nimirum pecunia tantum quidem valeat in forma, quantum in materia seu massa continet, deductis tamen impensis monetariis, quibus percussa est, nunc ita inveteratum est, ut nullà ratione abrogari possit, *argum. l. diuturna consuetudo, 33. l. cum de, 34. l. sed & ea, 35. & l. imò magnæ, 36. ff. de legib. Iohan. Andr. Anton. Iohan. de Butr. Panormitan. num. 11. Imol. col. 4. & ibi Dd. communiter in d. cap. quantò, 18. ext. de jurejur. Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. præsuppos. 1. num. 2. in fin. Fabian. de empt. & vendit. quæst. 5. num. 3. Bellug in specul. Princip. rubr. 36. §. grave damnum, nu.* 10. Covarruv. *de veter. numism. collat. cap. 7. nu. 5. vers. non enim tenetur Princeps, &c.* ubi tradit, hanc consuetudinē jamdiu in orbe Christiano receptam esse, *Coler. de process. executiv. part. 1. cap. 10. nu. 10. Rener. Budel. de re numar. lib. 1. cap. 6. num. 4. & seqq. Regner. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 7. num. 86. Decian. in tract. criminal. lib. 7. cap. 23. nu. 31. Schurff. cons. 60. num. 7. vol. 2. Iohan. Chrysost. Dornsperger in resp. jur. de trib. quæst. monet. Anno* 1630. *Constantiæ, typis Iacobi* Wolgemuht *excus. n.* 131. *ubi ex Leubero testatur, eam consuetudinem quoque in Poloniâ obtinere, Iacob. Aleman. in palæstra consult. 8. quæst. princip. 1. pag. 388. vers. hodiè expensa, Sigismund. Scacc. in tractat. de commerc. & camb. §. 2. gloss. 3. num. 87. D. Theodor.* Reinkingk *de retract. consanguin. quæst. 6. num.* 232.

Atque hinc † in Imperio etiam Romano-Germanico, cujus tamen monetæ præ aliis cumprimis, Gallicis, Hispa- 12

nicis, Anglicis, Belgicis & aliis exteris monetis propter bonitatē intrinsecā magis commendatæ & laudatæ fuerunt, etiam secundùm veteres constitutiones nō prorsus puræ monetæ conflatæ sunt, sed secundùm eas dominis monetalib⁹ propter sumptus monetales aliquid vilioris materiæ, interim tamen pede monetarum præscripto accuratè custodito, admiscere licuit, uti inprimis *ex edicto monetario Ferdinandi I. Imperatoris de Anno* 1559. *item Recess. Imperii de Anno* 1570. & 1571. videre est. Ita pedem seu ligam aliquot tantum monetarum argentearum seu albarum, der weissen Gelter/ breviter percurrendo, & primò quidem argenteos numos 60. cruciferorum vulgò, Reichsgülden zu 60. Creutzer/ quod attinet, ex marca Coloniensi 16. lotonum talium numorum argenteorū species novem cum semisse confici debent, in universum 14. lotones & 16. grana, quorum 18. lotonem cōficiunt, & unum lotonem cum duobus grani cupri seu vilioris metalli in se cōtinentes, in vernacula nostra, vierzehen Lötig vnd 16. Gran/ *Ordinat. monetaria Ferdinandi I. Imperator. de Anno* 1559. §. Zum ersten/ ein Stück/ das ein Reichsgülden oder sechtzig Creutzer gelten/ ꝛc. Quod idem etiam in partibus hujusmodi numi argentei obtinet, ita quidem ut ex marca Coloniensi semisses horum argenteorū numorum 30. crucigerorū, halbe Reichsgülden/ conficiantur 19. sextantes 10. crucigerorum, vulgò Schreckenberger oder zehen Creutzer/ conflentur 57. & denique unciæ hujusmodi numorum argenteorum ad valorem 5. crucigerorum, vulgò halbe Schreckenberger oder fünff Creutzer/ ex marca Coloniensi 16. lotonum species conficiantur centum & quatuordecim, prædictam ligam integrorum numorum argenteorum nimirum 14. lotonum, & 16. granorum argenti puri in se continentes, *d. Ordinat. monetar. Ferdinandi I. Imper. de Anno* 1559. *circa princ.* §. Zum andern/ ꝛc. §. Zum dritten/ ꝛc. & §. Zum vierdten/ ꝛc. Quantum verò thaleros Imperiales antehac Joachimicos dictos, vulgò Reichs. vnd Joachims Thaler attinet, illi demum in prædicta *Ordinatione monetaria Ferdinandi I. Imper. de anno* 1559. ad valorem 68. crucigerorum recepti & approbati sunt, ita tamen ut pedi & ligæ in Imperio præscriptæ conformes sint, atq; ex marca Coloniensi 16. lotonum, 14. lotones & 4. grana argenti puri, unum verò lotonem & 14. grana cupri seu metalli vilioris in se continente, vulgò vierzehen Lötig vnd 4. Gran/ thalerorum Imperialium species octo, dimidiorum verò thalerorum Imperialiū species 16. quadrantum thaleri Imperialis species triginta duæ, ejusdem prorsus ligæ cum integris thaleris Imperialibus conflentur, *Ordin. monet. Ferdinandi I. Imperator. de anno* 1559. §. Nachdem aber die silberne Müntz/ & §. *seq.* Ordnen vnnd wöllen hierauff/ *item Recess. Imperii de Anno* 1556. §. Vnnd als sie demnach vns/ jhres wolmeynenden Bedenckens/ & *quatuor* §§§§. *seqq.* & §. Nachdem dann die Thaler/ *Item Recess. Imperii de Anno* 1570. §. Was aber Reichs. gantze/ halbe/ vnnd viertheil Thaler/ ꝛc. *item in* §. Wir setzen/ ordnen vñ gebieten fernners/ ꝛc.

Cæterùm † minores albæ monetæ, cùm longè plures sumptus monetales, quàm grossæ requirant, iisdem etiā longè impuriores, & proinde ad certum tantum numerum pro necessitate cujuslibet 13

circuli

circuli conflari permissæ sunt, ita quidem, ut ex marca Coloniensi 16. lotonum, 8. lotones argenti puri, & octo lotones cupri in sese continentes, vulgò Achtlötig/ conjunctim confici debeant denarii ad **valorem 2½. crucigerorum, vulgò** drithalben Creützer/ deren 24. Stück einen Reichsgülden oder 60. Creutzer machen/ numero 124. & ejusdem ligæ denarii ad duos crucigeros, vulgò halbe Batzen oder zween Creutzer 155. *d. Ordinat. monetar. Ferdinandi I. Imperat. de anno* 1559. *circa princ.* §. Zum fünfften/ vier vnnd zwantzig Stück/ *&* §. Zum sechsten/ dreyssig Stück rc. & talem ligam etiam, nimirum 8. lotones argenti puri, & 8. lotones cupri, marcæ Coloniensis, grossi Imperial. Reichsgroschen in sese continent, ita tamen ut eorum 21. florenum Imperialem conficiāt, & ex una marca Coloniensi 108½. species conflari debeant, *d. Ordinat. monet. Ferdinandi I. Imperat. de anno* 1559. §. Erstlich ein Reichsgroschen/ rc. crucigeri autem denariis etiam minus fortiores sunt, ita quidem ut ex marca Coloniensi 16. lotonum. sex lotones argenti puri, cum quatuor granis, & 9. lotones, & 14. grana cupri seu metalli vilioris in sese continente, confici debeant crucigeri 243½. *Ordinat. monet. Ferdinandi I. Imperat. de Anno* 1559. §. Zum siebenden/ sechtzig Stück/ rc. Ita pariter ex marca Coloniensi 5. lotonum argenti puri, & 11. lotonum cupri confici debent 274. denarioli Imperiales, quorum 84. species florenum Imperialem conficiunt, *d. Ordinat. monet. Ferdinandi I. Imperat. de anno* 1559. §. Zum fünfften/ Gröschlein/ derer vier vnd achtzig/ rc. omnium verò monetarum in Imperio permissarum debilissimæ sunt penningi & helleri per diversos Romani Imperii circulos, diversimodè etiam recepti, eandemq; ob causam etiam die Pfenning vnd die Heller/ Land- vnd gemeyne Müntzen appellantur, & non nisi ad necessitatem leviorum contractuū cujuslibet circuli permissi, multiplicatio verò eorundem prorsus inhibita est, *d. Ordinat. monetar. Ferdinandi I. Imperat. de Anno* 1559. §. Neben vorgesetzten gemeynen/ rc. *Item* §. Wir ordnen/ setzen vnd wöllen/ rc. *&* *duobus* §§. *seqq. Receß. Imper. de Anno* 1566. §. Vnnd damit der gemeyne Mann/ *&* §. *seqq.* Es soll auch den Kreysen/ rc. *Item Receß. Imperii de Anno* 1570. §. Im Fall aber etwann hernach/ rc.

14 Hujusmodi † verò leviusculas sortes, licet cuivis domino monetali secundùm loci & patriæ consuetudinem, ejusdemque necessitatem fabricare liceat, attamen iisdem etiam liga in Imperio præscripta observanda est, ita quidem ut ex marca Coloniensi 16. lotonum, 4. lotones cum 9. granis argenti puri, atque ita 11. lotones & 9. grana cupri, seu metalli vilioris in sese continente, non nisi 636. species penningorum Rhenensium, Bavaricorum vel Suevicorum, quorum eadem liga est, conflari debeant, *Ordinat. monet. Ferdinandi I. Imperat. de Anno* 1559. §. Rheinische/ Beyerische vnd Schwäbische Pfenning.

15 Postremò † aureas monetas, quod attinet, earundem duæ tantum species in Imperio Romano cōflari permissæ sunt, aurei nimirum Rhenenses & ducati, *Receß. Imperii de Anno* 1570. §. Wir setzen/ ordnen vnd gebieten ferners/ rc. *in fin.* Liga verò aurei Rhenensis in Imperio præscri-

pta hæc est, ut ex marca Coloniensi 16. lotonum seu 24. caractorum, 12. lotones seu 18. caractos, cum 6. granis auri puri, & 3. lotones, cum 12. granis metalli vilioris in sese continente, aureorum Rhenensium species fabricantur 72. *Ordinat. monet. Ferdinandi I. Imperat. de Anno* 1559. §. Ferner die gülden Müntz belangend / ꝛc. *& tribus* §§§. *seqq. & Receß. Imperii de Anno* 1576. §. Und auß sondern vernünfftigen Bedencken. Quibus verò Statibus Imperii & singulari indulto ducatos conflare permissum est, iidem ex marca Coloniensi 16. lotonum, vel 24. caractorum, 23. caractos & 8. grana, atque ita 10. tantum grana metalli vilioris in sese continente 67 species ducatorum conflare tenentur, *Ordinat. monetar. Ferdinandi I. Imperat. de Anno* 1559. §. Ferner dieweil etliche Stände im Reich / ꝛc. *& duobus* §§. *seqq. & Receß. Imper. de Anno* 1576. §. Und auß sondern vernünfftigen Bedencken / ꝛc.

16 Cujusmodi † tenue & modicum lucrum admistionis vilioris metalli auro vel argento superioribus facilè concedi & tolerari possit, modò tantundem quanti sunt sumptus monetales, massa monetarum seu materia earundem minus valeret, seu æstimaretur, & nihil ulterius vilioris metalli, quàm propter sumptus monetales deduceretur, & monetis percussis immisceretur, nullaq; ulterior corruptela circa monetarum fabricam committeretur, adeoque quoad cætera solis expensis cudendæ monetæ, aurum & argentum signatum seu numisma, & argentum seu aurum infectum pari ratione inter sese congruerent, *Albert. Brun. de augment. & diminut. monet. præsupposit. 1. nu. 2. in fin. Rener. Budel. de re numar. lib. 1. c. 6. nu. 4.* Hodiernis enim moribus, & in hac ultima mundi fece, ubi pietas cum justitia & bono rerum ordine exulat, tanta monetarum corruptela introducta est, ut hodiernæ cumprimis monetæ minores majoribus nostris redivivis existentibus, & ab iisdem visæ, vix pro monetis, agnosci possent, hodiernoq; & præcipuè circa tempus summi rei monetalis abusus currentium florenorum sextantes, vulgò Schreckenberger oder Schaffhäuser / (quos numos phasmaticos monstris & ostentis comparare multis nominibus libuit Dn. D. Theodoro Reinkingk *in tract. Synopt. de retract. consang. quæst. 6. num. 165. & seqq.*) nec pro grosso, nec grossum etiam hodiernum pro numo antiquo, seu penningo vetere reciperent, adeoque in hodierna confusione Imperii Romano-Germanici tantus monetarum abusus cum irrecuperabili damno totius Imperii tam Statuum ipsorum, quàm subditorum etiam introductus est, ut eidem in totum abrogando vix tandem medicina seu remedium investigari posse videatur, de quo Imperator Rudolphus II. beatæ memoriæ jamdudum ante 26. annos *in Receß. Imperii de Anno* 1594. §. Dieweil auch durch die Außführer / ꝛc. *& imprimis in Receß. Imperii de Anno* 1603. §. Nachdem auch vor den vierdten Puncten / ꝛc. quo tempore tamen monetarum abusus respectu nostri temporis, & inprimis summi abusus decuplo minor fuit, summoperè conquestus fuit hisce verbis: Sonders Fleiß zuerinnern / wie hochnohtwendig es seye / diesem beschwerlichen Werck (dessen Wichtigkeit / unnd da jhm nicht Raht gefunden / hohe Gefahr allen Ständẽ mehr / als gnugsamb bekandt / unnd von vielen

ansehn-

ansehnlichen Kreyßen deß Reichs / uns zum offtermahlen fürbracht worden) derenmal eins abzuhelffen/und nicht zu zusehen / daß sich solche Unordnung so weit verlauffen thue / daß man derselben hernach/ zu der Stände selbst / ihrer Underthanen / und männiglichs unwiderbringlichen Schaden und Nachtheyl/entweder gar nicht/oder mit höchster Beschwerung stewren könne/ꝛc. *Hactenus Imperator.*

17 At verò † cùm morbos difficiles periculosos & incurabiles penè in Rempublicam irrepsisse conqueri, & iisdem non mederi, perinde habeatur, ac si diceretur, præstare ægrotum languore emori, quàm salutarem medicinam sumere, quę palato displiceret, uti paulò antè ex Bodino relatum est, & verò nullæ penè medicinæ tam salutares sint, quàm quæ dolorem faciunt, exemplo peritorum Medicorum, putrida membra resecantium, quandoque etiam pro iisdem sanandis ignes & cauteria admoventium, huic gravissimo etiã Reipublicæ morbo medendum, talisq; ei medicina propinanda fuerit, qua radicitus extirpari, & leve illud incommodum seu dolor, quem in cura illius morbi tam superiores, quàm inferiores, cumprimis in abrogãdis monetis depravatis, tollendaque injusta & immodica monetarum adhuc probarum æstimatione, interea sustinere coguntur, cum uberrimo, salutari & diuturno fructu compensari possit, *Bodin. de Republ. lib. 6. cap. 3. ad fin.* Ex variis autem remediis, quorum diversi varia etiam & diversa, sed tanto Reipublicæ morbo expellendo vix sufficientia, sed semper aliquid adhuc abusus & malæ radicis post sese relinquentia, suggerunt: Ego verò pro meo modulo, & salva veritatis substantia, & citra cujuslibet rei monetariæ peritioris præjudicium, nullum certius, magis salutare & diutius probatum remedium, & quo omisso omnes isti morbi & abusus monetales irrepserunt, adhiberi posse scio, quàm ut saluberrimæ Imperatorũ nostrorum Constitutiones de re numaria proditæ, cumprimis *Ferdinandi I. Imperatoris de Anno 1559. Imperator. Maximiliani II. de Anno 1566. 1570. & 1576. Rudolphi II. Imperator. de Anno 1594.* de re numaria proditæ, in usum revocentur, & executioni mandentur. In hisce enim constitutionibus adhibitis viris rei numariæ peritissimis & solertissimis, probè perpensis omnibus circumstantiis, cumprimis mercium & metallorum valore, cumprimis etiam impensis monetalibus; tam justa æquabilis & proportionata monetarum liga, seu mixtura & pes monetarum magna solertia, & ex longo temporum usu adinventa, talis etiam monetis percussis proportionata æstimatio applicata est, ut mediantibus iis & monetis secundùm talem ligam conflatis, & in statuta ista æstimatione expensis, certa etiam & justa pretia omnibus mercibus constitui, & tam cum subditis, quàm cum exteris, pari ratione citra hodiernas fraudes, & immodicas circumventiones commercia exerceri, negotiationesq; conservari possint.

18 Quod verò † hodie istiusmodi commerciorum æqualitas nõ amplius vigeat, & tam inferiores, quàm superiores in negotiando inopinatò circumveniantur, proventibus & bonis suis citra culpam suam emungantur, totaq; Respublica litibus, fraudibus & dolis penè scateat, id totum

totum violationi & transgressioni tam sanctarum & saluberrimarum Imperii Constitutionum, & quod contra eas non depravatæ & labefactatæ solùm monetæ secundùm intrinsecam bonitatem, sed prorsus falsæ etiam pro probis invectæ, & insuper etiam cum paucis probis adhuc monetis ad immodicum prorsus & injustum valorem reductæ sint, adeoque pecunia aliâs commerciorum & æstimationis omnium mercium regula contra jura divina & humana hodie & inprimis Ann. 1621. & sequentibus duobus prorsus fallax & incerta sit, acceptum ferendum est, teste ipsomet Imperatore Maximiliano II. *in Recess. Imperii de Anno* 1570. *ubi hunc in modum disponitur*: Dieweil dann nunmehr vor Augen / was grosse vnauffhörliche Schaden / jederman / hohen vnd niedern Stands / allbereyts nur daher zugefügt / daß man nicht in allen Kreyssen / obangeregter Müntzordnung vnnd Edict gefolgt / ja es auch gewißlich an dem / wo kein eylend ernstlich Einsehen beschehen soll / daß man im H. Reich / Teutscher Nation / an statt der guten probirten Reichsmüntzen nichts anders / als böse / frembde / verfälschte Müntzsorten sehen vnd haben muß / welches dann auch nicht die geringste Vrsach der beharrlichen Steygerung in allen Victualien vnd Commercien.

19 Qua † de causa pro reducenda salute Germaniæ omnium rerum æqualitate, justitiæque vera administratione, nihil magis necessarium, nec tam proficuum fuerit, quàm ut prædictæ Imperii Constitutiones de re numaria proditæ, in usum revocentur, omnes contra eas in re numaria invecti abusus unà cum depravatis & labefactatis monetis abrogentur, hujusmodi delinquendi consuetudo, quæ aliâs etiam salutaribus legibus non præjudicat, severissimis pœnis de novo inhibeatur, constitutiones etiam adversus violatores imposterum debitæ actiori executioni mandentur, adeoque saluberrimæ istiusmodi constitutiones, sine quibus alias incolumes superesse aut unâ vivere non poterunt, æquè à Principibus & superioribus seu Magistratibus, quàm à subditis, quorum vita ex Magistratuum vita regulatur, æquè seu pariter observentur, & probè custodiantur, nec quod semel rectè constitutum est, propter lucrũ aut commodum unius vel alterius non tam facilè abrogetur.

Quantum † enim observationem legum attinet, 20
ad eam subditi nulla re magis quàm ipsiusmet Principis seu Legislatoris vita & moribus invitantur: quam etiam ob causam Optimi quiq; Imperatores & Principes Rom. spontaneo motu sese legibus propriis à sese latis submiserunt, *l. digna vox est, 4. C. de legib. l. ex imperfecto, 23. ff. de legat. 3. l. ex imperfecto, 3. C. de testament. §. ult. Instit. quib. mod. testament. infirmant.* veluti apud Guntherum Fridericus I. de se ipso inquit:

Summus in orbe ferar, legumq; immunis & expers,
Non servire quidem cogar, sed condere jura
Fas habeam, vestris cupio disponere cuncta
Consiliis. Et iterum:
Nam nihil, ut verum fateor, magis esse decorum
Aut regale puto, quam legis jure solutum
Sponte tamen legi sese supponere Regem.

Confer Georg. Lauterbeck im Regentenbuch *part. 2. c. 9.* das ein Regent oder Fürst dem Rechten vnterworffen seyn soll / *pag. 49. & seqq.* adeoq; nihil justius & æquius est,

est,

est, quam ipsummet Principem vitæ suæ innocentia, inculpatisq; moribus subditos suos ad honestatem & legum obsequium allicere, quod vel naturalis etiam ratio suadet, *can. justum, 2. distinct. 9. & cap. cum omnes, 6. ext. de constit.* juxta illud Claudiani:

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Item:

Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse licebit,
Occurrat, mentemq; domet respectus honesti, &c.

& illud Ovidii:

Sic agitur censura & sic exempla parantur,
Cùm judex, alios quod jubet, ipse facit.

E contrario verò, quando Princeps ipsemet leges à sese latas transgreditur, vel à semita veritatis declinat & exorbitat, id non sine maximo omnium subditorum, qui ipsius vitam tanquam speculum intuentur, fit detrimento, nihilque iis aliâs etiam immorigeris tam gratum & acceptum est, quàm quando ipsemet Legislator suæ prohibitioni non obtemperat, & exinde etiam peccandi, legésq; transgrediendi licentiam sibi permissam esse arbitrantur, juxta illud *Ciceronis de legibus*, Non tantum mali est, peccare Principes (quanquam est magnū per seipsum malum) quantum illud, quod permulti etiam imitatores Principum existunt. Nam licet videre, quæcunque mutatio morum in Principibus extiterit, eandem in populo secutam. Nobilium enim vita victuque mutato, mores etiam civitatis mutari solent:

Qualis enim Rex est, talis quoq; subditus illi
Esse solet populus, studiisq; tenetur eisdem:

referente *Marcell. Palingen. Zod. vita, lib. 9.* & quemadmodum pisces à capite primū computtescunt, *ut proverbio dicitur, historiaq; dilucidatur apud Ioban. Hering. in mantiß. tract. de molendin. subject. cap. 3. num. 5. 6.* ita etiam delicta Regentum in vulgus plerunque manant, tanto casu, quanto vix celsæ possint decidere turres, juxta nostratium illud:

Je höher Berg/je tieffer Thal/
Je grösser Herr/je schwerer Fall:

cujus inter alia huc apprimè spectantia meminit Nobilissimus Hassiæ Superioris Procancellarius, Dn. D. Theodorus Reinkingk/ quem virum magnum esse,

dem gantzen Reich/vnaußsprechliche vnd vnauffhörliche Schäden zugefügt worden. Damit dann solchen Landverderblichen einreissenden vbel mit Ernst gewehret/seynd wir dessen gnädigsten erbietens/solche erzehlte/vnd alle andere vngebürliche grosse vnd kleine Sorten/durch vnsere Keyserliche Mandata von newem im heyligem Reich für Wehrschafft zu nehmen/bey den sondern bevor auffgesetzten Peenen verbieten vnd abschaffen zulassen. Doch der Gestalt/daß dieselbige nicht auß dem Reich geführt/sondern darin behalten/vnd jnnerhalb benanter sonderer Zeit/auff die gemeine angeordnete Müntzstätt/in den Kreysen/gegen den gebürlichē Wehrt abzuwechßlen/vnd zu vermüntzen gelieffert/vnd zugleich in Angesicht zerschnitten werden sollen/wie vnd welcher massen aber denselbigen bösen oder verbanten Sorten jhr gebührlicher Werth zusetzen/jnnerhalb benander Zeit einzuwechßlen zubrechen/vnd vmbzuprägen/auch gemeinem Mann seine schäden von den Müntzherrn/Müntzmeistern/vnd anderen Verursachern zugefügt/vermög Speyerischen vnd Franckfurtischen Abscheid/widerumb zuerstatten/darvon sollen die Müntzstände auff künfftigen Kreyß vnd Probationtag tractiren/handlen/vnd in deme die jüngst zu Speyer vnd Franckfurt verglichene vnd verabscheidete Mittel mit schuldigem Gehorsamb für die Hand nehmen/vnd darauff zur execution verfahren. Ex quibus omnibus apparet, quod reprobatio etiam & exterminatio monetarum improbarum, quoad ejus fieri potest, citra damnum subditorum, quas sine culpa sua receperunt, expediri debeat, uti præter alios etiam ex jure communi ostendit *Carol. Molin. d. tract. de usur. & fruct. n. 794.*

Decima tertia † causa continuati d. summi abusus monetarum fuit, quod quilibet Dominus monetales pro arbitrio suo monetæ in suis officinis fabricatæ characterem, uti & hodie, imponat. Quo ipso monetarum characteres nunc in tantum multiplicatæ sunt, ut vix à rei numariæ peritissimo etiam nunc amplius dignosci possit, sub cujus Imperatoris imperio, à quo Domino monetali, & in quo circulo moneta conflata sit. Quod itidem tam juri communi, quàm Constitutionibus Imperii repugnat, utpote in quibus pro excludenda omni fraude, & ne simpliciores circumveniantur, diserte provisum sit, quod hodie omnes monetæ Imperiales Aquilā bicipitem, insertumq; pectori Imperii globum, atque in eo precium numero cruciatorum designatum, circumscriptumque in orbe Cæsaris nomen, inde insignia Domini monetalis, ejusdemque symbolum & annum referre debeant. *Ordinat. monetar. Ferdinand. I. Imperator. de Anno* 1559. §. Wie aber vorgestalte Sorten oder stück der müntzen in jhren Zirckel/circumferentz/breyte/grosse/kleine/dem gepräg/Vmbschrifft vnnd Jahrzahl auffbereitet werden sollen/wird hieunden/bey ende dieses vnsers Edicts außtrücklich angezeigt/dardurch ein jedes Stück von dem andern vnterschiedlich zu erkennen. Vnd soll/nemblich in den obbemelten Sorten/von Grossern biß auff den eintzigen Creutzer/dieselbigen mit einzuschliessen/auff der eine seiten vnser vnd deß Reichs Keys. Adler/mit zweyen Kopffen vnd deß Reichs Apffel in deß Adlers Brust/vnd in dem selbigen allwegen die Ziffer/ 51

Ziffer / wie viel Creutzer dasselbig stück Gelt/ gesetzt werden/ darnach sich ein jeder habe zurichten / vnd der gemein einfältig Mann dardurch nicht betrogen werde/ mit der vmbschrifft. FERDINAND. IMP. AUG. P. F. decreto. Auff der ander seyten deß Müntzherrn oder Stands Wappen/mit sampt seiner gewohnlichen Vmbschrifft / vnnd der Jahrzahl / vor sie zum füglichsten zustellen. *Item in §. final. ejusd. Ordinat. monetar. de Anno* 1559. Vnd seynd die stück vnserer Keyserlichen newen Silbermüntz/hieoben zu Anfang dieser Ordnung bestimpt / mit jhren circumferentz / gepräg/ Ziffer vnd Vmbschrifften/hieunden nechst nach einander verzeichnet / quē §. proximè sequuntur characteres permistarum monetarum argentearum in Imperio. *Denaiss. de jur. Cameral. lit. M. in verb. monetar. edictum. n.* 2.

52 Quod etiam † juri divino & juri civili est consentaneum, juxta illud *Matth.* 22. *versic.* 20. Cujus est imago hæc, & superscriptio, dicunt ei Cæsaris &c. imagoque Regum & Principum monetis imprimitur, ne quid fraudis in materia, signo vel pondere committi possit: *l.* 1. *in princ. ad fin. ibi: eaq; materia forma publica percussa, ff. de contrahend. empt. junct. l.* 1. *C. de veter. numism. potestat. lib.* 11. Cassiodor. *variar. epistolar.* 7. ubi ait, ut figura vultus nostri metallis usualibus imprimatur, monetamque facis de nostris temporibus, futura secula cōmonere, ô magna inventa prudentum, ô laudabilia instituta majorum, ut & imago Principum subjectos videretur pascere per commercium. *& lib.* 7. *epistola* 32. Omnino monetæ debet integritas quæri, ubi & vultus noster imprimitur, & generalis utilitas invenitur. Quidnam erit tutum, si in nostram peccetur effigiem? *Isidor. lib.* 6. *c.* 17. *Coras. lib.* 3. *miscellan. cap.* 13. *n.* 3. Sixtin. *de regal. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 50. *&* 51. ubi ex Seubejo refert, Constantino Magno Imperatori adeò fuisse cordi, hoc regali monetali rectè uti, & providere, ne quid falsi circa monetam cōmitteretur, ut præter suam imaginem monetis etiam hominis Deum flexis genibus invocantis effigiem insculpi fecerit. *Rener. Budel. de re numar. lib.* 1. *cap* 1. *num.* 3. 4. 5. *&* 6. Carol. Molinæ. *in tract. de usur. & fructib. quæst.* 100. *num.* 793. cujus verba prægnantia ita habent: Nunc adest vox tertia (character) quod est signum publicum, sive publica authoritate impressum & autoratum, ad certificandum publicè & universaliter de probitate qualitatis & quantitatis publicè definitæ & requisitæ in numismate taliter signato & consequenter de valore publicè imposito tali numismati. Et sic forma monetæ nihil aliud est, quàm quædam testificatio veritatis & justitiæ ipsius monetæ, scilicet quod sit veræ substantiæ & justi ponderis, & princeps vel respublica imprimens characterem æque censetur hoc testificari, sicut ex publico ad hoc deputato sigillo chartæ seu diplomati apposito. Gravissimè igitur peccant principes & qualescunq;, qui de qualitate vel pondere debitis subtrahunt, & enormissimam omnium falsitatem committunt, nisi prius publicè consensu populi alia probitatis in qualitate & quantitate nota definiatur, &c. Similiter Christophor. Besold. *in thes. pract. lit. M. n.* 60. *verb.* Müntz *&c. pag.* 570. Impressio, *inquit*, in monetis ex formâ publicâ inventa est, ne ejus valor in materiâ contaminetur, & ut una ab alterâ in suo genere dignoscatur, tam ratione

tione provinciæ quam valoris &c. Item ut Principum imago aut figura numo impressa, reverentiâ quadam improbos homines ab ejusdem adulteratione deterreat; unde illi ut falsificatores puniuntur, qui alterius vel proprii Principis cuneum imitantes aliam monetam cudunt: Nec illam pœnam evitare deberent reguli quidam, qui jure cudendi per investituram acquisito abutentes, aliorum Principum imaginem aut characterem imprimi faciunt, indeque falsas & reprobas monetas cudunt & expendunt, illasq; in territorio illorum Principum, quorum monetas imitari voluerunt, introducunt: nam isti ratione hujus delicti possent ab eodem Principe, in cujus dominio similem deferunt pecuniam, puniri &c.

53 Decima quinta † causa abusus monetarum est, quod ex deterioratione intrinsecæ bonitatis & multiplicatione minutioris monetæ, quam propter plures sumptus monetales & propter specierum deterioratarum multiplicationem majorum monetarum æstimationis & valoris augmentum subsequi necesse est. *Recess. deputation. Francofurtens. de An.* 1571. §. Vnd dieweil viel Lande mit bösen Pfenningen/ 2c. *& ibi:* dardurch auch Vrsach gegeben wird zu Wucherlicher ersteigerung der grossen Sorten / 2c. *& in Recess. Imperii de Anno* 1603. §. Insonderheit aber wöllen wir. *ibi*: Nach dem mehrmals Landkündig/ daß durch das vnmässig Müntzen der geringen Sorten / als halb Batzen vnnd Pfenning die steygerung der gröbern Sorten zum allermeisten verursacht wird. *Dd. in l. cum quid. 3. ff. de reb. credit. Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 2. num. 34. 35. & 36.* hodie æstimatio monetarum non amplius certa sed incerta, adeoque in primis tempore summi abusus in arbitrio contrahentium pene posita, & non ad annos solùm, sed ad menses etiam mutabilis erat, uti communis experientia cum plerorumque damno, plusquam satis ostendebat; & adhuc ostendit. Quo ipso tanta confusio, tantaq; injustitia in Rempublicam introducta fuit, ut inprimis li creditores, quibus ex veteribus contractibus capitalia aut etiam annuæ pensiones vel reditus ad quantitatem genericam, puta in florenis, thaleris, turocensibus vel albis deberentur, propter summam minutiorum monetarum deteriorationem & inde subsecutam majorum grossarum monetarum æstimationem, quandoque tempore contractus & solutionis inter sese collatæ vix tertiam vel quartam partem suarum pensionum & annuorũ redituum, imò capitalis etiam, si modo creditum in tam injusto, immodico & incerto monetarum valore illud ipsum acceptabat, citra omnem culpam suam longè ultra dimidium etiam ultra triplum vel quadruplum à debitoribus suis læsi & circumventi fuerunt. Quòd ipsum debitoribus quoque, qui intra tempus durantis istiusmodi injustæ, immodicæ & incertæ monetarum æstimationis pecuniam à creditoribus mutuati sunt, in casum jam cassati istiusmodi monetarum abusus & reductionis earundem ad priorem & justum valorem cōtingere potest, ut nimirum diminuto jam monetarum valore, debitor talis in monetis valore diminutis hodiernis ultra duplum, triplum vel quadruplum, quàm durante istiusmodi immodico augmento accepit, reddere teneatur.

Cujus-

54 Cujusmodi † arbitraria, libera, incerta, immodica & injusta monetarum æstimatio seu valor non solum naturæ monetæ è diametro quasi adversatur, utpote quæ semper certa & perpetua esse, & per eam omnes aliæ res æstimari debeant, *l.1. in princ. ff. de contr. emption. l. numis, 3. ff. de in lit. jurand. l. si ita fidejussorem, 42. in fin. ff. de fidejussor. & mandat. Rener. Budel. de re numar. lib.2. cap.1. n.14. & n. 15.* sed etiam juri cõmuni & Constitutionibus Imperii recentioribus, secundum quas jus æstimandæ monetæ non privati arbitrii est, sed æquè ac jus cudendæ monetæ ad superiores pertinet, directè repugnat, *l. si quis numos 2. C. de fals. monet. Ordin. monetar. Ferdinand. I. Imperat.* §. Zum ersten / §. Zum andern / §. Zum dritten / §. Zum fünfften / *& seqq. Item* §. Ordnen vnd wollen hierauff / rc. *Item* §. hierauff ordnen / setzen vnd wollen wir / rc. *& §. seq. Item in Recess. Imperii de An.* 1566. §. Demnach haben wir vns mit jhnen / rc. *& §§. duobus seqq. Aristoteles lib. 5. Ethicor. cap. 5. & lib. 1. politicor. c. 6. Didac. Covarruv. de veter. numismat. collation. c. 7. num. 5. & 6. Rener. Budel. de re numar. lib. 1. cap. 16. n. 6. 7. & 8. item lib. 2. cap. 17. n. 11. & 12.*

55 Cujusmodi † immodicæ, injustæ & incertæ numorum æstimationis cum maximo Reipublicæ detrimento in Germaniam invectæ abrogatio, non minus necessaria fuit, atque ipsarummet depravatarum monetarũ exterminatio, & quod utrique remedium objectum, resque monetaria in tantum ad integrum & pristinum statum reductum sit, summopere Deo flexis genibus gratias agendum est. *Rener. Budel. de re numar. lib. 2. cap. 15. n. 21. 22. & 23.*

56 Decima Sexta † causa abusus monetarum est, frumentorum, vini, cæterorum victualium, aliarumque mercium, nec non etiam operarum, Mercatoribus, Artificibus, Rusticis aliisque venditoribus, nec non etiam operariis hodiernis depravatis moribus minus libera prorsus, injusta itidem, incerta & immodica æstimatio, qua emptores & conductores cumprimis imperiti & indigentes, nunc ultra modum circumveniuntur, eademque pauperes non minus atq; divites nimium gravantur. Cujusmodi mercium & victualium nec non etiam operarum immodicam æstimationem auctio etiam monetarum subsequi solet, *argumento l. pro imminutione, 2. C. de veter. numismat. potestat. lib. 11. junct. l. precia rerum. 63. ff. ad L. Falcid. Paul. Purpurat. in l. cum quid. 3. num. 171. ff. de reb. credit. Carol. Molina. in tractat. de usur. & fructib. quæst. 93. n. 713. in fin. versic. Tertio quia aucta vel minuta æstimatione aurei, rerum quoq; pretia proportionabiliter augentur vel minuuntur.* Quandoquidem mercatores (verba sunt perelegantia Jacobi I. Angliæ Regis *in Βασιλ. δωρ. lib. 2. pag. 100. & seq.*) non alio fine Rempublicam institutam, quàm ad ipsorum facultates augendas, fortunasq; amplificandas credunt, qui ex alienis incommodis sua comparare commoda, id licito & honesto in lucro deputant: Res necessarias à nobis exportant, quarum loco vel prorsus nihil, vel minus necessaria ad nos denuò important, vilissimas merces carissimo precio venditant. Et quanquam prædialium fructuum pro eorum vel copiâ, vel inopiâ, modò carius, modò vilius emuntur, ipsam tamen mercium precium augeri quidem indies, diminui nunquam videmus, nec minus præfractè depravatam hanc consuetudi-

nem, quàm si Pragmatica quædam sanctio foret, retinendam putant &c. Atque idem Rex Jacobus ibidem paulò post *pag.* 103. denuò inquit: Quid opifices? nonne hi etiam sua opera, sive benè, sive malè laborata, quo velint ipsi precio nobis, vel invitis obtrudent? Quos si fortè leviusculè reprehendas, Aventinũ montem statim somniant, & ad Tribunum provocant &c. Qua de causa pro hoc etiam obstaculo removendo, circa abrogandum abusum monetarum & diminutionem immodicæ earundem æstimationis, rerum quoque precia diminui oportet, *d. l. pro imminutione.* 2. *C. de vet. numismat. potestat.* alias enim summa committeretur injustitia, & ùt dici solet, unum altere vestiretur, alterum disvestiretur, *arg. cap. cum jam dudum.* 18. *ext. de præb. & dign. late & eleganter Ant. Fab. de variis numor. debit. solution. c.* 1. *pag. mihi* 27. *versic. Idq; nostris etiam temporibus &c.* Siquidem vel antiquitus etiam à Romanis annonæ ratione temporis & loci utiliter consultum, fraudibusq; circa rerum promercalium precia, pondera & mensuras committi solitis occursum, victualiumq; vendendorum certum, quandoque exigente necessitate minus etiam precium statutum, & desuper etiam certos Magistratus constitutos fuisse patet ex *l.* 1. §. *cura carnis.* 11. *ff. de offic. præf. urb. l. munerũ.* 18. §. *Hirenarcha.* 7. *ff. de muner. & honor. l.* 1. *C. de episc. audiẽt. Morla in emp. jur. part.* 1 *tit.* 9. *q.* 1. *n.* 4. *Bart. in d. l.* 1. §. *cura carnis.* 11. *ff. de offic. præf. urb. Petr. Gregor. in synt. jur. univ. lib.* 36. *c.* 30. *n.* 4. *& seqq. & lib.* 47. *c.* 31. *n.* 10. *& seqq.*

57 Atque † hinc in Germania & exteris regnis etiam compertum est, quòd Domini monetales, penes quos jus est cudendæ & imponendæ æstimationis monetæ, una cum edictis suis monetariis, simul etiam ordinationes politicas emiserunt, ut quibus mercium inprimis frumẽtorum, aliorumque victualium, nec non etiam artificum, operariorum & vectorum, certum & justum precium constituerunt, quod ad inhibendam immodicam circumscriptionem in istiusmodi rebus ad quotidianum victum necessariis, omnino utile & necessarium est, imò etiam Magistratus officio incumbit, *d. l.* 1. §. *cura carnis.* 11 *ff. de offic. præf. urb. l. civitatum,* 7. *in pr. C. ut nemin. liceat in empt. specier. sese excusar. l.* 1. *C. de episc. audient. l. muner.* 8. §. *Hirenarcha.* 7. *ff. de muner. & honor. Recess. Imperii de Anno* 1555. §. Nach dem auch in gemelter Policey ordnung der Arbeiter/Taglöhner/ Wirdschafften ꝛc. *& inprimis etiam in Ord. polit. Francof. de An.* 1577 *tit.* 15. Von etlichen Articuln/darinn den Oberkeiten ordnung fürzunehmen befohlen wird/ ubi in fine illius tituli sub pæna etiam marcarum auri hujusmodi deceptionibus occurrere injungitur, *item tit.* 18. *tit.* 19. *tit.* 20. 21. 22. 23. 24. 25. 30. 34. 37. in quibus textibus istiusmodi defraudationum plures sub certis pænis prohibentur, & in Imperio Romano probeque constitutis rebuspublicis prorsus exulare jubentur. *Mynsing. cent.* 5. *observ.* 27. *Iohan. Koppen decision.* 44. *n.* 11. 12. *& seqq. Gometz. lib.* 2. *variar. resolut. cap.* 2. *num.* 51. *Schneidw. ad* §. *fin. num.* 8. *Instit. de emption. & vendition. Harprecht. ad eund. tit. Inst. de empt. & vendit. num.* 110. *&* 111. *&* 112. *& in tract. crim.* §. 11. *n.* 22. *& seqq. num.* 100. 111. *&* 112. *& ad tit. Instit. de public. judic.* §. *sunt præterea.* 11. *nu.* 22. *& seqq.* Cujusmodi taxæ si contrahentes non paruerint, indignationem sui superioris seu mandantis, nec

tis, nec non etiam pœnam in Statuto præfinitam, aut si ea præfinita non sit, arbitrariam incurrunt, *argumento l. divus Severus, 4. ff. de extraordin. criminib. Schneidw. ad d. §. fin. Inst. de emption. & vendition. nu. 8. Menoch. lib. 2. arbitrar. judicior. cas. 365.* Quomodo etiam Jacobus I. Magnus Britanniæ Rex *in Βασιλ. δωρ. lib. 2. pag. 102.* filio suo primogenito Henrico sapienter præscripsit: Singulis autem, *inquiens*, annis omnibus rebus certum precium statuas, pro ratâ parte, quâ in aliis regionibus venundari solent: moderato autem semel precio stabilito, si nostri mercatores hisce conditionibus ad nos advehere recusent, exteros provoces, qui liberè etiam non soluto portorio ea ad nos perferant.

58 Decima Septima † abusus monetarum etiam causa est, inextricabilium & variarum litium ex multiplici monetarum depravatione & corruptione exorta multiplicatio, quibus non tam judicum subsellia, quam JCtorum pulpita hodie in tantum fatigantur, & in dies magis magisque multiplicantur, adeoque ex insolita hac & antehac inaudita monetarum mutatione & depravatione tot novi etiam insoliti & inauditi casus cumprimis circa solutionem sortis & usurarum, ad obligationes super quantitate aliqua generica puta thaleris vel florenis usualibus antehac, cum monetarum æstimatio duplo vel triplo, uti tempore summi abusus, minor esset, imò pluribus in locis & jam pene in omnibus ad minorem veterem iterum reductus est, utrum creditor in immodico valore tempore summi abusus monetarum sortem & pensiones recipere obstrictus fuerit, aut si tempore abusus monetarum, certam florenorum summâ in immodico valore accepit, an eandem reductis nunc monetis ad minorem & justum valorem sine ulla deductione in hodiernis probis monetis justoque earundem valore reddere teneatur, cum pluribus aliis controversis quæstionibus monetalibus emergunt, ut vel peritissimus etiam dubitet, & quid secundùm jura pronunciandū sit. Cujusmodi litium & controversiarum multitudo cum in jure nostro odiosa sit, *l. quidam existimaverunt, 25. in fin. ff. de reb. credit. cap. finem litibus 5. ext. de dol. & contumac. Wesenbec. consil. 23. num. 39. vol. 1. Pruckmann. consil. 2. num. 145. & consil. 3. num. 29. vol. 1.* ex utilitate etiam Imperii foret, hujusmodi dubias & inextricabiles quæstiones pro evitandis pluribus litibus & fraudibus pecuniariis ab Imperatore & Statibus Imperii pariformiter & certò definiri, & desuper secundum æquum & bonum citra læsionem immodicam juris alterius, certi quid constitui, quod omnes in consimilibus istiusmodi casibus ex lege Imperii universalis sequi tenerentur, siquidem aliâs etiam legibus dubiis & incertis extantibus, ipsemet Legislator adeundus est, ut certum quid definiat, & interpretationem suam vim legis obtinentem inter jus & æquitatem interponat. *l. 1. l. ult. C. de legib. l. & ideo. 11. ff. eod. tit. l. sed hic. 2. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel curat. sunt. Garsias de expens. & melioration. c. 9. n. 68. & seqq.*

Decima Octava ‡ causa depravationis & immodici abusus monetarum est, quod probationum diætæ seu conventus pro batorii justo tempore non habeantur, quandoque prorsus etiam negligantur, monetæ etiam in quolibet circulo non sat accuratè proben- 59

tur & examinentur. Quo factum est, ut multi Status monetales citra probationem circuli sui peculiarem officinã monetariam in suo territorio erigant, monetas improbas & in Imperio nõ approbatas sui commodi causa percutiant, & pro suo lubitu & arbitrato libero cauponationẽ monetariam prorsus injustam, jure divino, naturali, civili & canonico, nec non etiam pragmaticis Imperii Romani sanctionibus vetitum exerceant. Cujusmodi cauponationi monetariæ fraudulentæ & injustæ, in saluberrimis Imperii Constitutionibus diætæ probationum sunt oppositæ, ut nimirũ in quovis Romani Imperii circulo quotannis Calend. Maji nimirũ & Calend. Octob. duo exploratorii conventus habeantur, in quibus quorumlibet Statuum monetaliũ Consiliarii cujuslibet ad minimum unus rei numariæ peritus, & ad id munus peculiariter deputatus, unà cum generali & jurato Zygostata seu ponderatore cujuslibet circuli conveniant, ad videndum cujuslibet Status monetalis, penes quem eo tempore juris monetalis exercitium est, Zygostatas comparare, suas pyxides probatorias probè clausas offerre, easdem à deputatis Statuum eorum, qui tres claves in custodia sua obtinent, probè reserari, monetas probatas debito ordine eximi, probari & consignari, ut deinceps easdem probare vel improbare, omniaq; nomine Dominorum suorum expedire possint, quæ in Constitutionibus Imperii in istiusmodi probationum diætis pro conservanda proba moneta in Imperio & cassandis monetis improbis constituta & ordinata sunt. *Ordin. monetar. Ferdin. I. Imper. de Anno* 1559. §. Vnd damit diese unsere & §. *seq.* Wir wollen auch rc. *Item Ord. prob. Ferd. I. Imp. de An.* 1559 *per tot. inprimis* §. 7. & 8. *itẽ* §. 27. & 28. *qui ita habent:* Jtem es sol auch ein jeglicher Stand der nachbenanten Kreysen / so zu müntz Freyheit hat / einẽ oder zween seiner Rähtẽ / die der Müntz so viel möglich verständig sein / rc. *usq; ad* §. 9. Es sollen auch Rähte rc. *Item Receß. Imperii de Anno* 1566. *in quo hunc in modum dispositum est:* Wiewol dann auch vnter andern in mehr berührtẽ Müntz Edict oder Ordnung / stattlich vnd wolbedachtlich / auch nohtwendig versehen / daß jedes Jahrs in den Reichs Kreysen zween Probationtag / einer auff den ersten Maji / der ander den 1. Octob. gehalten werden sollen / vnd aber diesem nicht allenthalben nachkommen / dardurch den verfälschern der Müntzen desto mehr raum gegeben / dem gemeinen Nutzen nachtheiligen Schaden zu zufügen: So setzen / ordnen vnd wollen wir / daß die außschreibende Chur- vnd Fürsten hinfüro die Probationtag zu bestimbter Zeit außschreiben sollen. Da aber einer oder mehr mit Kreyßverwanter / so mit Müntzfreyheit begabet / auff solch schreibẽ vnd erfordern nicht erscheinen würden / so sollen nicht destoweniger die Gehorsame Erschienene in sachen der Probation furtfahren / vnd dann in Vngehorsam eines oder mehr / der beschriebenen vnd nicht erscheinenden Müntzstände / alles deß Kreyß auffgewenden Vnkostens ein verzeichnus den Keys. Fiscal zuschicken / dem hiemit befohlen sein soll / zu Einbringung desselbigen / reichlich zu procediren / vnd soll derselbig einbrachte Vnkosten / deß Kreyß Churfürsten / Fürsten vñ anderen Müntzenden Ständen gefolgt / vnnd vnter sie außgetheilt werden. Vnd ob gleich dieselbige

selbige Churfürsten vnd Stände solchen Vnkosten nicht begehren würden / so soll nicht destoweniger derselb eingebracht / vñ vnserm Fisco durch den Fiscal zuverrechnen heimgefallen seyn. *Item in Receß. Imperii de Anno* 1570. *in quo ita cautu reperitur*: Sintemal auch zu Handhabung vnserer Müntzordnung kein besser Mittel / als da die gebottene beyde Probationtäge / jedes Jahrs am ersten Maji / vnd am ersten Octobris / in den Kreysen steiff gehalten / vnd aber in diesem bey etlichen Kreysen grosser Mangel / ja auch ein lange Weil keine Probationtäge fürgenommen worden / dardurch die gute Müntzen an sich gebracht / zerschnitten / vnnd böse geringere Sorten darauß gemacht / vnnd also jederman grosser vnmäßlicher Schaden zugefügt / wie noch heutiges Tags beschicht. Als wollen wir nachmalen einem jeden Kreyß / vnnd darinn gesessenen Müntzgenossen / hiemit gebotten vnd befohlen / jedes Jahrs / beyde in vnserm Edict angesetzte Probationtäge / wie sich gebüret / mit sonderm Fleiß zubesuchen / vnter einander darüber (in Erwegung gemeynem Nutzen im H. Reich daran so viel gelegen) gute Correspondentz zuhalten / sonderlich zu abschaffung alles deß jenigen / so vnserm Müntzedict / Ordnung vnnd Abschieden zuentgegen fürgenommen wird. Da aber in diesem abermal bey einem oder mehr Kreysen oder Müntzständen Nachlässigkeit gespüret / sollen die nechst angesessene Kreyß / Fürsten vnd Stände / dasselbig vns vnverzüglich zuerkennen gebẽ / darauff wir ernstliches Einsehens mit suspension, oder sonsten nach Gelegenheit zuthun / darneben einem jeden zugebieten / die angesetzte Probationtage / ohn alles Verziehen / ins Werck zurichten / oder aber daß sie ipso facto ohn weiter Erklärung aller jhrer Müntzgerechtigkeiten verlustig seyn sollen. Was auch immittels in solchen säumigen Kreysen gemüntzt / darüber sollen die nechst anstossende Kreyß Fürsten vnnd Müntzgenossen / als vnsere verordnete Commissarien / gebürliche Probierung / mit Fürbescheidung dessen / so gemüntzt / in dem auch derselb bey Peen der Privirung ipso facto dahin erscheinen / vnnd die Probation fürgehen lassen soll / fürnehmen. *Item in Receß. Imperii de Anno* 1603. *in quo hunc in modum constitutũ est.* Insonderheit aber wollen wir alle deß heyligen Reichs erinnert / vnd jhnen hiemit anbefohlen haben / Nachdem mehr als Landkündig / daß durch das vnmässig Müntzen der geringen Sorten / als halb Batzen vnd Pfenning / die Steygerung der gröbern Sorten zum allermeistẽ verursacht wird / vnnd bey dieser Reichsversamblung vorkommen / daß an etlichen Orten / bevorab im Ober Rheinischen Kreyß Müntzstände gefunden werden / welche zu zwentzig vñ mehr Müntzgesellen / allein zu fertigung solcher geringen / vñ gleichwol der Müntz-Ordnung gar vngleichmässigen Sorten / (als daran sich in gemeyn / zwantzig / drey vnd zwantzig / vier vnd zwantzig / sechs vnd zwantzig / vnnd mehr Gülden / pro cento, Verlust befindet) vnter halber / daß sie mit allem Ernst daran seyn sollen / dieselbige jedes Kreyß angehörige Stände von solchen ohne das in vorigen Abschieden verbottenen halben Batzen / vnnd vbermässigen Pfenning / oder anderer geringer Sorten / Müntzen / entweder gantz vnnd gar abzumahnen / oder da man ja deß gemeynen Manns halben der geringẽ Sor-

ten / als Pfenning nicht gar in Mangel stehen könde / alsdann ein jedes müntzenden Kreyß / Stands / Wardein vnd Müntzmeister bey den gewöhnlichen Probation-Tägen ein gewisse / doch mässige Anzahl Marcken / wie viel man von einem Probationtag zu dem andern solcher geringen Sorten (doch daß sie der Müntzordnung gemäß sind) passiren sollen / nahmhafft machen / vnd darüber keinen Stand oder dessen Wardein vnd Müntzmeistern das wenigst nachsehen / sondern im Fall sich hernach bey Eröffnung der Probir- vnnd Müntzbüchsen (die sie zu den gewöhnlichen Probationtägen vnverbleiblich einzubringen / angewiesen werden sollen) befinden würde / das vber die benandte Anzahl weiter geschritten / oder auch sonsten deß Reichs Constitution in andere Weg zuwider gehandelt worden / alsdann gegen denselbigen Müntzmeistern vnnd Müntzgesellen mit Leibs vnd Lebens / vnd andern in angedeuten deß Reichs Constitutionibus begriffenen Straffen / nach gestalt eines jeden Vberfahrung / vnnachlässig vnd ernstlich procediren vnd verfahren sollen / *Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 7. num. 103. 104. & 146. Petr. Denais. de jur. Camer. lit. M. in verb. monetarium edictum, num. 30. & num. 35. latius Rener. Budel. de re numar. cap. 26. per tot. lib.* 1. Atque ejusmodi quidem personas, quæ vigore jam recensitarum Imp. Constitutionum singulis annis bis in quolibet circulo probationum diætis deputantur, crediderim in veterum Trium-virorum monetalium, de quibus *in l. necessarium, 2. §. deinde cum esset necessarius, ibiq; Nav. in remiss. Coras. num. 11. & seqq. & Dd. alii in comment. ff. de O. I. Aleman. in palæstr. consult. 8. quæst. princip. 10. pag.* 841. locum esse suffectos: Et ita etiam Jacobus I. Angliæ Rex *in Βασιλ. Δωρ. sive Regiâ Institut. ad Henric. Princip. primogen. fil. suum, lib. 2. pag. 101. vers. hisce malis, ut occurramus.* Tria verò (*inquit*) tibi præcipuè tenenda sunt, gnavos & probos, sed numero pauciores constituas Inquisitores, quasi *Triumviros monetales:* Nam quod plures faciunt, plures negligunt: tum fidum & diligentem tibi adsciscas Fiscalem, qui ab illis rationem exposcat, &c.

Decima nona † causa diuturni abusus monetarum & depravationis earundem est, multiplicatio edictorum monetalium, adeoque singulis penè semestribus tempore summi abusus in iisdem immodicæ æstimationis facta indulgentia, & nonnullarum tantum novarum falsarum monetarum facta prohibitio, quo ipso nō solùm vetera saluberrima edicta monetaria magis magisq; vilescunt, & oblivioni mandantur, sed etiam cauponibus monetalibus altero semestri sua delicta monetalia, & cauponationes monetarias continuandi, probis monetis ulteriorem adhuc valorem conciliandi, & in fraudē proximè antecedentis edicti monetarii alias falsas monetas alterius characteris fabricandi & introducendi, unde falsæ monetarum species tot introducuntur, ut tandem non amplius omnes in specie prohiberi, earumq; character edictis monetariis imponi possit. Quod itidem tam juri communi, quàm saluberrimis Imperii Constitutionibus directò repugnat, quæ volunt, quod leges non facilè mutari, imò si corrigendæ sint, in minimò tamen emendari, quoad cætera autem in vigore suo conservari, & debitæ executioni mandari debeant; uti 66

ex su-

ex superius traditis latius, *num.* 22. 23. & 28. *constat*. Qua de causa pro abrogando hujusmodi abusu satius foret imposterum vetera edicta monetaria tantum executioni mandari, aut in novis edictis monetariis repeti & conservari, & cum falsarum monetarum, & characteris earundem diversitas, nunc numerus penè infinitus sit, qui à simplicioribus vix intelligi, nedum observari possit, satius etiam & consultius fore arbitror, imposterum in edictis monetariis species tantũ in Imperio Romano & circulis ejusdem approbatas & receptas cum characteribus suis exprimere, & reliquas omnes, quæ talis imaginis non sunt, prohibere, & ab omnibus commerciis excludere, cum cognitis probis, permissis & paucioribus monetis, quænam improbæ falsæ, & in Imperio receptæ non sint, protinus etiam intelligatur, juxta vulgatum illud: Contrariorum una eademq; est disciplina, eorumq; uno cognito cognoscitur & alterum, & ad remotionẽ unius sequitur positio alterius, & contra ad positionẽ unius sequitur remotio alterius, *argum. l. hac verba ille, 124. ff. de verb. signif. l. sed si pupillus, 11. §. si institoria, 7. ff. de act. institor. l. 1. C. de furt. can. cum renunciatur, 9. caus. 32. quæst. 1. Aristot. lib. 2. topicor. Covarruv. ad cap. possessor, 2. de reg. jur. in 6to, tom. 1.*

61 Vigesima † causa abusus rei monetariæ, multifariæq; depravationis immodicæ æstimationis numorum, & inextricabilis, vetitæq; cauponationis monetariæ est, quòd adversus violatores tanti Regalis monetalis, jam multo tempore pœnæ in jure Justinianeo & Constitutionibus Imperii definitæ, & in sequenti quarta sectione exponendæ, debito modo executioni non mandatæ, sed nunc magno cum totius populi detrimento, Reipublicæ damno intermissæ fuerint. Optimè Jacobus I. Angliæ Rex, *Βασιλ. Δῶρ. lib.* 2. Hisce (*inquit*) malis (*puta, quæ ex confusione rei monetariæ oriuntur*) ut occurramus, ad executionem earum legum recurrendum est, quæ contra istos abusus à me sunt sancitæ, &c. Quod ipsum nõ tam juri communi, quàm ipsismet etiã Constitutionibus Imperii, quales legum & pœnarum executionem requirunt, directò adversatur. Leges enim huncin finẽ proditæ sunt, ut appetitus noxius istiusmodi regulis constringatur, per quam genus humanum honestè vivat, alterũm non lædat, & jus suum cuique tribuat, informatur, *§. juris præcepta, 3. Instit. de justit. & jur. §. Rex pacificus, in proœm. decretal. & ibidem etiam Bald. num. 2. junct. can. 1. & can. factæ sunt autem leges, distinct. 4. & cap. 1. de homicid. in 6to. l. 1. ff. de just. & jur. l. 1. ff. ad L. Iul. repetund. l. quoniam, 7. C. ad L. Favian. de Plagiar.* Et nihil salutarius & melius excogitari potest, quo homines facilius in officio contineantur, quàm præmiis & pœnis, *arg. l. & virtutum, ult. C. de stat. & imagin.* Gell. *lib.* 20. *noct. Atticar. cap.* 1. ubi præclarè scribit: acerbitatem plerunque ulciscendi maleficii, benè atq; cautè vivendi occasionem esse, *Wesenbec. in paratitl. ff. de justit. & jur. num.* 11. Et tamdiu † Reipublicæ 62 vigere censentur, quamdiu bonæ leges in iisdem observantur, & executioni mandantur, alias lex sine executione, est instar campanæ sine pistillo, *Bodin. lib. 3. de Republ. cap. 1. Melchior Iunius politic. quæst. 6. Besold. lib. 2. de Republ. cap. 2. §. 1. num. 1. Daniel Moller. ad constitut. Saxon. Elect. August. 32. n. 2. part. 1. Wilhelm. Antonii de rescript. morator. conclus. 51. n. 66.*

Quæ

63 Quæ tamen † omnia non eo sensu accipi velim, quasi abrogato abusu monetarum in totum, & reductis salutaribus edictis monetariis in usum omnes dominos monetales, qui superioribus temporibus in tanto rei monetariæ abusu & calamitosis hisce temporibus adversus eadem commiserunt, nunc demum puniri debeant, illud enim citra majorem Reipublicæ confusionem, & propter transgredientium multitudinem vix fieri poterit, sed quod abrogatis pristinis abusibus iisdemq; perpetua oblivione sepultis imposterum jus publicum de re monetaria proditum sanctè & inviolabiliter custodiri, & Regale monetarium pariformiter secundùm edicta Imperialia ab omnibus exerceri debeat. Delinquendi enim frequentia & consuetudo, antequam abrogata sit, non mitigationem solùm, sed multoties etiam omnimodam remissionem pœnæ operari solet, *gloss. in cap. cum venerabilis, 7. in verb. migrasse, ext. de consuetud. Tiraquell. in tract. de pœn. temperand. caus. 42. per tot. Immol. in cap. clerici, 15. ext. de vit. & honest. cleric.* & quando plures deliquerunt, severitati detrahendum est, juxta illud vulgatum:

Ob populum multum crimen pertransit inultum.

l. aut facta, 16. §. nonnunquam, ult. ff. de pœn. l. penult. ff. ad L. Cornel. de sicar. can. deniq;, 6. distinct. 4. Tiraquell. de pœn. temperand. caus. 47. Andr. Gail. lib. 2. de pac. publ. cap. 9. nu. 37. Camill. Gallin. in tract. de verbor. signif. lib. 10. c. 19. Quod tantò magis in tam eximiis personis, Statibus nimirum Imperii processerit, quales cum laudatissimis muneribus suis non solùm optimè de Imperio Romano meriti, & præ mediatis personis magis conspicui & commendati sunt, cumprimis verò injuria & clade horum temporum, & frequentia aliorum ad istiusmodi compendia permoti sunt, *arg. l. non omnes, 5. in princ. ff. de re militar. Tiraquell. d. tract. de pœn. temperand. caus. 51. nu. 1. & seqq.*

Ex quibus † omnibus apparet, prædictos & longè adhuc plures ad hosce facilè reducendos rei monetariæ abusus inextricabiles & pernitiosissimos, nulla alia ex causa provenisse, quàm quod hactenus leges & Constitutiones Imperii saluberrimæ, & de re monetaria proditæ non observatæ, debitæq; executioni quoad præmia & pœnas mandatæ fuerint, attestante idipsum Imperatore Maximiliano II. *in Recess. Imperii de Anno* 1570. hisce verbis prægnantibus: Dieweil dann nunmehr vor Augen / was grosse vnauffhörliche Schäden jederman / hohen vnnd niedern Stands / allbereit nur daher zugefügt / daß man nicht in allen Kreysen / obangeregter Müntzordnung vnd Edict gefolget / ja es auch gewißlich an dem / wo kein eylend ernstlich Einsehen beschehen soll / daß man im H. Reich Teutscher Nation / an statt der guten probirten Reichs-Müntzen nichts anders / als böse frembde verfälschte Müntzsorten sehen vnd haben muß / welches dann auch nicht die geringste Vrsach der beharrlichen Steygerung in allen Victualien vnd Commercien / & *in Recess. Imperii de Anno* 1576. §. Nachdem dasselbig Müntzedict mit seinen Verbesserungen / nicht allein Ehrbar vnd recht / sondern auch zuerhaltung Gleichmässigkeit in den Commercien / vnd zuabstellung aller vervortheilung vnd wucherlichem Gesuchs bey den Müntzen / im außgeben vnd einnehmen / hochnützlich vnnd nöhtig zuhalten / 64

halten / auch wol ins Werck / da nur mit rechtem Ernst darzu gethan / allenthalben ins Reich zubringen / daß es darumb darbey in allen vnd jeden verliebten Puncten / durchauß zubleiben / so lassen wir vns daßselbig gemeyn Bedencken auch nachmals gnädiglich wolgefallen. Qua de causa pro arrogando & radicitus tollendo tam diuturno inextricabili & perniciosissimo rei numariæ abusu, injustissimaq; cauponatione monetaria, qua tota Germania afflicta, & adhuc affligitur, magistratus & sub diti cum commodo tantum pravorum Consultorum, perjurorum monetariorum, fraudulentorum numulariorum, perversissimorum Judæorum, aliaque levissima hominum fece premuntur, nullum salutarius & expeditius remediũ fuerit, quàm istiusmodi salutares magnaque solertia collectas & sancitas Constitutiones Imperii, quales per abusum istũ minimè tolli potuerunt, non amplius pati esse elusorias, *argum. l. si quis patremfamiliâs, 3. §. is autem, 3. ff. ad SC. Macedon. l. qui testamentum, 27. in fin. ff. de probat. l. cum quis decedens, 37. §. Titia, 6. ff. de legat. 3. Andr. Gail.*
65 *lib. 2. observ. 40. nu. 1. in fin.* Sed easdem † adversus violatores earundem debitæ executioni mandari, cùm parum sit, jura condere, nisi sit, qui eadem tueatur, & executioni mandet, *cap. periculum, 3. §. præterea, de elect. in sexto, & in cap. unic. §. & quoniam, de stat. regular. eod. lib. junct. l. necessarium, 2. §. post originem, 13. ff. de orig. jur. Recess. Imperii de Anno* 1576. §. Wann aber wenig nutzet / gute Satzungen zu machen / da keine steiffe Handhabung darbey durch die Obrigkeit gebraucht wird / &c. *Rener. Budel. de re numar. lib. 1. cap. 16. num. 6. & cap. 21. nu. 50.* Cumprimis verò Constitutiones Imperii paratam executionẽ habere debeant, *argum. l. si se non obtulit, 4. §. si ex conventione, 4. ff. de re judicat. Andr. Gail. lib. 2. de pac. public. cap. 17. num. 30.* & tanto † depravationis, 66
corruptionis & cauponationis monetariæ malo, quod, proh dolor, in Romano Imperio per tolerantiam istam tam altas radices egit, justo aliquo remedio reducendo, nimirum publicatas hactenus Constitutiones Imperii, ad debitam observantiam, easdemq;, ubi opus fuerit, corrigendo & supplendo, tempore nimium longè effluxo occurrere, cùm semper satius sit, in tempore occurrere, quàm post exitum vindicare, *l. 1. C. quand. liceat unicuiq; sese sine judic. vindic.* & jura intacta servare, quam post vulneratam causam remedium quærere, *l. fin. C. in quib. caus. in integr. restitut. necess. non est*, & juxta illud Ovidii *de remed. Amor.*

Principiis obsta, serò medicina paratur,
Cùm mala per longas invaluêre moras,
Helleborum frustrà, cum jam cutis ægra tumescit,
Poscentes vide as, venienti occurrite morbo.

Wilhelm. Antonii de rescript. morator. conclus. 49. nu. 28. quod ipsum etiam Rudolphus II. Imperator Romanus *in Recess. deputat. de Anno* 1603. §. Nach dem auch vor dem vierdten Puncten / *in fin.* seqq. verbis sollicitè providendum monuit, *ibi*: Sonders Fleiß zuerinnern / wie hochnohtwendig es seye / diesem beschwerlichen Werck (dessen Wichtigkeit / vnd da jhme nicht Raht gefunden / hohe Gefahr allen Ständen mehr / als gnugsamb bekandt / vnd vor vielen ansehentlichen Kreissen deß Reichs / vns zum offtermalen fürgebracht worden) derenmaleins abzuhelffen / vnnd nicht zuzusehen / daß sich solche Vnordnung so weit verlauffen thue / daß man derselben hernach zu der Stände selbst / jhrer Vnderthanen vnd männiglich vnwiderbringlichen Schaden vnnd Nachtheil / entweder gar

nicht / oder mit höchster Beschwerung steweren können/ꝛc.

67 Cujusmodi † consultationi super reducenda observantia Recessuum Imperii, de re numaria proditorum, eorundemq; propter mutata hodierna tempora, & in iisdem etiam mutatas circumstantias rerum & personarum, emendatione & suppletione, ut habita ratione sumptuum monetalium, æstimationis metallorum, aliarumq; mercium ex forte subitanea & immodica monetarum mutatione, Respublica semel & uno actu nimiũ patiatur, & tam divites, quàm pauperes subitò & ultra modum uno quasi actu opprimantur, prædictus Imperator Rudolphus II. in memorato Recessu Imperii de Anno 1603. adhibendos censuit, Statuum Imperii nõ solùm Consiliarios seu JCtos propter sanctionem legum, & directionem totius negotii necessariò adsciscendos, sed etiam tam rei numariæ, quàm fodinarum metallicarum peritos, quibus nunc propter insigniter multiplicatum abusum monetarum injusti & immodici earundem valoris, eumq; subsecutæ immodicæ æstimationis mercium, rerum mercalium & mercium petitos, etiam accensendos opinarer, ut conjunctim de remedio, quo tantus rei numariæ & negotiationum abusus, & exinde Imperio Romano illatum detrimentum averti possit, deliberent, & suum consilium & conclusum Imperatori Romano transmittant, quod post ulteriorem deliberationem & approbationem in Imperio Romano tandẽ pro pragmatica Imperii sanctione publicari possit. *Verba Recessus illius ita habent:* Worauff wir alsdann mit seiner L. versiegen wollen / daß sie einen gewissen Tag allen zehen Kreysen / zuvorderst den sämptlichen Churfürsten deß H. Römischen Reichs an gelegene Ort vnnd Walstatt außschreiben / darzu wir vnsere Keyserliche Commissarios auch verordnen / vnnd die Notthurfft proponiren lassen wollen/ Dergestalt daß daselbst nach solcher vorgangener Communication/ aller Kreyß Bedencken durch derselben vornehme Abgeordnete dieser Sachen nothwendigkeit wol bedacht werden möchte / In dem wir vns auff der Stände gutachten / dem Werck auch nicht vndienstlich befinden/ in solchem Außschreiben / bey allen Kreysen so viel angedeutet würde / daß die jenige Stände in einem jeden Kreyß / so Bergwerck haben / vnd also nit erfahrnen / qualificirten Müntz- vnnd Bergwercks verständigen Personen / vor andern gefast vnd versehen / hierunder zu Raht gezogen/ auch so viel die Gelegenheit jedes Kreyses erdulden mag / dieselbige neben andern Müntzwesens- verständigen / vnnd aller Kreyß bestelten gemeynen Wardeinen/ auff den von der Ertzbischoffen vnd Churfürsten zu Meintz L. bestimpten Tag verordnet werden mögen. Darbey sonderlich jetztgemelte Kreyß Wardein / die bey solcher von etlichen Jahren hero verlauffener Ordnung / in das Reich gebrachte/ vnd noch gegenwärtige im Reich selbst außkommene / auch inzwischen solches Tages noch ferner erfolgende In- vnnd außländische vngerechte vnnd vngültige Müntz-Sorten/ sampt jhren proben vnnd darbey befundenen Mängeln auffzuweisen vnnd zu referiren hetten / damit also mit desto mehrer Ersprießlichkeit das jenige gehandelt vnd berahtschlagt werden köndte/ was

zu handhabung der vor so stattlich bedachten/vnd in deß Reichs publicirten Müntz-Ordnung/vnd sonsten die Nohtturfft erfordern würd. Damit aber das jenige/so bey solcher zusammenordnung aller zehen Kreyß bedacht/zu desto mehrerm Bestand vnd Kräfften befördert werde/wollen wir/ so bald vns solch Bedencken / vnnd in gemeyn verfaster Beschluß zugefertiget wird / dasselbig zu nechst darauff vorstehender Reichs-oder Deputationsversamlung der Stände/ oder wann derē keine/so nahend anstünde / einer anderer Zusammenkunfft / die wir an bequeme Ort / die allen Kreysen am angelegenstē seyn köndten/bestimmen möchten / denen dahin verordnetē Rähten/Bottschafften vnd Gesandten zufertigen vnd approbiren lassen/ die alsdann solches Gutachten ferner erwegen/vnd nach gänzlicher Vergleichūg vnnd Approbation für einen beständigen Reichsschluß in das Reich zu publiciren/ mit einander schliessen sollen.

SECTIO QVARTA,
Quæstionis secundæ, Classis Quintæ,

DE POENIS DELICTOrum monetariorum.

SUMMARIA.

1 *Summaria hujus sectionis quartæ divisio.*

2 *Imperatores, Reges & Principes superiorem non recognoscentes in cudendo monetam non debitæ ligæ seu pedis, ut videlicet illa extra modicas impensas monetales non tantùm valeat in rudi massa, quantum in signata, in rem monetariam committunt.*

3 *Quilibet Princeps superiorem non agnoscens monetam justi ponderis diminui, & diminutam postea, quasi non diminuta esset, expendi mandans, de jure gentium in leges monetales peccat.*

4 *Princeps superiorem non recognoscens, qui probæ monetæ viliorem valorem constituit, eandem in æquali pretio cum debilioribus monetis expendi mandat, monetam defraudare dicitur.*

5 *Princeps superiorem non agnoscens, probam monetam sui commodi causa in aliam debiliorem convertendo, & conversæ debiliori æquivalentem valorem, qualem proba ante conversionem obtinuit, imponendo, in jura monetaria delinquere censetur.*

6 *Quilibet superior alium superiorem non recognoscens, monetam diminuere censetur, quando grossas monetas colligi, easdemq; sui quæstus causa in minutas debiliores converti facit.*

7 *Princeps superiorem non agnoscens damnum ex monetarum depravatione ab ipso subditis illatum non refundens, nec pœnitentiam agens, æternæ damnationis reus fit.*

8 *Quilibet dominus seu Status monetalis Regali monetario abutens, eo ipso privatur.*

9 *Omni Statui monetali proprias metalli fodinas non habenti sine consensu Imperatoris peculiarem officinam monetariam in suo territorio sub pœna indignationis Cæsareæ & amißionis Regalis monetarii erigere est inhibitum.*

10 *Status monetalis contra Regale monetariū committit, si illud ipsum non ad salutem Imperii, sed ad suum lucrum alii per qualemcunq; contractum cedit.*

11 *Status monetalis ob probarum monetarum conquisitionem, earumq; conquisitarum in deteriores formas conversionē, jure monetali privatur.*

12 *Delinquunt & domini monetales in Regale hoc, quando contra ligam & pedem Imperialem à monetariis suis monetas, & in intrinseca bonitate etiam labefactatas percuti faciunt vel permittunt.*

13 *Transgressio Statuum monetalium etiam in hoc vertitur, quando per Iudæos & numularios aliorum Statuum grossas monetas probas colligunt, collectasq; in improbas & falsas convertunt.*

14 *Status monetales in hoc etiam violant jus monetale, si ultra concessas approbatas in Imperio definitas species alias non approbatas percuti, easdemq; in commerciis invehi curant.*

15 *Statuum monetalium transgressio etiam circa monetariarum fraudum participationem, & non in depravationis administros & numularios acrem vindictam versatur.*

16 *Status monetales in jus Regale etiam committunt, si vocati ad conventus probatorios, nec per se, nec per suos consiliarios comparuerint.*

17 *Monetarius quispiam jus monetale à domino monetali certa mercede locans, contra jura monetalia delinquit.*

18 *Monetarius, qui sese ad conflandas monetas edictis monetariis Imperialibus non conformes constitui patitur, gravissimè peccat.*

19 *Gravissimum etiam monetariorum delictũ est, si ex conversis seu probis grossis monetis labefactatis monetas minutas ultra numerum in Imperio concessum percutiunt.*

20 *Zygostates, qui monetam auream in officinâ probatoria liga Imperiali non conformem deprehendit, at nihilominus eam admisit, & non protinus dissecuit, & ad supplendũ defectum præfecto monetali restituit, graviter contra probationem monetariam delinquit.*

21 *Monetarius quippiam suarum monetarum inprimis minutarum in scamno probationem recusans pœna infamia notatur.*

12 Quod idem † etiam in Recessibus Imperii recentioribus ita dispositum est, ut nimirum quilibet crimina monetaria, quorum conscius est, primò magistratui suo, aut si is ultionem negligat, circulo, in quo crimen commissum est, vel circulo non vindicante, Fiscali Cameræ Imperialis sub pœna duarum marcarum auri, ex una tertia denunciatori occultatoris illius, ex duabus tertiis magistratui punienti applicandâ, denunciare & detegere teneatur, pro qua denunciatione detectori tertia pars commissorum bonorum delinquentis, in præmium constituta est, reliquæ verò duæ tertiæ magistratui, circulo aut Fiscali vindicanti applicantur, *Ordinat. monetar. Ferdinandi I. Imperator. de Anno* 1559. §. So dann ein solcher Verbrecher betretten / rc. *& duobus §§. seqq.* Wo aber ein solcher Betrug / rc. & §. würden aber die Obrigkeiten unnd Münzgenossen / rc. *item* §. Würde auch jemandt einen solchen Verbrecher erkundigen / rc. *Petr. Denais. de jur. Cameral. tit. M. in verb. monetarium edictum, num. 16. 17. 18. & 19.*

Quod † si verò istiusmodi denunciatorum quis in denunciando aberraverit, & crimen denunciatum non probaverit, tum denunciato innocenti deprehenso omnes sumptus & damna per injustam illam delationem, ipsi illata refundere tenetur, nisi denunciationis suæ justas & probabiles causas habuerit, *Ordinat. monetar. Ferdinandi I. Imperat. de Anno* 1559. §. So ferrn aber der Angeber irren / rc. *Adde Aleman. in palestrâ consultat. 8. quæst. princip. 14. extens. 14. pag. 923. vers. prima.* Denique an hoc crimine ad torturam procedi possit, & ex quibus indiciis? Vide Henric. Bocer. *de jure moneta, cap. ult. num. 9. & latiùs in tract. de tortur. cap. 3. n. 118. Iacob. Aleman. in palestra consult. 8. quæst. princip. 14. extens. 14. pag. 929. vers. tertia, Bonifac. de furt. §. fraudulosa, nu. 64. ubi in specie de instrumentis aptis ad falsam monetam cudendam in alicujus domo repertis.* 13



Sum-

SECTIO SEXTA, QUÆstionis secundæ, Classis Quintæ,

DE COMPETENTI JUDICE super istiusmodi delictis, eorumq; pœnis, cumprimis etiam cuinam judici in concursu numi confiscati applicandi sint?

SUMMARIA.

1 *Transgressio ad sectionem sextam quæstionis secundæ.*

2 *Monarchia pura & absoluta brevis quadam descriptio.*

3 *Princeps omnimodam & absolutam in regno suo potestatem obtinens, legis divinæ & naturalis intuitu, non ut Princeps, sed ut homo consideratur, ideoq; subditis & aliis damna per falsam suam monetam illata refundere tenetur.*

4 *Inter Monarcham, Monarchiam quoad gubernandi modum cum Statu Aristocratico quodammodo mixtam obtinentem, & Proceres ejusdẽ mutua nascitur obligatio.*

5 *Princeps jurata capitulationi, quam tempore suscepti Regni cum Statibus ejusdem iniit, arctiùs quàm privatus obligatur.*

6 *Monarchiæ Statu in Aristocratico quodãmodo mixtæ aliquot species enumerantur.*

7 *Quomodo moderni Imperatores super re monetaria in Capitulatione Imperii jurent.*

8 *Illorum Interpretum sententia, qui cognitionem super crimine falsæ monetæ ad solum Principem superiorem non recognoscentem pertinere existimant.*

9 *Illorum Interpretum, cognitionem falsarum monetarum ad judices ordinarios talem jurisdictionem habentes, & quibus delinquentes subsunt, referentium sententia, tanquam magis communiter recepta, ponitur.*

10 *Princeps seu Magistratus in cujus territorio crimen circa rem monetariam commissum, criminosum & delinquentem punire potest.*

11 *Criminosus vel delinquens nullo personæ respectu, vel aliquo etiam privilegio à jurisdictione ejus, in cujus territorio deliquit, se eximere potest.*

12 *An Status Imperii super crimine in suo territorio ab alio Imperii Statu commisso cognoscere possit, non difficultate caret?*

13 *An super crimine à subdito in alterius territorio commisso judex domicilii inquirere, & delinquentem ex officio punire possit, nõ una est Interpretum opinio.*

14 *Illorum interpretum sententia, qui persecutionem criminis istius judici, cujus territorium violatum, & non judici domicilii attribuunt.*

15 *Aliorum Interpretum huic in totum contraria sententia, statuendo, quod judex domicilii super criminibus in alterius territorio commissis, non solùm ex officio inquirere, sed etiam reum quod punire possit.*

16 *Dominus in subditum suum, etiamsi alibi contraxerit vel deliquerit jurisdictionem suam exercere potest.*

17 *Authoris opinio & Dd. contrariarum sententiarum reconciliatio.*

18 *Multa pecuniaria pro modo commissi delicti circa monetam, si non criminaliter illud vindicandum est, à quovis judice exigi potest.*

19 *Hodie ubivis penè locorum non solùm de publicis criminibus, sed etiam de delictis privatis Magistratus ex officio observatis requisitis inquirere potest.*

20 Iu-

20 *Iudex jus multa dicendæ habens, etiam circa monetam delinquentem, si pecunia, circa quam delictum admissum est, commissa sit, vel confiscanda veniat, punire potest.*

21 *L. unic. C. ne sine juss. Princip. de extraordinaria tantùm confiscatione magis communiter accipitur.*

22 *Confiscatio ordinaria ad quoslibet judices ordinarios, cumprimis merum & mixtum Imperium obtinentes, pertinet.*

23 ***Quod Magistratus suos subditos ob delicta monetalia vel criminaliter, vel civiliter punire debeat, recentioribus Constitutionibus Imperii consentaneum est.***

1 Visis † modis vindicandi crimina monetalia: nunc etiam de competenti eorundem judice dispiciendū fuerit, utpote quo non existente, omnis querela & labor de vindicandis criminibus monetalibus inanis futura est, ***tot.tit. C. si à non competent. judic. esse dicat. Dd. in l. fin. C. de exception. & in l. quidam, 57. ff. de re judic. Vultej. ad l. fin. num. 4. C. ubi in rem act. exerc. deb. Christoph. Schwanman. observ. 3.*** Quando verò crimina & delicta monetaria non solùm ab inferioribus, aut Principibus & Statibus Imperii mediatis alium superiorem adhuc recognoscentibus, sed etiam à Regibus & Principibus nullum superiorē recognoscentibus committantur, ***uti sub initium sectionis quartæ, hujus quæstionis secundæ, num. 2. 3. & seqq. demonstratum est***, ante omnia hic dispiciendum erit, qualisnam judex istiusmodi Regum & Principum nullum superiorē recognoscentium futurus sit.

2 Et verò † eos Imperatores, Reges vel Principes quod attinet, quorum Monarchia pura prorsus & absoluta, seu merè dominica & herilis est, Principesq; libertatis, & fortunarum omnium subditorum suorum merus & absolutus dominus est, iisdemq; ut paterfamiliâs servis & famulis suis dominatur, uti olim fuit regnum Israëliticum Ægypti, Romanum, item hodie Imperium Turcicum, Persicum, & pleraq; Asiæ & Africæ Regna, & inprimis etiam dominatus Moschowiticus, ***Christoph. Besold. politic. lib. 1. cap. 5. §. 5. nu. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. & 27.*** cùm tales Principes legibus omninò soluti sint, ***argum. l. Princeps, 31. ff. de legib. §. sed & quod Principi, 6. & ibi Vultej. & Dd. communiter, Instit. de I. N. G. & Civil.*** ut maximè vel à subditis etiam electi vel constituti sunt, ab iisdem tamen iterum deponi nequeunt, ***cap. ult. ibi: judicari namq; à vobis ultra non debet semel prælatus, caus.*** 8. ***quæst.*** 2. sed Deum omnipotentem solùm omnium supremum habent judicem, ***lib. 1. Samuel. cap. 15. vers.*** 28. ubi Rex Saul ab ipsomet Deo depositus esse legitur, ***item Psalm.*** 50. ***vers. 6. ibi:*** quoniam Deus judex est, & proinde subditos, Principes suos vel injustos etiam seu Tyrannos non opprimere, sed pro iisdem orare oportet, ***Baruch. c. 1. vers. 11. & 12. Ierem. cap. 29. vers. 7. Exod. cap. 22. vers. 28. 1. Epist. Petr. cap. 2. vers.*** 18. adeoq; in Principem seu Regem sententia condemnationis à subditis fieri nequit, qui superiorem non habet, ***argum. l. 1. §. & quidem stultum, 1. ff. à quib. appell. non licet, Bartol. in l. unic. §. 1. ff. si quis jus dic. non obtemperav.*** Philipp. Cominæ ***lib. 10. commentar. historic.*** ubi tradit: Subditorum attentatum de removendo seu opprimendo Principe, esse rebellionem ineffrænatam & violentam.

4 Cujusmodi † tamen injustus Princeps

seu Tyrannus omnimodam & absolutam prorsus potestatē in Regno suo seu Monarchia obtinens, cùm nihilominus Deo & naturæ subsit, adeoq; legis Divinæ & legis Naturalis intuitu, nō ut Princeps, sed ut homo consideretur, *l. quod attinet*, 32. *ff. de reg. jur. can. lege Imperatorum*, 1. *& can. non licet Imperatori*, 2. *distinct.* 10. *can. duo mala*, 1. *& can. nervi testiculorum*, 2. *dist.* 13. *ubi omnis adversus jus divinum & naturale dispensatio excluditur, Vasqu. illustr. controvers.* 31. *num.* 21. *&* 22. *Bodin. lib.* 1. *de Republ. cap.* 8. *num.* 102. *& ad fin. cap. Vultej. ad* §. *sed & quod Principi*, 6. *Instit. de I. N. G. & C. Christoph. Besold. politic. lib.* 1. *cap.* 2. §. 5. *num.* 38. *D. Theodor.* Reinkingk *de Regim. Secular. Ecclesiast. lib.* 1. *class.* 1. *cap.* 5. *num.* 60. *& eod. lib. class.* 3. *cap.* 12. *n.* 7. nisi subditis & aliis per falsam suam monetā defraudatis damna illata refundat, & desuper pœnitentiam agat, *argum. d. cap. quantò*, 18. *& ibi etiam Hostiens. num.* 3. *in fin. Iohan. Andr. nu.* 4. *in fin. ext. de jurejurand.* propter injustitiā istam vindictæ divinæ subjacet, perdendo tam animam suam in gehennā, *Andr. de Isern. ad cap. unic. quæ sint regal.* 2. *feudor. cap.* 6. *in princ. colum.* 9. *& ibidem etiam Matth. de Afflict. in verb. moneta, num.* 9. *Covarruv. de veter. numism. collation. cap.* 7. *num.* 6. *Petr. Tholosan de Republ. lib.* 9. *cap.* 1. *num.* 31. quàm pœnis etiam temporalibus, cumprimis defectioni populi, *lib.* 1. *Reg. cap.* 12. *& c.* 13. & translationi Regni, *Eccles. cap.* 10. *vers.* 3. *& inprimis vers.* 8. *& Daniel. c.* 4. *vers.* 14. *&* 28. sese obnoxium reddendo, judicium Dei justissimum nunquam effugit, *juxta illud lib.* 2. *Paralip. cap.* 19. *vers.* 6. Non enim hominis exercetis judicium, sed domini, & quodcunque judicaveritis, in vos redundabit, *& Psalm.* 81. *vers.* 7. Vos sicut homines moriemini, & sicut unus de Principibus cadetis, *juncto can. quæ contra mores*, 2. *distinct.* 8. *& can. Principes*, 20. *caus.* 23. *quæst.* 5.

4 Quod † si verò Imperator, Rex aut Princeps superiorem non recognoscens, Monarchiam seu Imperium, Regnum vel Principatum, non Dominatum, sed Regalem domesticæ administrationi nō absimilem, seu Monarchiam quoad gubernandi modum cum Statu Aristocratico quodammodo mixtam obtinuerit, ita quidem, ut Imperator, Rex seu Princeps nullum superiorem recognoscat, veruntamen quoad gubernandi modum certis Regni seu Principatus legibus adstringatur, tum inter ipsum & Proceres Imperii seu Regni & Principatus, mutua nascitur obligatio, & Monarchia talis istiusmodi Regni legibus obligatur, atq; easdem non minùs ac privatus quispiam observare, iisdemque & Proceribus Regni eundem eatenus admonentibus, sese submittere tenetur.

5 Princeps † enim cùm à naturæ & gentium jure liberā & solutā potestatem nō habeat, pactis & contractibus cum subditis aut extraneis, & tantò magis juratæ utplurimùm capitulationi, quàm tempore suscepti Regni cum Statibus ejusdem iniit, æquè ut privatus, vel potiùs arctius quàm privatus obligatur, *argum. l.* 1. *in princ. ff. de pact. l. digna vox*, 4. *C. de legib. juncta l.* 1. §. *si rem Cæsaris*, 1. *&* §. *est hoc*, 2. *ff. de offic. procurat. Cæsar. l. penult. C. de donat. int. vir. & uxor. l. bene à Zenone*, 3. *C. de quadrien. præscription. l. retractare fiscum*, 2. *C. ne fisc. rem quam vendid. lib.* 10. *l. prædia, fin. C. de locat. prædior. civil. lib.* 11. *cap.* 1. *& ibi Canonist. ext. de probation. cap.* 1. *& ibi Feudist. de natur. feud. Panormitan. in cap. in nostra*, 8. *num.* 16. *ext. de injur.*

injur. Vasqu. lib. 1. illustr. quæst. cap. 3. & cap. 4. num. 10. & cap. 26. num. 15. & lib. 2. cap. 51. nu. 29. Cacheran. decis. Pedemont. 90. num. 7. Anton. Gabriel. Roman. lib. 3. commun. conclus. de jur. quæsit. non tollend. conclus. 5. Andr. Gail. lib. 2. observ. 55. num. 7. Schrader. de feud. part. 5. cap. 2. num. 40. & part. 10. sect. 1. num. 47. & 59. item sect. 5. num. 181. & seqq. Petr. Frider. de mandat. judic. cap. 13. num. 9. Dn. D. Theodor. Reinkingk in tract. de retract. consanguinit. quæst. 3. num. 163. Natta cons. 122. num. 13. tom. 1. & cons. 512. num. 14. & cons. 591. nu. 9. tom. 3. Menoch. cons. 20. num. 1. & seqq. lib. 1. & cons. 208. num. 40. & seqq. lib. 3. Mynf. respons. 24. num. 19. Wesenbec. cons. 42. nu. 12. Wilhelm. Antonii de rescript. morator. conclus. 63. num. 259. Iacob. Aleman. in palæstrâ consultat. 6. in Dialys. 3. dub. pag. 325. vers. & notum est.

6 Cujusmodi † liberæ Monarchiæ & certis gubernandi legibus adstrictæ species censentur esse, Regnum Galliæ, Hispaniæ, Regnum Scotiæ, Regnum Poloniæ, Ungariæ & consimilia, quorum quodlibet suas certas habet capitulationes & leges Regias, secundùm quas gubernari oportet, Benedict. Carpzov. in tract. de capitulat. Cæsar. cap. 1. num. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. & 17. Besold. lib. 1. politic. cap. 5. § 4. num. 16. 17. & 18. Daniel Otto de jur. public. cap. 7. pag. (mihi) 109. ubi plures alias allegat. Præcipuè verò species Imperii Monarchici quidem, sed Aristocratia quodammodo temperati, & certis gubernandi legibus adstricti, est Imperium Romanum, in quo Imperatori Romano certa capitulatio est præscripta, ad quam tempore creationis, atq; ita ipsimet Imperio sese juramento adstringere, & eandem in omnibus articulis observare tenetur, nec eandem tanquam legem Imperii fundamentalem propria authoritate immutare potest, Cluten in syllog. rer. quotidian. th. 16. Petr. Syring. de pac. Relig. th. 14. Anton. Coler. de jur. Imper. German. th. 5. Benedict. Carpzov. de capitulat. Imper. cap. 1. per tot. Arumæus de jur. publ. part. 1. discurs. 26. per tot. Volcmar. de jur. princip. cap. 12. num. 20. 21. 22. & 23. Daniel Otto de jur. public. cap. 7. Clariss. & Consultiss. Dn. Iohan. Wurmser. I. V. D. sedulus, meus ab ovo amicus, & studiorum congerro, exercit. Academ. de jure public. 1. quæst. 9. Besold. clas. 1. disp. 8. num. 5. Dissentit Bodin. in method. historiar. cap. 7. contendens, Statum hodiernum Imperii Romani esse Aristocraticum, quem sequitur Kubach. cent. 1. quæst. illustr. decad. 1. quæst. ultim. & Tobias Paurmeister. de jurisdict. lib. 2. cap. 1. num. 9. & 10. quorum fundamenta refutantur à Volcmar. & Daniel Ottone allegat. loc.

Ad propositum † igitur revertendo, 7
moderni Imperatores tempore creationis, in capitulatione Imperii super re monetaria quoque huncin modum jurant, cùm hactenus propter monetam multa gravamina, multique defectus in Imperio extiterint, & etiamnum existãt, nos ut obviemus hujusmodi incommodis, cum consilio Electorũm, Principum ac reliquorum Statuum, super moneta certam constantemq; ordinationem & formam constituemus, Benedict. Carpzov. d. tract. de capitulat. Cæsar. cap. 8. nu. 15. Quod ipsomet etiam facto Imperatores Romanos præstitisse super re monetaria cum Electoribus, Principibus & Statibus Imperii deliberasse, communique consensu Imperatoris & Statuum Imperii edicta monetariæ emanasse, ex ipsissimet Recessibus Imperii luculenter apparet.

Cæterùm † forum competens crimi- 8

num & delictorum monetariorū, à subditis vel superiorem recognoscentibus commissorum, quod attinet, licet nonnulli hujusmodi cognitionem ad solum Imperatorem, seu Principem superiorē non recognoscentem, seu delegatum ejus pertinere existiment, eò quod crimē falsæ monetæ in crimen læsæ Majestatis incurrat, cujus cognitio ad omnium supremum judicem spectet, *Afflict. in cap. un. in verb. & bona committentium, num. 18. & nu. 46. quæ sint regal. 2. feudor. 56. Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 38. num. 5. Prosper. Farinac. oper. crimin. tom. 5. quæst. 118. §. 4. n. 14. Grammatic. consil. criminal. 6. per tot. & inprimis nu. 4. 22. & seqq. Bocer. de jure moneta, cap. ult. nu.*
9 *4. & seqq.* attamen † generali omnium locorum consuetudine, usuq; magis communiter receptum est, quale hodiernis moribus super falsæ & corruptæ monetæ criminibus quilibet Judices ordinarii talem jurisdictionem habentes, & quibus delinquentes subsunt, judicare & cognoscere possint, *argumento verborum generaliū (ad competentes judices) ubi etiam gloss. in l. 1. C. de fals. monet. Decian. in tractat. crimin. tom. 1. lib. 7. cap. 26. num. 7. Prosper. Farinac. oper. crimin. part. 5. quæst. 115. inspect. 1. num. 53. Iacob. Aleman. in palæstrâ consult. 8. quæst. princip. 14. pag. 929. vers. pro coronide.* Quod ipsum etiam *Constitut. criminal. Caroli V. Imperat.* secundùm præfationem ejusdem, ad Electores, Principes, Status, & omnes subditos Imperii, quomodo in causis criminalibus procedere & decidere debeant directam, & *artic. ejusdem* 111. prorsus consentaneum est.

10 Hinc igitur † crimine falsæ monetæ vel cujuslibet alterius delicti in territorio vel jurisdictione Magistratus alicujus, circa monetam commisso & criminaliter etiam vindicando, is omnino judex fuerit, cujus territorium seu criminalis jurisdictio, in loco commissi criminis vel delicti est, & ab ipso criminosus etiam seu delinquens omnino puniri potest, eò quòd crimen in territorio seu jurisdictione judicis alicujus cōmissum, ipsi jurisdictionem tribuat, & criminosus propter crimen in loco isto commissum ejusdem jurisdictioni subjiciatur, *l. præses provinciæ, 3. ff. de offic. præsid. l. si cui crimen. 7. § pen. & l. fin. ff. de accusat. l. solent. 7. ff. de custod. reor. l. 1. & auth. Qua in provincia, ubi etiam Sichard. & Vultej. C. ubi de crimin. agi oport. Novell. 69. c. 1. Decian. d. tract. crim. lib. 4. c. 7. nu. 1. Donell. lib. 17. comment. cap. 16. Prosper. Farinac. oper. criminal. part. 1. tit. 1. q. 7. num. 1. Zanger. de Exception. part. 2. c. 1. n. 221. Tobias Paurmeist. de jurisd. lib. 2. cap. 8. num. 52. Andr. Rauchbar. part. 1. quæst. 50.*

Quod usque † adeo verum est, ut hoc 11
ce in casu commissi nimirum criminis in alterius territorio seu jurisdictione, nulla omnino distinctio personarum adhibeatur, & omnia privilegia cessent, sive criminosi plebeji & servi sint, *l. præses provinciæ, 3. in fin. ff. de officio præsid. l. si cui crimen. 7. §. penult. ff. de accusation. l. fin. ff. de noxal. action.* sive milites, *l. desertorem. 3. in princ. ff. de re milit. l. libellorum, 3. ff. de accusation.* sive Clarissimi, nihil interest, *l. 1. ubi etiam Bald. C. ubi Senator. vel Clarißim. l. presbyteri. 8. & l. raptores. 54. C. de Episcop. & Cler. l. quotiens. 17. C. de dignit. lib. 12. Tiraquell. de pæn. temperand. aut remittend. caus. 31. Matth. Stephan. de jurisdiction. lib. 1. c. 30. n. 26. & seqq. Andr. Rauchb. lib. 1. quæstion. 50. num. 2. Zanger. de Exception. part. 2. cap. 1 num. 222. & 223. Christophor. Besold. lib. 1. polit. c. 11. § 4. nu. 28. Author. disput.*

de jur.

de jur. princip. conclusion. 49. lit. B. Petr. Anton. de Petra de potestat. princip. cap. 13. n. 11. Caspar. Ziegler. in commun. conclus. ad praxin Nicolai Calvoli ad §. Austregæ. conclus. 3. limitat. 1. ubi *n.* 4. ex Meterano *lib.* 13. *historiar. Belgic.* refert, Elisabetham Reginam Angliæ, dum Mariam Reginam Scotiæ, Jacobi Angliæ & Scotiæ regis matrem ob crimen in Anglia commissum captivam detinuisset, quæ paulo post in Anglia etiam decapitata fuit, Legato Regis Galliæ Henrici III. prætendenti, Reginæ Angliæ super Reginam Scotiæ cognatam suam nullam jurisdictionem competere, probè respondisse, delinquentem in alterius territorio ibidem etiam citra Status discrimen judicari & puniri posse, quòd ipsum ibidem aliis etiam exemplis punitorum Regum

12 & Principum declarat. Diss. † Ummius *disput.* 4. *ad process. judicior. direct. num.* 9. *in fin. & num.* 51. statuens, Status Imperii in alterius Status territorio delinquentes vel coram Austregis vel coram Imperatore conveniendos esse, & prædictam opinionem, quod Status Imperii super crimine in suo territorio commisso ab alio Imperii Statu cognoscere possit, non difficultate carere putat, ex traditis à *Petr. Heigio part.* 1. *q.* 9. *nu.* 42. *& seqq.* *Webner pract. observ. lit. S. in verb.* Standt deß Reichs. *in fin. Gerlac. Buxtorff. in dissert. ad auream Bull. conclus.* 82. *&* 83. *Andr. Gail. lib. sing. de pignorat. c.* 3. *num.* 11. *& c.* 14. *num.* 3. 4. *&* 5. *Vide tamen Dn. Iohan. Wurmser. exercit. Academ.* 7. *q.* 26. *Wilhelm. Antonii in corollar. Analectis ipsius utcunq; polit. jur. de morator. rescript. subject. sect.* 5. *cor.* 5. *& utrobiq; allegatos.*

13 Insuper † circa forum commissi criminis falsi, imò cujuslibet alterius etiam criminis controverti solet, utrum etiam judex domicilii, cujus territorium seu jurisdictio violata nō est, super crimine à subdito suo in alterius territorio commisso inquirere, & delinquentem ex officio punire possit? Quod nonnulli † interpre- 14
tum nostrorum negant, statuentes, si accusator non existat, judicem domicilii super crimine subditi sui in alterius territorio commisso inquirere non posse, tum quod sine accusatore nemo condemnandus sit, vernacula nostra, Wo kein Kläger ist / da ist auch kein Richter / &c. *argumento l. dies cautioni*, 4. §. *hoc autem.* 8. *& ibi etiam Bartol. & Dd. ff. de damn. infect. Iohann.* 8. *vers.* 10. *&* 11. *Marant. in specul. aur. sub tit. de inquisition. n.* 6. tum verò inprimis etiam, quod territorium seu jurisdictio judicis domicilii commisso crimine extra illud violata non fuerit, & proinde per inquisitionem, quę ad vindictam publicam tendit, ratione sui interesse procedere nequeat, sed criminis istius persecutio judici, ei cujus territorium violatum est, relinquenda sit. *Novell.* 134. *cap. si vero qui comprehensorum, 5 l. capitalium.* 28. §. *famosos,* 15. *ff. de pœn. junct. c.* 1. *ext. de Raptor. can. si illic.* 19. *caus.* 23. *quest.* 4. *can. si peccaverit.* 19. *caus.* 2. *q.* 1. *Dyn. in l. si quis,* 7. *ff ad municipal. Bald. in l. fin. num.* 17. *C. si à non compet. judic: Salycet. in l. servos,* 8. *C. ad L. Iul. de vi public. Boer. decis.* 270. *per tot. Anton. Gomez. variar. resolut. tom.* 3. *c.* 1. *sub tit. de delict. num.* 87. *Iul. Clar. Receptar. sentent. lib.* 5. §. *fin. quest.* 39. *n.* 4. *Roland. à Vall. consil.* 19. *lib.* 2. Sichard. *consil. crim.* 7. *n.* 31. *& seqq.* ubi tamen subjicit, ne talia crimina impunita remaneant, judicem, deficiente inquisitione, interessentes ex officio ad accusandum posse compellere, *Paris. consil.* 159. *col.* 2. *volum.* 4. *& consil.* 169. *num.* 17. *eod. vol.* & complures alii relati à *Prosper. Farinac.*

oper. criminal. lib. 1. tit. 1. quaestion. 7, num. 19.

15 Alii verò † interpretes huic opinioni prorsus contrarium tuentur, statuentes, judicem domicilii delinquentis etiam super criminibus ab ipso in alterius territorio admissis ex officio inquirere, & eundem punire posse, eò quòd inquisito propter antegressam famam publicam loco accusationis sit, *arg. cap. qualiter, 24. extr. de Accusat. Prosper Farinac. oper. crimin. lib. 1. tit. 1. quaest. 7. num. 20.* & Reipublicæ totius intersit, ne delicta cumprimis graviora impunita relinquantur, *l. ea quidem, 7. C. de accusat. l. 1. §. quies. 12. ff. de offic. praefect. urb. l. divus. 6. ff. de Custod. reor. l. congruit. 13. ff. de officio praesid. l. lege Iulia. 4. §. mandatis, 2. ff. ad L. Iul. peculat. Novell. 17. cap. non permittas, 5. Wilhelm Antonii de rescript. morator. concl. 22. num. 53. & conclus. 38. num. 20.* usque adeò ut si Magistratus publicus, deficiente accusatore, super delictis à subditis suis ubicunq; locorum commissis non inquirat, eademquè puniat, etiam coram Deo excusandus esse non videatur, *Exod. cap. 2. versic. 11. & 13. Epistola ad Roman. cap. 13. vers. 5. & 2. Proverb. 20. versic. 8. & 26. & cap. 24. versic. 11. & 12. junct. cap. quamvis. 10. extr. de*
16 *Reg. Iur.* nec non † etiam forum domicilii subditi tam generale sit, ut domino suo jurisdictionem attribuat, etsi alibi etiam deliquerit vel contraxerit; *Panormitan. in cap. fin. num. 41. & ibid. etiam Felin. num. 13. & 23. extr. de for. competent. gloss. in l. relegatorum. 7. §. interdicere, 10. ff. de interdict. Bartol. in l. cunctos populos, 1. col. 2. circ. fin. num. 45. & ibidem etiam Salycet. num. 8. versic. ex quo infero. C. de summ. Trinitat. & fid. Cathol. Iohan. Andr. in cap. 1. ext. de Raptor. Anton. de Butr. in c. fin. ext. de for. competent. Coler. decision. 144. nu. 7. & num. 33. Andr. Fachin. lib. 9. controv. c. 20. & complures alii relati à Prosper. Farinac. oper. criminal. lib. 1. tit. 1. quaest. 7. n. 20.*

Quam † posteriorem opinionem ego 17
tum demum admitterem, si judex loci cōmissi criminis illud vindicare neglexerit, & remissionem criminosi non petierit, *Iacob. Thoming. decis. 5. nu. 10.* vel criminosus domicilium fixum non habuerit, & persona magis vagabunda sit, *gloss. in l. 1. C. ubi de criminib. agi oport. Bartol. in l. absens heres. 19. §. proinde. 2. ff. de judic. Thoming. d. q. 5. num. 1. Iul. Clar. Receptar. sentent. lib. 5. §. fin. q. 39. num. 7.* A qua sententia etiam primam opinionem magis approbando non alienus esse videtur *Prosper. Farinac. part. 1. oper. crim. tit. 1. quaest. 7. n. 22. & n. 23.*

Praeterea † delicto aliquo circa mone- 18
tam commisso, quod non criminaliter vindicandum, sed poena pecuniaria puniendum venit, illud ipsum à quovis judice seu Magistratu Ordinario puniri, multaq; pecuniaria pro modo commissi
delicti exigi potest, eò quod † hodierna 19
cōsuetudine ubivis pene locorū receptā, non solum de publicis criminibus, sed etiam de delictis privatis magistratus ex officio inquirere possint: *Prosper. Farinac. oper. criminal. lib. 1. quaest. 1. nu. 9. & 10. Petr. Heig. lib. 1. q. 39. num. 7. Decian. consil. 18. num. 195. & seqq. lib. 1.* In qua inquisitione seu poena irroganda alterutrum horum requisitorum intervenire oportet, ut nimirum delinquens in loco eo, ubi delictum admisit, vel domicilium obtineat, sive ibi reperiatur, sive minus, *l. dies caution. 4. §. praetor ait. 5. ff. de damn. infect. cap. causam, 3. ext. de dolo & contumac. Andr. Gail. lib. 2. observ. 36. n. 12. Zanger. de exception. part. 1. cap. 1. num. 72. & 73. Iohan. Petr. Surd. consil. 341. Decius consil. 352. num. 2.* vel si delictum illud mone-

tarium

tarium civiliter puniendum alibi commissum sit; delinquens simul in loco cōmissi delicti reperiatur, eò quòd quoad fori competentiam privata delicta & cōtractus inter sese æquiparantur, *argumento. l. omnem obligationem, 20. ff. de judiciis, Eberh. in topic. in loc. à contract. ad delict. Donell. 17. commentar. cap. 14. Andr. Rauchb. lib. 1. quæst. 50. num. 15. Zanger. de except. part. 2. c. 1. num. 196. & seqq.* Contractus verò seu obligatio ex contractu forum non tribuit, nisi reus conventus simul in loco contractus reperiatur, *cap. Romana. 1. §. contrahentes. & ibi Iacob. de Belvis. de for. compet. in sexto, l. heres absens, 19: in princ. & ibi Bartol. §. 1. ff. de judic. Panormitan. in cap. licet ratione. ult. nu. 29. ext. de for. compet. And. Gail. lib. 2. observat. 36. nu. 14. Coler. de proceß. executiv. part. 2. cap. 1. num. 44. & seqq. Zanger. de exception. part. 2. cap. 1. num. 123. & seqq.*

20 Quod † etiam obtinet, & judex, jus multæ dicendæ habens, delinquentem monetarium punire potest, si pecunia circa quam delictum admissum est, commissa sit, & confiscanda veniat, uti inprimis fit, si pecunia majori æstimatione & valore expensa sit, quàm jure definitum est. *Ordin. monetar. de An. 1559. §.* Welche aber dieses Vbertretten / etc. *& duobus §§. seqq. item Receß. Imperii de Anno 1576. §.* Vnd auff sondern etc. *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 7. n. 139. & supra section. quarta*, ubi aliquot casus *in primis n. 23. & seqq. n. 49. 51. 52. & 53.* expositi sunt.

21 Ut maximè † enim juxta dispositionem *l. unic. C. ne sine juss. princip. cert. judicib. liceat confiscar.* jus confiscandi soli principi & summo Magistratui reservetur, inferioribus vero Magistratibus nisi ex speciali jussu & concessione principis competat, *Ioan. Garf. in tr. de expens. & melior. c. 21. n. 21.* attamē textus ille de extraordinaria tantùm confiscatione, qualis in casibus lege, Statuto vel consuetudine non expressis ex gravi aliqua causa irrogatur, magis communiter accipitur. *Bald. Angel. Salycet. Iohan. Faber. & Dd. communiter ad d. l. unic. C. ne sine juß. Princip. cert. judic. liceat confisc. Boër. decis. 264. n. 1. Marc. Anton. Peregrin. de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. n. 25. § quandoq. versic. Interdum verò lex. & §. Item & supremis. Rosenth. de feud. c. 5. concl. 62. n. 1. & n. 4. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 12. n. 10. 11. & 12.* ubi tradit, adversus eos Status Imperii, qui ex causa, lege, Statuto vel consuetudine non approbata, hanc confiscationē extraordinariam suscipere nituntur, mandata pœnalia sine clausula in Camera Imperiali extrahi posse.

Quantum † vero confiscationē ordinariam, quæ lege, statuto vel consuetudine introducta est, attinet, ea ipsa ad quoslibet judices ordinarios, cumprimis merum & mixtum Imperium obtinentes, ad exemplum multarū pecuniariarum & reliquorum jurisdictionis commodorum pertinet, *Iason & Bartol. in l. imperium, 3. ff. de jurisdict. omn. Iudic. Lucas de penn. in l. 1. col. pen. C. de privileg. scholar. Boër. decision. 264. n. 2. Peregrin. de jur. fisci, lib. 1. tit. 2. nu. 73. & seqq. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 12. num. 9. & inprimis Roland. à Valle consil. 48. num. 26. 27. & 28. item consil. 78. num. 12. vol. 2.* Caspar Ziegler *in communib. concl. ad aur. praxin. Calvol. ad §. Nobiles, conclus. 1. num. 22. & seqq. pag. (mihi) 149. & 150.* ubi Nobilibus mediatis merum & mixtum Imperium obtinentibus etiam bona vacantia alias ad fiscum pertinentia applicanda asserit. Et in hanc etiam sententiam aliquoties in Facultate Juridica Academiæ Giessensis super casibus 22

bus monetariis, ubi inter Dominum territorii & civitatem municipalem merum & mixtum Imperium seu omnia jurisdictionis commoda obtinentem, controvertebatur, cuinam pecunia cōmissa seu confiscata applicanda foret, aliquoties respondimus, & in specie Responsum JCtorum Marpurgensium à senatu civitatis H. contra D. B. territorii Dominum & Principem suum 13. Martii An. 1622. obtentū calculo nostro approbavimus.

23 Quæ præmissa, † ut nimirum pro ratione admissi, delinquentes à Magistratibus vel criminaliter, vel civiliter puniantur, recentioribus etiam Constitutionibus Imperii admodum consentanea est, cumprimis *Ordinat. monet. Ferdinandi I. Imperat. de Anno* 1559. quod nimirum quilibet Magistratus in suo territorio vel jurisdictione, super istiusmodi delinquentibus diligenter inquirere, & ad factam prius denunciationem, vel ex officio etiam taliter deprehensos comprehendere, & pro qualitate admissi criminis vel in corpore, vel in bonis, vel in corpore & bonis simul puniri debeat, *Ordinat. monetar. Ferdinandi I. Imperator. de Anno* 1559. §. Hierauff setzen/ordnen vnd wollen wir/rc. *&* §. So dann ein solcher Verbrecher betretten/ rc. *&* §. Nachdem dann auch die vnvermüntzte/rc. *Petr. Denais. de jur. Camer. lit. M. in verb. monetarium edictum, num.* 14. *& num.* 21. Quod si verò Magistratus delinquentes vel loci, in quo istiusmodi delictum commissum est, in vindicando tanto crimine negligens existat, vindicta ista ad Status monetales istius circuli pertinet, *d. Ordinat. monetar. de Anno* 1559. §. Wo aber einer solchen Betrug/ rc. *in fin. Petr. Denais. d. tractat. in verb. monetarium edictum, nu.* 17. quibus & ipsis ultionem negligentibus, pœnæ istius persecutio ad Fiscalem Cæsareum in Camera Imperiali pertinet, *d. Ordin. monet. de Anno* 1559. §. Würden aber die Obrigkeiten vnnd Müntzgenossen/rc. *Petr. Denais. d. loc. in verb. monetarium edictum, num.* 19. Et verò ne ulla fraus seu delictum circa rem monetariã committatur, generaliter quilibet Magistratus, cumprimis verò Status monetalis & Circuli Imperii providere debent, ne ullæ falsæ improbæ seu injustæ monetæ in Imperium Romanum invehantur, *Receß. Imperii de Anno* 1570. §. Aber sonsten allerhand frembde güldene vñ silberne Müntzsorten/rc. *& quatuor* §§§§. *seqq. item in Receß. Deputation. de Anno* 1571. §. Wie dann hinwiderumb rc. *& duobus* §§. *seqq.* aut probæ & justæ monetę extra Imperium evehantur, *eod. Receß. de Anno* 1570. §. Vnnd auß sondern Nothwendigē mit gemein Ständen rc. *& aliquot* §§. *seqq. & in Receß. deputat. de Anno* 1571. §. Aber damit dem hochsträfflichen gefährlichen *& duobus* §§. *seqq.* cumprimis verò Status monetales in diætis probationum monetas alias receptas & currentes probate, iisdem justum valorem præstituere, & id ipsum edictis suis particularibus per circulum suum publicare debent. *Receß. Imper. de Anno* 1576. §. Ferners als auch dißmals/rc.

SEPTIMA ET POSTREMA Quæstionis secundæ, Classis Quintæ,

DE EXECUTIONE DEcretorum super delictis monetariis.

Sum-

SUMMARIA.

1 Res judicata non debet carere effectu.

2 Sententiæ frustrà feruntur, nisi sit, qui easdem executioni mandet.

3 Authoritas Magistratus contemptui habetur, nisi sententiæ lata exequantur.

4 Iudex, qui sententiam tulit, eam etiam regulariter exequitur, modo competens, & pro qualitate causæ, & facienda executione munitus sit.

5 Iudex qui contra delinquentes monetarios decreta tulit, etiam executioni mandare debet.

6 Rex aut Princeps superiorem non recognoscens monetam falsificam vindictæ, & executioni divinæ committitur & subjicitur.

7 Quatenus Princeps ob legis fundamētalis violationem moneri & deponi possit? item quatenus adversus eundem defensio competat remissivè.

1 POSTREMUM † & septimum dispositionis nostræ membrum ad executionem sententiarum seu decretorum super delictis monetariis pertinet. Res enim judicata non debet carere effectu, *cap. cum in aliquibus, 6. ubi etiam Panormitan. & Felin. ext. de re judicat. Ordinat. Camer. part. 3. tit. 48. §. 1. junct. l. ult. & penult. C. de execut. rei judicat. Wilhelm. Antonii de rescript. morat. conclus.* 28. *num.* 8. & sententias latas non reddi elusorias tam judicū, quàm litigatorum interest, *l. si Prætor, 75. & ibi gloss. in verb. Prætorum, ff. de judic. l. fin. ff. ne quid in loc. publ. l. fin. §. fin. vers. non autem filio, C. de bon. quæ lib. l. à Divo Pio, 15. ff. de re judicat. l. ordo rei, & l. executorem, & C. de execut. rei judic. Andr. Gail. l. 1. observ. 15. num. 4.* adeò, ut melius sit non determinare, quàm benè determinata non exequi, *Matth. Coler. de process. execut. in præfat. num. 4. & seq. Wilhelm. Antonii de rescript. morator. conclus. 51. num. 66.* Quandoquidem legitima executio constitutionem & sententiam, ut filia matrem, & ut effectus causam sequitur, *Ioh. Tileman. de Benign. in Aposp. Syndrom. decis. Cam. decad. 2. vet. 2. incip. præmittendum, n. 54.* atque aliâs etiam sententiæ † frustrà ferentur, nisi sit, qui easdem executioni 2
mandet, adeoq; virtus earum & tota vis in executione consistit, *cap. cum aliquibus, 6. ext. de sentent. & re judic. l. si causam, 2. C. de execut. rei judic. l. si se non obtulit, 4. §. si ex conventione, 4. ff. de re judic. l. Episcopale, 8. C. de Episcop. audient. gloss. in rubric. C. de execut. rei judicat. Speculat. part. 3. artic. de execut. sentent. n. 1. in princ. Daniel. Moller. ad Constitut. Saxon. part. 1. constitut. 32. n. 1.*

Quinimò † authoritas Magistratus 3
contemptui habetur, nisi sententiæ latæ debitæ executioni mandentur, *cap. ubi periculum, 3. §. præterea, de elect. in sexto, cap. unic. §. & quoniam, de stat. regul. eod. lib. cap. 1. & ibi Panormitan. n. 3. & n. 5. ext. de dol. & contum. Andr. Gail. lib. singul. de arrest. Imper. c. 11. n. 4. & 5. Iacob. Thoming. cons. 27. num. 6. vol. 1. & cons. 8. n. 7. vol. 2. Wilhelm. Antonii de rescript. morator. conclus. 28. 3.*

Regulariter † verò sententiam latam 4
Judex is exequitur, qui eandem tulit, *Michael. Teuber. in suo process. judiciar. c. 28. incip.* Wann nun das ander Theil eröffnet/ &c. *Matth. Berlich. pract. conclus. part. 1. conclus. 55. num. 12.* modo judex iste & competens sit, *argum. l. fin. ibi: competenti judici instrumentum ostenderit, & ibidem etiam Angel. C. de edict. Div. Hadrian. tollend. Vant. in tractat. de nullitat. sub tit. de nullitat. ex defect. jurisdict. ordin. n. 107. Coler. de process. executiv. part. 2. cap. 1. nu. 6.* & simul mero vel misto imperio, pro quali-

tate causæ, & facienda executione munitus sit, *argum. l. jubere, 4. ff. de jurisdict. l. ea quæ, 26. in princ. & §. Magistratibus, 1. ff. ad municipal. Bartol. in ult. vers. fin. autem aliquis, nu. 13. ibi: primò circa jurisdictionem, & ibidem etiam Iason. num. 16. ibi: primò talis judex habeat merum & mistum imperium, item Bald. nu. 55. ibi: septimò principaliter quæritur, C. de edict. D. Hadrian. tollend. Iacob. Menoch. adipiscend. possess. remed. 4. num. 415. & seqq. usq. ad num. 437. Matth. Coler. de process. execut. part. 2. c. 1. num.*
5 144. *& seqq.* Atque hoc † ipsum etiam recentioribus Imperii Constitutionibus cõforme est, quod nimirum iis, qui contra delinquentes monetarios decreta tulerunt, eadem etiam executioni mandare debeant, veluti de quibuslibet Magistratibus proditum habetur *in Ordinat. monet. Ferdinandi I. Imperat. de Anno* 1559. §. Hierauff setzen / ordnen vnd wollen wir / ꝛc. & in casum negligentis Magistratus, istiusmodi executio ad Status monetales istiusmodi circuli defertur, *d. Ordinat. monet. de Anno* 1559. §. So dann ein solcher Verbrecher / *vers.* Würde aber solche Obrigkeit ohn einbringung / ꝛc. & hisce monetalibus Circuli Statibus non exequentibus, executio tandem ad Cameram Imperialem devolvitur, *d. Ordinat. monet. de Anno* 1559. §. Würden aber die Obrigkeiten / ꝛc. Quod si verò quandoq; Status Imperii seu dominus monetarius circuli alicujus ipsemet delictũ monetale commiserit, cumprimis contra Constitutiones Imperii & edicta monetalia monetas conflaverit, tum cognitio & executio istiusmodi delicti ad totius circuli Status monetales, in diæta probatoria congregatos pertinet, *Recess. Imperii de Anno* 1570. §. Da aber jemand andere Gestalt / ꝛc. *& Recess. deput. Francofurt. de Anno* 1571. §. Darneben soll ein jeder Kreyß in den verordneten Müntzen / ꝛc. *& quatuor* §§§§. *seqq. & in* §. Ebenmässigen Keyserlichen Befelch / ꝛc. qui etiam in istiusmodi executionibus, pro citeriori justitiæ administratione circulus etiam circulo subvenire tenetur, *d. Recess. deputat. Francofurt. de Anno* 1571. §. Da aber die Verursacher / ꝛc. etsi circulus is, sub quo dominus monetalis contra edicta monetaria deliquit, delictum istud non vindicet, nec statutam pœnam exequatur, proximus circulus delictum istud Imperatori denunciare tenetur, pro decernenda & expedienda executione, tam adversus Statum illũ monetalem, quàm adversus monetarios ejusdem, *d. Recess. deputat. Francofurt. de Anno* 1571. §. Im Fall aber diese Kreyßstände / ꝛc.

Quod † si denique Rex aut Princeps 6 nullum superiorem recognoscens monetas secundùm bonitatem intrinsecam vel extrinsecam, aut qualibet alia ratione corruperit, aut falsaverit, talis nisi pœnitentiam egerit, monetas probas in locũ deteriorum suffecerit, & consiliariis probis seu Statibus etiam Regni seu Principatus recta monentibus paruerit, tandẽ vindicta executioni divinæ committitur, quæ Tyrannos istos & injustitiæ Principes non æternis solùm, sed etiam temporalibus pœnis multoties subjicit, juxta illud *Iob. cap. 12. vers. 21.* Effundit despectionem super Principes, & eos, qui oppressi fuerant, relevans, *item Psalm. 81. vers. 7.* Vos autem sicut homines moriemini, & sicut unus de Principibus cadetis, *item Psalm. 82. per tot. item Osea 5. vers. 10. item Numer. cap. 25.* ubi Principes populi suspenduntur: & Regna & Principatus ab ipsis

in alios

in alios transfert, *Ecclesiast.cap.*10.*vers.*8.& *Daniel.cap.*4.*vers.*14.&28.*Iob.cap.* 12. v.18. Baltheum Regum dissolvit & præcingit fune renes eorum. Quod ipsum etiam exempla translati Regni à Saulo in Davidem *lib.*1.*Regum cap.*13.*cap.*15.& *cap.* 16. *lib.*2.*Paralip.cap.*10.*item lib.*3.*Reg.cap.*12.ubi à Roboam filio Salomonis propter tyrãnidem & nimias exactiones decem Tribus avelluntur, & Jeroboam committuntur, *item lib.*3.*Regum cap.*14. ubi DEUS per Achiam ad uxorem Jeroboam ait, vade, dic Jeroboam, quia exaltavi te, sed operatus es male super omnes, qui fuerunt ante te, &c. Ecce ego inducam mala super domum Jeroboam, & percutiam de domo Jeroboam mingentem ad parietem. Ita domus Achab punitur à Jehu, *lib.*4.*Regum cap.*10. Et ipsemet Achab propter idololatriam suam traditur in manus Regis Syriæ: Pari ratione etiam Nabuchodonosor, Rex Babyloniæ propter superbiam suam ex hominibus abjectũ, instar bovis, fœnum comedisse, & rore cœli corpus ejus aspersum fuisse, donec capilli ejus in similitudinem aquilarum crescerent, & ungues ejus quasi ungues avium, patet ex *Daniel.* 4. Et verò Imperatores etiã Romanos-Germanos quandoque ob injustitiam, socordiam, & malè administratum Imperium, cumprimis Carolum Crassum, Adolphum Nassovium, & Wentzeslaum Bohemiæ Regem solio dejectos, vel ab Electoribus exauctoratos fuisse patet ex *Münstero lib.* 3.*Cosmographia, cap.*14.*pag.* (*mihi*) 423.*item cap.*19.(*mihi*) 440.& *cap.*24.*pag.*(*mihi*) 476. *adde autores ad hanc partem citatos per* Wilhelm. *Antonii in corollar. analect ipsius de rescript morator.subject.sect.*4.*corol.*3.

Quatenus † autem Imperator, Rex aut Princeps ex lege fundamentali, inspectores habens, propter violationem ejus moneri, vel exauctorari seu deponi possit, aut minus, & qualis defensio adversus Principem competat, videri possunt, *Conrad.Lancellot.in temp.jud.cap.*1.§.2. *fol.*96.*item fol.*589.*Thom.Michael.de jurisdict. thes.*131.*Zoannet. de primat.cap.* 5. 6. & *seqq. item de necessar.defens.part.*3.*num.*23.91.100. & *seqq.item de Imper.Roman.num.*93.& *seqq. Bartholom.Volckmar.de jur.princip.cap.*11.*Daniel Otto de jur.publ.cap.*10.*pag.* (*mihi*) 210. *Benedict.Carpzov. de capitulat. Cæsar. cap.ult.* Besold.*lib.*2.*politic.cap.*9.§.5.*per tot.*ubi latè quatenus pro diversitate Regiminum & legum fundamentaliũ Principatus, Princeps statum principatus, & totam administrationem violans, per decretum vigore jurisdictionis, vel per nudam defensionem sine jurisdictione in ordinem redigi possit?

❧(*)❧

FINIS CLASSIS QUINTÆ, DE VERO usu & abusu rei monetariæ, eiusq; correctione.



INDEX
RERUM ET VERBORUM MEMORABILIUM, QUÆ IN HOC TRACTATU DE MONETIS CONTINENTUR,

A.

B.

Confiscatio-

D.

 Deus im-

Gelt

Nullum

I N D E X.

O.

contracta


P.

etiam

R.

S.

Z.



FINIS.



